
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 B
14/1

INTERIOR HOMO,

VEL DE SVIIPSIVS COGNITIONE.

Opus nouum, in quo modus, quo quiſque ad ſui-ipſius cognitionem facile venire poſsit, traditur; dum Interior, ſiue Spiritualis & nouus Homo per ea, quæ ſunt in externo homine, ex ſacrarum ſcri-pturarum, & Sanctorum Patrum doctrina, alle-gorice explicatur.

Auctore Ludouico Carbone a Coſtaciario, ſacræ Theologiæ in almo Gymnaſio Peruſino, olim publico profeſſore.

Cum quadruplici indice, capitum, locorum explicatorum rerum memorabilium, ac Auctorum in opere citatorum.

CVM PRIVILEGIO.

VIRTVTE SIC



CEDIT INVIDIA

VENETIIS, MDLX

Ex Officina Damiani Zenarij.

ADMODVM
ILLVSTRI
AC REVERENDISS.
DOMINO,
D. OCTAVIO ACCOROMBONO
FOROSEMPRONIENSI
EPISCOPO,
LVDOVICVS CARBO. S. D.



Anta est ueræ uirtutis vis & energia, Reuerendiss. Præsul, vt in animis eorum, qui eam norunt bonam quandam opinionem, uelint nolint ipsi, sua efficientia gignat; qua opinione genita, ij, quorum cognita est virtus, maximum quoddam bonum, quod viri docti famam nominant, in aliorum animis optimo iure possident. Quo fit, ut qui talem opinionem de quopiam acceperunt, huius boni & possessionis fructus, obseruantiam nimirum, reuerentiam, honorem, laudes, & id genus alia, quædam honestatis lege (ni inuidi & iniusti haberi uelint) ei, quem virtutibus ornatum esse putant, tanquam domino, reddere sint obligati. Propterea, vigilantissime Pastor, cum mihi ab hinc multos annos tua perspecta ac cognita sit virtus, iam diu est, cum aliquam

opinionis quam de te concepi significationem præbere, ac tuæ virtutis tibi debitos fructus reddere uehementer cupio. Obseruaui itaque usque a tua pueritia, ob præclarem indolem, quam ad bonas literas religionemque propensam in te uidebam, te ut debui multum. Accessit ad obseruantiam seruitus, non modo Saluatoris Boldrini auunculi mei uiri eruditi, & pij, tibique admodum cari, cuius memoriam libenter repeto, cum, & studiorum meorum, & melioris uitæ instituendæ mihi auctor extiterit, sed etiam mea, cum domo tua. Consecuta sunt deinde beneficia non vulgaria quibus tu, tuique me, meosque semper affecistis: & priuatim Illustris D. Felix patruus tuus, qui ob suam erga Deum & proximum caritatem, egestatem meam non semel benigne leuauit. Itaque, & familiæ tuæ, & tibi tantum me debere semper existimaui, quantum persoluere nunquam potero. Quamobrem, & si hactenus ob tuam uirtutem multum te coluerim, ac pro acceptis beneficijs, quas reddere gratias non poteram, eas semper habuerim, quas qui habet non minus, quam qui reddit satis aliorum meritis facere uidetur: tamen, ut aliqua se se mihi offerret occasio, qua meam erga te domumque tuam obseruantiam publice testatam facerem, ac pro tuis in me meritis gratias redderem, sæpenumero desideraui. Cum autem nuper librum DE INTERIORE HOMINE, *uel de suijpsius cognitione in lucem daturus essem, atque, ut fieri solet, alicui docto ac probo viro nuncupare*

uellem,

uellem, idoneaque ad id, quod optabam efficiendum, mihi uisa fuerit occasio; proinde hoc opus, quale quale sit, nomini tuo mihi dicandum esse existimaui. Nam præterquam quod officij ac debitionis ratio id efflagitare uidebatur, illud etiam me non parum commouebat, quod is liber ex domo quodam modo prodiuit tua. Primum quidem, quod cum superioribus annis apud te essem, tuaque omni librorum genere referta bibliotheca uterer, dum sanctos patres, quos diurna atque nocturna manu multos annos uersaui, legebam, huius operis conficiendi cogitatio in animo est suborta. Deinde, quoniam ex iisdem libris omnia fere, quæ hac mea lucubratione continentur, hinc inde meliorum scriptorum flores legendo, desumpsi. Et denique, id fere totum, quod scio, in libris tuis, quos tu mihi, abundantia quadam humanitatis in me tuæ utendos semper libentissime dedisti, me didicisse fateor. Quamobrem, & ut quod diu desideraui, hanc occasionem nactus, præstarem, & ut tuæ uirtutis tibi debitos fructus redderem, & quod tuum quoddammodo est, restituerem, hoc opus tibi soli nuncupari debuit. Et cui nam DE INTERIORE HOMINE, *& de suiipsius cognitione liber conguentius dicari potuit, quam ei, qui ab ipsa usque pueritia hunc hominem uixit, & excoluit? Ei, qui interiorum hominum consuetudine a primis vsque annis semper est usus, eosque semper obseruauit? Ei, inquam, qui tale ac tantum de interiore uiuendi ratione specimen in omni sua vita dedit, ut in ipso*

ætatis flore ad perfectionis gradum, ad dignitatem nimirum episcopalem a GREGORIO XIII. *electus, ac prælectus fuerit? Quæ dignitas ijs potissimum debetur hominibus, qui non modo exteriorem hominem cum actibus suis expoliarunt, & secundum interiorem uiuunt, seque ipsos cognoscunt; sed etiam ad interiores homines formandos, regendosque idonei esse censentur. Possem te ijs nunc laudibus, Antistes optime, quæ a maioribus petuntur exornare, si id locus pateretur, teque ista externa gloria indigere putarem. Siquidem ex ea natus es familia, quæ ab hinc multos annos in antiqua nobilique ciuitate uiris toga, & armis, dominioque illustribus floruit. Namque, ut ex certis constat memorijs,* GREGORII. II. *temporibus, quidam Anastasius Accorombonus nobilissimus Heros Marburgensis in Italiam Eugubium uenit, a quo Accorombona familia suam trahit originem. Quæ olim ita domino ualuit, ut cum ea resp. Florentina ob eius uires & opes societatem inierit, eamque in suam fidem receperit. Itaque longum omnino facerem, si historiam hominum Accorombonæ familiæ bellicis rebus & literis illustrium texere uellem; cum in utroque genere, etiam nostra ætate, uiri his artibus celebres in ea extiterint. Non tamen silentio præteribo Hieronymum auum tuum, qui ita philosophicis & medicis literis ornatus fuit, ut in celeberrimo Gymnasio Patauino publice profiteri, ac ob nominis celebritatem a Paulo III. bonarum literarum alum-*

no,ac

no, ac eruditorum hominum Mæcenate optimo Romam, ubi, & gloriam maximam comparauit, & ædes magnificas extruxit, accersiri meruerit. Hunc duo filij auitam & paternam uirtutem æmulantes, Fabius, & Felix, patrui tui secuti sunt. Ille tantum in Cæsareo Pontificioque iure breui tempore profecit, ut una cum patre in eodem Gymnasio Iurisprudentiam docuerit, & ab eodem Pontifice accersitus, primum Consistorialis Aduocatus, deinde Romanæ Rotæ, in qua Decanus uixit, Auditor creatus fuerit. Qui, si duorum Pontificum mors Cardinalium creationem, & tertij, ipsius obitus non anteuertisset, familiam suam Cardinalatus dignitate illustrasset. Quo honoris genere ob eius singularia merita tres Pontifices, quorum temporibus magno cum nomine Romæ uixit, eum ornare decreuerant, idque ei non semel polliciti fuerant. De cuius uiri doctrina, prudentia, integritate, atque iustitia multa, si locus permitteret scribere possem. Et quod ad doctrinam attinet, id obiter dixerim, eius responsa maximam apud uiros doctos auctoritatem, pondusque, quasi decreta quædam, habuisse. Dedit etiam in lucem duas repetitiones admodum eruditas, quæ a peritis hominibus maximi iure fiunt. Moliebatur quoque perutile & arduum opus, in quo dubia omnia, quæ passim his temporibus in litibus accidere solent, explicare uolebat, id quod fecisset, nisi immatura morte e uita migrasset. Felix uero a primis annis Græcam linguam cum Latina coniunxit, diuinæque philosophiæ

 operam

operam dedit. Postea in ætate iam prouecta Hebraicum sermonem, & sacram Theologiam maximo cum ardore, & solicitudine perdidicit, quod suæ familiæ posteris perpetuo exemplo esse debebit. Cum ergo his bonis artibus esset excultus, non semel ei episcopale munus fuit oblatum, quod suscepisset, nisi illud prudenter animaduertisset, huiusmodi esse munus, ut etiam angelicis humeris sit formidandum. Et ut suæ eruditionis aliquod monumentum posteritati relinqueret, annotationes in difficiliores Platonis, Aristotelis, & Theophrasti locos non pœnitendas, quæ propediem in lucem prodibunt, conscripsit. Verum, ut paulo ante dicebam, tu Præsul optime, hac externa a tuis petita laude minime eges; cum tu tuis moribus, tua eruditione, tuaque uirtute tantum tibi nominis acquisiueris, ut plus splendoris in familiam tuam intuleris, quam (quod pace tuorum maiorum dixerim) ab ea acceperis. Quæ autem speciatim de tota uita tua, de doctrina, de religione, ac pastorali cura, qua, ut id priuate dicam, Ecclesiæ tuæ quinque martyrum honorem, quo aliorum incuria orbata fuerat, restituisti, dici a me possent, cum hac nuncupatoria epistola contineri non queant, silentio inuoluam; ne dum omnia per locum dicere non licet, si pauca scriberem, mihi in te laudando argumentum defuisse uideretur. Huc accedit, quod non omnino rationi consentaneum esse uidetur, ut hic internus homo ad internum hominem missus, ea secum ferat, quæ ab internis hominibus minimi fieri bona solent.

Siquidem


Siquidem internus homo, qui altè spectat, qui ab hac rerum caligine est seiunctus, qui in humanis præmijs spem nullam collocat, qui denique de mundo non est, omnem humanam gloriam in angustijs uersari uidet, & quidquid est nominis & splendoris hominum interitu obrui, ac posteritatis obliuione extingui intelligit, atque proinde humana omnia facile contemnit. Aliam igitur magis idoneam ad id quod opto faciendum oportunitatem expectabo; & tu interim, dum eam, quam a puero de te expectationem concitasti in dies magis magisque confirmas, altius euolabis, quæ ad tuas laudes prædicandas adhuc ampliorem mihi materiam dabis. Nunc autem omni animi studio hoc tibi offero munusculum, obseruantiæ erga te meæ argumentum, tuarum virtutum fructus, ac meritorum in me tuorum non parem gratiam; quam tamen si ex animo pendes, aliquam eorum partem assecutus uideri potero. Tua igitur qua es humanitate præditus, hoc quidquid est muneris excipe, gratumque animum inspice, ac offerentem suscipe, eique tua benignitate faue. Qui, si hoc suum studium gratum tibi accidisse senserit, nouo se beneficio sentiet affectum, ac proinde noua de tua beneficentia opinione concepta, nouos tibi tuarum uirtutum ac meritorum fructus multo uberiores iterum restituet, meritisque laudibus fusius alias ornabit.

Vale. Venetijs. Kalend. Februar.

M D LXXXV.

VRBA-

VRBANVS LONGVS A COSTACIARIO CHRISTIANO LECTORI. S.



IBRORVM, Christiane Lector, non omnium eadem est ratio: multi expectationem sustinent, quam de sua utilitate concitarunt: alij uero, prima quidem fronte pollicentur multa; sed qui expectantur ab eis fructus, eos non præbent. Hinc fit, vt plerique hominum, multorum librorum specie decepti, ab aliorum lectione abstineant, & fructus amittant huberrimos: quorum utilitati nunc mihi consulendum esse existimaui. Cũ ergo nuper a Domino Ludouico Carbone, præceptore meo optimo, optimeq; de me merito hic liber ederetur, quem reip. Christianæ maximæ vtilitati fore existimaui, atque ei non liceret lectorum utilitati & commoditati amplius studere; opere iam confecto, non sum passus lectores in eo suas quasi debitas commoditates desiderare. Propterea breuiter omnibus, quæ toto opere continentur collectis, & debito ordine positis, varios indices confeci, vt per eos huius libri utilitates, omnes facile cogno-

scentes,

ſcentes, ad eum amplectendum excitentur magis. Ad quod etiam faciendum nonnullæ aliæ me impulerunt rationes. Primum, tanti operis præstantia, & meritum; quod, etſi ob argumenti dignitatem & doctrinæ uarietatem eſſet cur a me ſummis laudibus celebraretur: tamen, quia pro dignitate hoc meis uiribus conſequi nunquam poſſem, id tantum dixerim: hoc illud opus eſſe, quod ob eius vtilitatem, & neceſſitatem ab omnibus hactenus deſideratum, ſed a nemine ob difficultatem explicatum unquam fuit. Et ſane, ſi præclare illud, & toto terrarum orbe celeberrimum dictum NOSCE TEIPSVM, ſemper tãti fuit apud omnes, ut ſummis illud vbiq; laudibus ſemper extulerint, & eius auctorem, quem ferebant Apollinem, maiori reuerentia, ac religione coluerint; qua animi alacritate eſt hoc opus amplectendum? quibus laudibus efferendus eſt Carbo? qua gloria exornandus? aut quibus uerbis ei gratiæ agendæ ſunt? cum non ſolum quid ſit agendum proponat, non tantum vnumquemque ad ſuiipſius cognitionem hortetur; ſed qua ratione (quod eſt omnium difficilimum) id quiſque conſequi poſſit, demonſtrat. Ille namque petentem quid ſibi agendum eſſet, ut ad beatitudinem properaret, eo reſponſo non explicuit, ſed magis impliuit; hic tacitis omnium petitionibus cumulatiſſime ſatisfecit: ille ſua ob-

ſcuritate

ſcuritate potius homines ſuijpſorum ignaros à beatitudine deterruit, cum eos nullam ſeipſos cognoſcendi rationem docuerit: hic cum optime ſuijpſius cognitionem aperiat, non ſolum beatitudinis iter pandit, ſed etiam illud ſuo lumine perfundit, & facillimum reddit: ille in re tanta unicum tantum protulit uerbum: hic rem omnem comprehenſus, antiquorum patrum, & maximorum doctorũ doctrinã connectens, maximis vigilijs ſummam totius negotij confecit; & ſub interiore homine, quem admirabili arte ex ſacris literis conſtruxit, pulcherrimam, & facillimam ſuijpſius cognoſcendi rationem propoſuit, & ſimul quamplurimos ſacrarum ſcripturarum locos explicuit, & ad alios explicandos materiam ſubminiſtrauit aptisſimam. Deinde ea me quoque ratio excitauit, ut illi, apud quos liber erit, eius commodiorem uſum obtineant, & maiores ex eo utilitates percipiãt. His omnibus illud accedebat optatum, quod me ſummopere commouebat; quia hanc nactus occaſionem, poſſem aliquam animi mei ſignificationem oſtendere patrono meo admodum Illuſtri, & Reuerendisſimo Domino. D. Octauio Accorombono; non quod eius laudes proſequar, cum id nec locus ferat, nec meæ uires patiantur; ſed quoniam ipſe ex hoc meo labore, qualis qualis ſit, cum ſua potisſimum cauſa ſuſceptum eſſe intelliget, ſpectabit animum meũ,

&me

& me gratum, memoremque cognoſcet; cum animi ingenui ſit, & maxima liberaliſſime largiri, & minima libenter excipere. Tu autem, benigne lector, ſi de tua utilitate ſolicitus es, interiorem hunc hominem complectere, ne, cum auctor ſummo ſtudio, & maximo te labore quieſierit, inuenerit, tibique teipſum reſtituerit, ſi te ignoraueris, in te illud cadat: Qui ignorat ignorabitur. Illud tamen te monitum uolo, quod ſi in eo aliquid deſiderabis, id non auctori uitio tribuas; ſed potius primo inuentori ignoſcas, & nihil ſimul inuentum, & perfectum eſſe memineris: ſi autē ea, quæ hic, ut res tulit breuiter cōtinentur fuſius tractata legere uolueris, auctores legere poteris, quos citatos reperies; ex quibus tanquam ex fontibus tota quæ in hoc opere continetur doctrina manauit. Quod ſi poſt huius operis lectionem tuimet cognitionem ampliorem habere, & noui huius hominis dignitatem cognoſcere cupis, eiuſdem auctoris Virum iuſtum, uel de laudibus Chriſtiani hominis centuriam, hic ſæpe citatam, conſule; opus ſummæ religionis, ſuperioribus diebus editum, non pœnitendum: ex quo interioris hominis laudes, magnitudinem, præſtantiam, & feliciſſimam conditionē cognoſces: Vt ubi hæc cognoueris, nouam uitam inſtituas, in eaque maiores in dies progreſſus facias, & tandem gloriam conſequaris æternam. Vale.

INDEX

Quid homini in hac uita potissimum cognoscendum agendumque sit, & qui sit huius operis Scopus. Cap. 1.
Quam sit necessarium seipsum cognoscere. Cap. 2.
Quanti spirituali diuinę scripturæ notitia facienda sit. c. 3
Cur Deus per allegorias nos docere uoluerit. cap. 4.
Qua ratione internus homo explicandus sit, & de methodo in hoc opere seruanda. cap. 5
Quid hæ duæ uoces, homo, & spiritus in sacra scriptura significat. cap. 6
Internum quendam hominem reperiri, & de hominis diuisione. cap. 7
Vterque homo describitur, externus nimirum, & internus. cap. 8
Quid, pater, in scriptura significet, & quotuplex sit generatio. ca. 9
Demonstratur qua ratione Deus sit interni hominis pater. cap. 10
Quomodo Christus sit interni hominis pater. cap. 11
De ceteris parentibus spiritualis hominis. cap. 12
Quam præclarum, quamque iucundum sit spirituali generationi operam dare. cap. 13
De semine, quo nouus homo generatur. cap. 14
De Matre, & utero unde nouus homo nascitur. cap. 15
De ceteris causis spiritualis generationis, de materia forma, & fine. cap. 16
Quid sit spiritualis generatio, seu iustificatio: & quantum nouus homo Christo debeat, ab eoque pendeat. cap. 17
De essentia, proprietatibus, atque subsistentia noui hominis. cap. 18
De anima & uita noui hominis, & quotuplex sit uita. cap. 19
De quatuor elementis ex quibus nouus homo componitur. cap. 20
De calore & frigiditate spirituali. cap. 21
De humiditate & siccitate spirituali. cap. 22
De noui hominis natiuitate, & quando, & quomodo nasci di-

ſci dicatur. cap.23
De obſtetrice, cunis, pannis & faſcijs ſpiritualis infantis. cap.24
De myſtico lacte, quo ſpiritualis infans lactãdus eſt. c.25
De huberibus, quæ ſpirituali infanti ſugenda ſunt. ca.26
De nutrice, nutricio, & pedagogo ſpiritualis pueri. c.27
De neceſſitate & ratione lactandi, & ablactandi ſpirituales pueros. cap.28
Deſcribuntur infantes & pueri ſpirituales, & eorum conditiones indicantur. cap.29
De ordine eorum, quę dicenda ſunt; & diuiſione partium humani corporis. cap.30
Quid corpus in ſcriptura ſignificet, & quod ſit interni hominis, eccleſiæ, & Chriſti corpus. cap.31
De quantitate & dimenſionibus ſpiritualibus corporis ſpiritualis. cap.32
De rectitudine, ſtatura, atque figura ſpiritualis corporis. cap.33.
Quid, caro, in ſcriptura ſignificet, & de quibuſdam loquendi modis ab hac uoce ſumptis. cap.34
De carnę & pelle corporis ſpiritualis; & quæ ſit Chriſti caro. cap.35
De naturali pulchritudine interni hominis. cap.36
De ſupernaturali noui hominis pulchritudine. cap.37
Quid, caput in ſcriptura ſignificet & quod ſit Dei & Angelorum caput. cap.38
Quod ſit interni hominis caput. cap.39.
Qua ratione Chriſtus ſit interni hominis caput. cap.40
De capillis, ſeu cęſarie & cincinnis ſpiritualis capitis, & quomodo capilli de Deo myſtice dicantur. cap.41
Quid facies in ſcriptura ſignificet, & quæ ſit Dei, Chriſti, & eccleſiæ facies. cap.42
De interni hominis facie. cap.43
De fronte, & temporibus ſpiritualibus. cap.44
De ſupercilijs frontis ſpiritualis. cap.45.
De genis internæ faciei. cap.46
Quid, oculus, in ſcriptura ſignificet, & qui ſint Dei, Angelorum, & eccleſię oculi. cap.47

Qui

Qui sint interni hominis oculi. cap.48
Explicatur natura spiritualis oculi per analogiam ad oculos corporales. cap.49
De pupillis, & palpebris oculi spiritualis. cap.50
Qui sit oculus dexter & sinister interioris capitis. cap.51
Quid uidere, & aspicere in diuinis literis significent, & quomodo Deus, Angeli, & internus homo uidere dicantur. cap.52
De lacrymis spiritualis oculi; quot, & quæ sint spiritualium lacrymarum genera. cap.53
De naribus interioribus, quomodo allegorice nares de Deo, & Angelis dicantur. cap.54
De auribus Dei, Angelorum, & interioris hominis. c.55
De spirituali auditu: quomodo, & quæ nouus homo audire debeat. cap.56
Quid, os, in scriptura significet, & quæ sint oris conditiones, & quomodo de Deo dicatur. cap.57
Quod sit interni hominis os, & de oris custodia. cap.58
De spirituali locutione: quo modo Deus, Angeli, & internus homo loqui dicatur. cap.59
Quid, uox, & uocare spiritualiter significent; & quomodo Deo, & interno homini, hęc mystice tribuantur. cap.60
De clamore, & clamare spirituali, & qua ratione Deus, & internus homo clamare dicuntur. cap.61
De spirituali risu spiritualis hominis. cap.62
Quid osculum, & osculari in diuinis literis significent, & quomodo Deo, & nouo homini conueniant. c.63.
De mystica labiorum significatione, & quæ sint spiritualis oris labia. cap.64
De dentibus interioribus, deque eorum risu. cap.65
Quæ sit interni hominis lingua, & quomodo Deo, & Angelis allegorice tribuatur. cap.66
De gustu, & saliua spirituali, & qui sit Angelorum gustus. cap.67
De palato, faucibus, & gutture spirituali. cap.68
De maxillis, & barba. cap.69
De collo, & ceruice interni hominis, & quod sit Ecclesiæ

ſixe collum. cap.70
Qui ſint noui hominis humeri, & quomodo humeri, ſeu ſcapulæ Deo tribuantur. cap.71
Quid dorſum in ſcriptura ſignificet, & quod ſit dorſum interioris hominis. cap.72
De pectore, & ſinu noui hominis, & qui ſit Dei ſinus. cap.73
Quid brachium in ſcriptura ſignificet, & quæ ſint Dei, & Angelorum, & noui hominis brachia. cap.74
Quas ſignificationes uox manus, in ſcriptura habeat, & quæ ſint Dei, & Angelorum manus. cap.75
Quæ ſint interioris hominis manus. cap.76
De manu dextera & ſiniſtra Dei, & noui hominis. cap.77
Quid, digitus, in diuinis literis ſignificet, & qui ſint Dei & ſpiritualis hominis digiti. cap.78
De ſpiritualis hominis tactu. cap.79
De uentre & utero Dei, & ſpiritualis hominis. cap.80
De Vmbelico. cap.81
De femoribus, quę ſint Dei, & interni hominis femora. cap.82
In homine interiore nullæ inhoneſtæ partes eſſe debent, & ſi ſunt; qua ratione tegendę ſint. cap.83
Quid genua in ſcriptura ſignificent, & quę ſint interioris hominis genua. cap.84
De cruribus, & calcaneo. cap.85
Quid, pes, in ſcriptura ſignificet, & qui ſint Dei, Chriſti, & Eccleſiæ pedes. cap.86
Qui ſint interni hominis pedes. cap.87
Qua ratione ſpirituales pedes cuſtodiendi & curandi ſint. cap.88
De functionibus ſpiritualium pedum. cap.89
Quæ ſit interioris hominis uia per quam ambulare debet. cap.90
De diuerſis ueteris & noui hominis, ſeu bonorum & malorum uijs. cap.91
De oſſibus, & medullis interni hominis, & quæ ſint Eccleſiæ oſſa. cap.92
De neruis, & compagibus ſpiritualis corporis. cap.93

De humoribus ſpiritualibus in uniuerſum, & ſpeciatim de ſanguine. cap.94
De ceteris humoribus ſpiritualis corporis. cap.95
De pinguedine & adipe ſpirituali. cap.96
Quid, cor, in ſcriptura ſignificet, & de modis loquendi ab hac uoce ſumptis. cap.97
De corde interni hominis, & quod ſit Dei, & Angelorum cor. cap.98
De præcordijs interioris hominis. cap.99
De habitu, pulſu, atque ſpirituali ſpiritu. cap.100
De uiſceribus, quæ ſint Dei, Eccleſiæ, & interioris hominis viſcera. cap.101
De renibus, & lumbis interioribus. cap.102
De ętatibus noui hominis generatim. cap.103
De ætatibus ſpiritualibus ſpeciatim, & primum de infantili, & puerili ætate. cap.104
De iuuenili, virili, & ſenili ętate. cap.105
De ueſtimentis interioris hominis generatim. cap. 106
De ueſtimentis ſpiritualibus ſpeciatim. cap. 107
De interioris hominis ciuitate ac patria. cap.108
De alijs eiuſdem hominis ciuitatibus. cap.109
Quid, domus, in ſcriptura ſignificet, & quæ ſit Dei, & interioris hominis domus. cap. 110
De alijs domibus ſpiritualis hominis. cap.111
De partibus ſpiritualis domus. cap.112
De lecto & ſtrato ſpirituali. cap.113
De ſpirituali ſomno bono, & malo. cap.114
De ſpirituali ſomnio bono, & malo. cap.115
De quiete ſpirituali, & quid homini quieſcere uolenti faciendum ſit. cap.116
Quid ſit ſpiritualiter ſurgere, & qui ſurgere dicantur. cap.117.
De igne & lucerna ſpirituali. cap.118
De uigilia ſpirituali bona, & mala: & cur, & quomodo interno homini uigilandum ſit. cap.119
De ſpirituali exercitatione in uniuerſum, & de otij deteſtatione. cap.120
Quid homini ſpirituali ubi ſurrexerint, & antequam

domo egrediatur faciendum sit. cap. 121
Quid, dies in scriptura significet, & qui sint Dei dies. cap. 122
De spirituali die. cap. 123
De nocte spirituali. cap. 124
De partibus temporis spiritualis, hodie, & cras. cap. 125
De partibus diei spiritualis, mane & diluculo. cap. 126
De meridie, & uespera. cap. 127
De spirituali fame. cap. 128
De siti spirituali. cap. 129
Quid, mensa, significet, & quæ sit spiritualis hominis mensa. cap. 130
Quid, sal, significet, quod sit sal spirituale. cap. 131
De spirituali calice. cap. 132
De manducatione spirituali. cap. 133
De spirituali potatione. cap. 134
De spirituali cibo in uniuersum: qui, & quot sint spirituales cibi. cap. 135
De spirituali pane, qui est Christus. cap. 136
De alijs panibus spiritualibus. cao. 137
De carne spirituali, qua spiritualis homo uescitur. c. 138
De uino & musto spirituali. cap. 139
De mystica ebrietate. cap. 140
Quid, uox aqua in sacris literis significet. cap. 141
De spirituali aqua bona, & mala. cap. 142
De conuiuio & prandio spirituali. cap. 143
De spirituali cena. cap. 144

FINIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A

Abire ad dominum, quid sit. 296
Adeps spiritualis qui. 322
Adeps quid in scriptura significet. 322
Adolescentia quid. 350
Adolescentia quid in scriptura significet. 350
Adolescens bonus, & malus qui. 350
Adulatores amici inimici. 212.
Aetatis descriptio. 346
Aetas quotuplex. 346
Aetates spirituales quę. 346
Alitus spititualis qui. 336
Allegoria unde dicatur, & quid sit. 11
Allegoriarũ cognitio quanti facienda sit. 10
Allegoriæ uariæ eiusdem rei. 16
Allegoria quot modis esse possit. 12
Allegorię sufficientia. 16
Ambidextri qui dicantur. 261.
Animę dignitas. 121
Animę pedes qui. 188
Animæ uiscera 340
Anima est naturaliter apta ad recipiendam gratiam 51.
Angelis cur humana figura tribuatur 130
Angelorum caput. 130
Angelorum oculi. 158. 159
Angelorum aures 188
Angelorum dentes. 219
Angelorum lingua 224
Angelorum gustus 228
Angelorum nares 184
Angelorum humeri 239
Angelorum pectus. 148
Angelorum cor. 333
Angelorum brachia 152
Angelorum manus 254
Angelorum tactus qui. 166
Angelorum pedes qui. 288
Angelorum uestes 361
Angelorum custodia. 288. 417.
Aqua quid in scriptura significet 489
Aquæ affectus 489
Aqua spiritualis quæ 491
Aquæ spiritualis effectus. 491
Aquæ malæ quæ. 493
Aspicere quid significet. 172
Attendere sibi quid sit 5
Auaritia damnata. 291. 271. 272.
Auditus spiritualis quando offen-

offendatur. 187
Audire quid sit. 189
Auris, & auricula quid significent. 184
Aures obturare quid 189
Aurem inclinare quid sit. 189.
Auris spiritualis qualis esse debeat. 186
Aures spirituales quæ,& earum descriptiones 186
Auris dextera & sinistra q̃ 186.187.
Aurium descriptio. 185
Aures Dei 187

B

BArba quid significet. 233.
Beatorum somnus. 288.
Beneficium quomodo conferendum. 238
Bibere quid in scriptura significet. 459
Bonorum uiæ quomodo appellentur. 304
Bonorum uiæ quæ sint. 306
Brachium quid significet. 249.
Brachiorum descriptio 259
Brachia noui hominis. 249
Brachia Dei. 252

C

CAlcaneus quid sit 285
Calcaneus quid in scriptura significet. 285
Calcaneus spiritualis qui. 285.
Calix quotuplex. 453
Calix spiritualis qui. 454. 455.
Calix quid significet in scriptura. 453
Calor spiritualis qui. 65
Caloris naturales effectus. 65.
Caloris spiritualis effectus. 65.66.
Caluitium quid significet. 139.
Capillus quomodo sumatur in scriptura. 139
Capilli interni hominis qui 139
Capilli ueteris hominis 140
Capilli quomodo nutriendi. 140
Caput cur sic dicatur. 129
Caput quid in scriptura significet. 129
Caput quid sit. 129
Caput mouere quid. 129
Caput tondere quid. 133
Caput leuare quid. 129
Caput interni hominis 131
Caput quomodo Deo, & Angelis mystice tribuatur. 130
Capitis laudes. 129. 132
Capitis conditiones. 135
Capitis officia. 109
Caritas quid efficiat. 63
Caritas cur oleo comparetur. 145

Caritatis effectus. 67.341
Caritas est animæ pulchritudo 124
Carnes Christi quæ 116
Carnem comedere quid sit 115.
Caro quot modis sumatur in scriptura 111
Caro & sanguis quid significent 112
Cœna spiritualis quæ 501
Cœnæ luminaria quę 505
Cœnæ spiritualis ministri 505.
Christus quomodo influat in membra 136
Christi corporis manducatio duplex 458
Christi uestimenta 361
Christi crura quæ 383
Christi facies 144
Christi pedes 788
Christiani dignitas 238
Cibi spirituales 462
Cilia cur sic dicta 167
Ciuitas refugij quæ 266
Clamor quot modis accipiatur in scriptura 203
Clamare in scriptura quid sit. 203
Comedere quid in scriptura significet 456
Comedere spirituale quid. 457.
Compages spirituales 314
Contemplationis necessitas. 385
Collum spiritualis hominis. 236
Collum quid significet in scriptura. 235
Colera spiritualis 320
Colera quid sit 320
Conuiuium unde dictum. 494.
Conuiuium quid significet. 495.
Cõuiuium spirituale quod. 495.
Conscientia bona iuge conuiuium 495
Corpus quot in scriptura modis sumatur 100
Corpus interni hominis 99
Corpus spirituale quomodo maculetur 103
Corpus interni hominis 101
Corporis spiritualis moles in quo consistat 105
Corporis interni hominis laudes 102
Correctio patienter ferenda 414
Cubile spirituale quid. 379.381.
Cunę spiritualis infantis. 76.
Cras quid significet 432
Crucis uis. 416
Crura interni hominis. 284
Crura quæ sint 283

D

Damnatorum sommus 388
Decrepitas quę 352

Dei nomen quomodo sumatur ab Hębreis 21
Dei descriptio 41
Dei caput quid sit 110
Dei capilli qui 141
Dei facies 145
Dei oculus 157.158
Dei uidere, & respicere quid sit 173
De nares 184
Dei inspiratio quid sit. 124
Dei aures 187.188
Dei audire quid sit 191
Dei os quod sit 192
Dei labia 217
Dei lingua quæ 224
Dei clamor qui 204
Dei uocem audire quid sit. 190.
Dei uox quæ 200
Dei risus qui 210
Dei humeri. 238.230.
Dei sinus 148
Dei digiti 265
Dei brachium quid 151
Dei manus 254
Dei dextera quæ 259
Dei femur est Christus 275
Dei tergum quid sit 244
Dei uterus qui 272
Dei cor quod sit 333
Dei posteriora uidere quid sit. 144
Dei uiscera 342
Dei pedes 287
Dei uestimentũ quod. 361
Dei stola quæ. 361
De mensa. 447.450
Dei domus quæ. 368
Dei dies qui sint 419.420
Dei filij qui uocentur. 20
Dei cura circa iustos. 87
Dæmon qua arte homines decipiat. 303
Dentes unde dicantur. 218
Dentium descriptio. 218
Dentes quid significent in scriptura. 218
Deus pater spiritualis hominis. 31
Deus quando respicere dicatur. 144
Deus unde melius cognoscatur. 5
Deus quomodo osculetur hominem. 214
Deus quomodo faciẽ ostẽdat. 144
Deus quomodo nobiscum loquatur. 196
Deum interrogare quid sit. 197.
Deũ dormire quid sit. 388
Deum respondere quid sit. 197.
Dextera quomodo sumatur in scriptura. 259
Dextera, & sinistra interni hominis. 261
Dies mali qui. 419
Dies boni qui. 419
Dies quot modis sumatur. 421
Dies quid in scriptnra significet. 418
Dies spiritualis qui. 422

Digiti quomodo sumatur in scriptura. 262
Digiti spirituales qui. 263
Discretio quæ. 183
Doctores quomodo patres spiritualis hominis. 37
Docendi ratio. 83
domus spiritualis tectum. 375.
domus quid significet in scrip. 368
domus spiritualis atrium. 378
domus spiritualis pauimentum. 377
domus spiritualis cubiculum. 378
domus spiritualis fundamētum. 375
domus spiritualis parietes. 375
domus spiritualis porta. 376.
domus spiritualis fenestrę. 376.
dormire uolenti quid faciēdum. 387
dorsum in scriptura quot modis sumatur. 234
dorsum quid significet. 234
dorsū externi hominis. 245

E

EBrietas quid sit. 483
Ebrietas quomodo fugienda. 488
Ebrietas quotuplex sit. 483
Ebrietas mala quæ. 486
Ebrietas spiritualis. 484
Ebrietatis effectus. 483. 487
Ecclesiæ facies. 144
Ecclesiæ oculi. 158
Ecclesiæ nasus. 183
Ecclesiæ maxillæ. 233
Ecclesiæ labia. 218
Ecclesiæ dentes. 219
Ecclesiæ lingua. 224
Ecclesiæ collum quod. 238
Ecclesia quomodo sit mater interni hominis. 47
Ecclesiæ uiscera. 342
Ecclesiæ genæ. 156
Ecclesię ossa. 310
Ecclesiæ pedes. 288
In Ecclesia reuerenter uersandum. 372
Elemēta phisica quam uim habeant. 62
Elementa spiritualem hominem consistentia. 63
Eleemosynę ualor. 257. 258
Eucharistiæ sacramentum qua ratione sumendum. 476.
Exaudire quid sit. 189

F

FAcies quid significet in scriptura. 142
Facies qua aqua lauanda sit. 145
Faciem lauare quid sit. 145
Fames quid sit. 441
Fames spiritualis quotuplex.

plex. 441
Fames spiritualis quę. 442
Fames bona, & mala quæ sint. 443
Fasciæ, quibus spiritualis infans circumligatur. 76
Fauces spirituales. 229
Fauces quid sint. 229
Felicitatem ubi posuerint philosophi. 33
Femoris significationes. 275
Femora interna. 275
Femora quid significent in scrip. 275
Feminalia quid sint. 278
Femoralia quæ sint. 360
Festis diebus quid agendũ. 392.
Fides quid sit. 58
Fides quacunque dubitatione tollitur. 154
Filios spirituales gignere præstantissimum est. 41
Filios generare doctrina. 40.41.42.
Finis interni hominis. 53
Frigiditatis effectus. 67
Frigiditatis spiritualis effectus. 67
Forma ĩterni hominis quę. 59.
Fratres interni hominis q. 92.
Frontis descriptio. 148.150
Frons quomodo in scrip. sumatur. 148
Frons interni hominis. 148
Frons quæ uituperetur. 150
Frons rugata quæ sit. 149

G

Gaudium uerum unde oriatur. 207
Genarum descriptio 154.
Genæ quales esse debent. 165.
Genæ spirituales quæ. 154
Genæ quæ laudentur. 155
Generatio quid significet in scrip. & quot modis accipiatur. 28
Generatio quotuplex. 28. 29.
Generatio praua, iusta, & humana quæ sint. 29
Generatio uera, & naturalis duplex. 28
Generatio metaphorica quotuplex. 29
Generatio spiritualis quid. 54.
Generationis spiritualis necessitas. 30
Generatio spiritualis quæ requirat. 29
Generatio spiritualis cuius sit corruptio. 55
Genua interna quæ. 281
Grabbatũ spirituale quod. 381.
Gratia quid efficiat. 90
Gratia pręstat in homine interiore, quod anima pręstat in corpore. 60

Gratia est infusa in anima. 53.
Gulæ detestatio, & effectus. 461.
Gustus quid sit. 226
Gustus spiritualis qui. 228
Guttur quomodo accipiatur in scriptura. 729
Guttur iterni hominis. 229

H

Hepar quid sit. 334
Hodie quomodo in scrip. sumatur. 430
Hodie spirituale. 431
Hominem renasci oportet. 30.
Homini quid potissimum cognoscendum sit in hac uita 1
Homini quid agendum antequam somnum capiat. 393.
Homines cur non uiuant læti. 1
Homo quomodo a Græcis appelletur. 109
Homo quid significet ĩ scriptura, & quot modis accipiatur. 19
Homo quis dicatur. 110
Homo cur dicatur Enos, & Adam. 20
Homo homo quid scriptura significet. 19
Homo quid sit. 378
Homo est liberi arbitrij, & qui contrarium stulte dixerint. 52
Homo exterior quid sit multiplici descriptione declaratur. 25.26
Homo quomodo imago, & quomodo similitudo Dei. 122
Homo ex se non potest se disponere ad gratiam. 53
Homo aliquid boni naturaliter operatur. 58
Homo aliquo modo Angelos superat. 117
Homo quotuplex. 23
Homo nouus quotuplex. 24.
Homo ĩterior cognitus fuit a philosophis. 23
Homo metaphoricus, siue moralis qui sit. 23
Homo interior, & exterior non sunt re uera duo homines. 24
Hominis interni dignitas. 32.
Homo moralis quotuplex. 23.
Homo interior, & exterior, nouus, & uetus unde dicantur. 24
Homo internus, & externus quot modis diuersimode appellentur. 26.27
Hominis præstantia quanta sit, pulcherrime demõstratur. 116
Hominis boni appellationes.

nes. 120
Homo sine gratia quid. 61
Homo quid significet. 440
Hortatio ad laborem. 409. 410. 411.
Hubera quomodo in scrip. sumantur. 80
Hubera quibus spiritualis infans lactandus est. 80
Humerorum descriptio. 338.
Humeri interni hominis. 239.
Humiditatis naturalis effe-ctus. 68
Humiditas spiritualis quæ. 68.
Humilitas beatæ Virgi-nis quanta. 105
Humilitatis effectus. 68

I

IAnitores spiritualis domus. 377
Iecur spirituale quid. 334.
Ignis spiritualis quomodo accendatur. 400
Ignis quæ contineat. 399
Ignis malus qui sit. 397
Ignis bonus qui. 399
Ignorantia fugienda. 428
Ignorantia damnatur. 364
Ignorãtia sui quid efficiat 7
Ignorantia ubi est, ibi dedecus, & ignominia. 7
Ingratitudinis grauitas. 127
Indumentum noui hominis. 355
Indumentum quid sit. 353
Infantis opera. 95
Infantia quæ, & unde dicatur. 347
Infans unde dicatur. 95
Infantes spirituales q sint. 348.
Infantes qui in scriptura dicantur. 95. 96
Intentio caput hominis. 132.
Interni hominis uita. 62
Interni hominis dignitas. 59.
Interni hominis præstantia unde sumatur. 45
Interni hominis appellationes, & status descriptio. 57.
Interni hominis ciuitas. 363.
Interior homo quomodo se armare debeat. 417
Interni hominis subsistentia. 56
Interni hominis essentia. 56.
Internus homo quomodo ambulare dicatur. 295
Internus homo quomodo currat. 196
Internus homo quomodo nascatur. 70
Internus homo quos possit uocare patres. 37
Internus homo quantum debeat

debeat Christo. 36
Internus homo quando est uerus. 26
Internus homo qd sit multiplici descriptione declaratur. 16
Internus homo quomodo quis euadere possit. 27
Internus homo quibus constet. 102
Internus homo cuius similitudinem gerat. 35
Interior homo quid sit. 54
Iustificatio cur appelletur creatio. 30
Iustificatio quid. 54
Iustus, est Deus quidam. 422.
Iuuentus quid in scriptura significet. 350
Iuuenis quis dicatur. 350

L

Labia quid in scriptura significent. 216
Labia unde dicta. 216
Labia interiora. 216
Labia spiritualia qualia esse debent. 217
Labor quotuplex. 407
Laboris honesti descriptio, & utilitates. 408
Laborare quid significet in scriptura. 407
Lac & lactare, quid in scriptura significent. 77
Lac quo spiritualis infans lactandus est. 78
Lactandi, & nutriendi infantes spirituales necessitas. 91
Lacryma quid. 174
Lacryma quid in scriptura significet. 174
Lacrymæ deuotionis, quæ sint. 179
Lacrymæ quomodo excitari possint. 177
Lacryme quæ ueræ, quę falsæ. 174
Lacrymę pro alienis erratis suę sunt Deo gratissimę. 179.
Lacrymæ interiores, meliores exterioribus. 179
Lacrymarum ualor, & efficacia. 178
Lacrymarum ingentes utilitates. 177
Lacrymarum genera quot. 174.
Latera quę sint, & unde dicta. 246
Latera spititualia quæ. 246
Lectus unde dictus. 378
Lactus spiritualis qui. 379. 381.
Lectus spiritualis quando sternitur. 381. 382
Lingua unde dicta. 221
Lingua quid significet in scriptura. 221
Lingua quot modis sumatur. 221
Linguæ malæ effectus. 221

Lin-

Linteus, in quo spiritualis infans inuoluitur, qui. 75.
Lingua interni hominis q. 222.
Locutio quotuplex. 196
Locutio spiritualis quę. 197
Loqui quot modis in scriptura sumatur. 196
Luctus spiritualis quid sit. 180.
Lumbi quid in scriptura significent. 342
Lumbi spirituales qui. 343
Lucerna quid in scriptura significet. 400
Lucerna spiritualis quæ. 400.
Luxuriæ uituperatio. 276
Luxuriæ effectus & filiæ. 276.

M

Malanconia quid sit. 321
Malanconia spiritualis quæ. 321
Mane quid in scriptura significet. 436
Mane spirituale quod. 434
Manus, quid in scriptura significet. 152.153
Manuum descriptio. 152
Manus spiritualis quæ. 185
Maria non fuit concepta in peccato originali. 30
Maria nunquam peccauit, nec leuiter quidem. 113
Maria ciuitas refugij. 365
Maria est interni hominis mater. 50
Maria Virginis laudes. 50
Mariæ Virginis auxilium quam sit efficax. 50
Marię Virginis officia erga spirituales infantes. 50
Mariæ umblicus qualis. 274
Mater unde dicta. 49
Mater quot modis accipiatur in scriptura. 46
Mater interni hominis quę 46.47.48. Vbi resideat.
Matris munera. 49.89
Matres suos filios lactare debent. 49
Matres non lactantes spirituales filios quantum errent. 49
Materia interni hominis quæ. 51
Materia interni hominis quomodo disponatur. 51.
Masculi conditiones. 97
Masculus præstantior fœmina. 97
Maxilla quid significet in scriptura. 232
Maxillæ interni hominis. 232.
Medulla quid sit. 310
Medulla spiritualis quę. 310
Mensa quid in scriptura significet. 447
Mensa spiritualis quæ. 449

Meridies quid sit. 437
Meridies spiritualis qui. 437.
Morbi utilitas. 175
Multum quid significet. 481.
Mustũ spirituale quod. 482

N

NAres unde dicantur. 181.
Narium descriptio. 181.
Narium munera. 182
Nares spirituales quæ. 182. 184.
Nasus quid in scriptura significet. 182
Nasci quando aliquid dicatur. 70
Natiuitas spirituales quotuplex. 70
Natiuitatis spiritualis laudes. 73
Nerui qui sint. 312
Nerui quid in scriptura significent. 312
Nerui spirituales qui. 314
Nosce teipsum, a quo dictũ fuerit. 2
Noctis effectus. 426
Nox unde dicta. 426
Nox mala quæ. 427. 428
Nox spiritualis bona. 429
Nutrices quid præstare debeat. 89
Nutrices spirituales q̃. 92
Nutrices quibus cibis uti debent. 92

O

OBstetricis munera. 74.
Obstetrix spiritualis hominis quę. 74
Obstinatio quid. 180
Oculus unde dicatur. 162
Oculus quid in scriptura significet. 157
Oculus internus & externus in quo conuenient & differant. 163
Oculus bonus qui sit. 157
Oculus internus qui. 159. 102.
Oculus dexter & sinister qui. 169
Oculus quando scandelizet. 170
Oculus si scandelizat quomodo eijciendus. 159
Oculus spiritualis ad uidendum quibus egeat. 164
Oculi interni munus. 163
Oculi interni hominis qui. 159. 160.
Oculi cur alió in loco positi non sint. 162
Oculorum externum natura & proprietates. 162
Oculis spiritualibus, quæ uideantur. 160
Oleum spirituale quod & quotuplex. 132

Oleum lucernę spiritualis. 402.
Oratio quid sit. 290
Orationis effectus. 313
Orationis necessitas. 313
Origenes laudatus, & defensus. 13
Os cur sic appelletur. 192
Os quibus modis sumatur in scriptura. 191
Os spirituale quod. 193
Os spirituale uarie explicatum. 193
Oris humani conditiones. 193.
Oris humani descriptio. 192.
Osculorum genera quot. 212.
Osculum cuius rei sit signum. 213
Osculum quid significet, & eius usus. 211
Oscula mala quæ. 214
Osculari quid. 212
Ossa quid significent. 307
Ossa spiritualia quę. 307

P

PAcis laudes. 366
Pallia quæ, & quot. 357.
Pallium spirituale quod. 357.
Palatum spirituale. 229
Palatum quid sit. 229
Palpebrę unde dicantur. 168.
Palpebræ spirituales quæ. 168.
Panis quid in scriptura significet. 464
Panis spiritualis effectus. 465. 469. 470.
Panis malus qui. 473
Panni quibus inuoluitur spiritualis infans. 76
Parentes quid præstare debent. 87
Pater unde Deus dicatur. 28.
Pater quot modis aliquis dicatur. 27
Pater quis dicatur. 33
Pater interni hominis est Deus. 31. 34. 37.
Patres spirituales quomodo prodesse debent. 41
Patria interni hominis q̃. 363.
Paruuli Babylonis occidendi. 349
Paupertas non despicienda. 161
Paupertatis laudes. 446
Paupertatis utilitates & laudes. 161
Pauperibus subueniendũ. 161. 146.
Peccato sublato remanent reliquiæ. 15
Peccati effectus. 142
Peccatum quomodo generetur. 72
Peccatorum uiæ. 304

Peccatorum uestes quæ. 354
Peccatorum ossa quę. 311
Pectoris descriptio. 247
Pectus interni hominis. 247.
Pedagogi spirituales qui sint, & eorum munera. 90.
Pedes qui sint. 186
Pedes quid in scriptura significent. 287
Pedes spirituales quales esse debent. 291
Pedes calceati qui sint. 291
Pellis spiritualis quæ. 114
Pilus quid allegorice significet. 139
Pilosus quis dicatur. 140
Pinguedo quid in scriptura significet. 322
Pinguedo quid sit. 312
Pinguedo spiritualis quæ. 322.
Pinguedo spiritualis necessaria. 322
Planta pedis, quæ sit. 291
Prandium quid sit. 497
Prandium spirituale quod. 497.
Prelatorum humeri. 241
Prophetæ cur uidentes dicti. 390
Puer quid in scriptura significet. 348
Pueri spirituales qui. 348
Pueri spiritualis opera. 96
Puer quis dicatur. 348
Puerorum institutio qui-bus commissa. 88.89
Puerorum cōditiones quæ. 96.
Puer quot modis sumatur in scriptura. 96
Puerilis ætas quæ sit. 348.
Pulchritudo corporis quid sit. 123
Pulchritudo corporis quid 123.
Pulchritudo naturalis non facit hominem Deo gratiosum. 121
Pulchritudo naturalis nulla est si cum supernaturali comparetur. 111
Pulchritudo supernaturalis unde oriatur. 122.123
Pulchritudo quomodo uioletur. 127
Pulchritudo supernaturalis quomodo augeatur. 127.
Pulchritudo cur ex uirtute nascatur. 120
Pulchritudo supernaturalis in quo sita sit. 124
Pulchritudo supernaturalis quomodo acquiri possit. 127
Pulchritudo supernaturalis unde oriatur. 122.123
Pulmo spiritualis qui. 334
Pulsus quid. 338
Pulsus multiplex. 339
Puluinns spiritualis qui. 391.

Pupilla unde sic dicta. 166
Pupilla spiritualis quæ. 166
Pupilla oculorum Dei, & Ecclesiæ. 158
Purgatoriũ reperitur. 398

Q

Qua arte Dæmon homines decipiat. 303.
Quatuor humores corporis similes quatuor uirtutibus cardinalibus. 315
Quæ hominem uigilẽ reddant. 405
Quæ proprietates ex essentia hominis spiritualis oriantur. 57
Quibus cibis spirituale corpus pinguefiat. 325
Quies necessaria animali. 391.
Quies spiritualis quæ. 92.

R

Recti homines qui dicantur in scriptura. 107
Regula ad discernenda somnia bona a malis. 390
Regula, ad discendum recte loqui. 195
Religionis status descriptio. 381
Religio est lectus spiritualis 381.
Reliquiæ colendę. 310
Reliquiarum laus. 310
Reliquiarum effectus. 310
Renes quid in scriptura significent. 344
Renes quid sint. 343
Ridere quid sit. 207
Risus spiritualis qui. 207
Risus spiritualis Deo placet. 206
Risus spiritualis necessari⁹. 207.
Risus spiritualis quando erit perfectus. 108
Risus qualis sacrificandus Deo. 208

S

Sacerdotes honorandi. 268.
Sacerdotibus necessaria est castitas. 278
Sacerdotum peccata nõ sũt manifestanda. 279
Sacerdotes quanti faciendi. 158.
Sacerdotes spiritualiter generare debent. 280
Sacerdotis pectus quale esse. 148
Sal quid in scriptura significet. 451
Sal spirituale quod. 451
Salis usus. 451
Saliua quid. 225
Saliua unde oriatur. 225
Saliua spiritualis quę. 225

Sanguis quid in scriptura significet. 316
Sanguis effectus. 316
Sanguis spiritualis qui. 316
Sapientia quæ bona. 3
Scientia quam necessaria sit sacerdoti. 247
Scriptura est atriũ domus Dei. 378
Scripturæ utilitates. 354
Scripturæ anima & corpus quæ sint. 11
Scripturarum sensus cur multi. 14
Semen quid sit. 42.43
Semen quo generatur homo spiritualis quod. 43
Semen allegorice quid significet. 43
Semen spiritualis hominis est aqua baptismi. 44
Semen quo spiritualis homo generatur unde depromatur. 43
Semen quid in scriptura significet. 43
Senilis ætas quæ. 352
Senes spirituales qui. 352
Siccitatis naturalis effectus. 69.
Siccitas spiritualis quæ. 69
Sinistra quid sit. 259
Sinus quomodo accipiatur in scriptura. 148
Sinus spiritualis qui. 148
Sinus Abrahæ qui. 148
Sitis quid sit. 444
Sitis quid significet in scriptura. 444
Sitis spiritualis bona quæ. 444.
Somnus quid in scriptura significet. 382
Somni descriptio. 385
Somnus damnatus. 384
Somnus spiritualis qui. 385
Somnus malus qui. 383. 384.
Somnus spiritualis quantũ Deo placet. 386
Somni spiritualis descriptio. 385.386
Somniare quid sit. 388
Somniorum genera. 388
Somnia spiritualia quæ. 388.
Somnia bona a malis qua ratione discernenda. 390
Somnium malum quod. 391.
Speculum spirituale quod. 413.
Spiritus quid sit. 336
Spiritus quotuplex. 337
Spiritus quid significet in scriptura. 21
Spiritualis & literalis sensus comparatio. 10
Spirituales filios gignere quam necessarium sit. 41
Spirituali procreationi operam dare quam sit præclarum. 40
Spiritualis infantis opera, & munera. 95.96
Spiritualis infantis cibus post

post lac. 94
Spiritualis homo in hac uita non est sine carne. 113
Spiritualis somnus qui. 189
Sponsi crura quæ, 283
Stola spiritualis quę sit. 359
Stragulũ spirituale quod, 382.
Stratum quid sit, 380
Sui cognitio quam utilis. 5
Sui notitia omnium difficillima. 4
Sui cognitio duplex. 15
Sui cognitio quomodo acquirenda. 3
Sui cognitio quos effectus pariat, 7
Superbia quid naturaliter indicent. 151
Superciliorum descriptio, 151.
Supercilia spiritualia quæ, 151.
Superbia graue peccatum, 152.
Surgere spiritualiter quid sit. 394
Sura pedum spiritualiũ. 284

T

TAciturnitatis laudes, 195.
Tactus descriptio, 265. 266.
Tangere quid in scriptura significet. 266
Tactus in Angelis quid. 266
Tactus spiritualis qui. 266 267.
Tactum spiritualem qui habeant, 266
Tangere immunda non licet, 267. 268
Tangere pupillam oculorũ Dei qui dicantur. 268
Tangere Deus quando dicatur. 266
Tempora spiritualia quæ, 150.
Tempus quod datur uitæ quanti faciendum. 402
Tibiæ quę sint, 282
Timoris diuini effectus. 168
Tribulatio necessaria. 301
Tunica spiritualis quæ. 358

V

VEntris descriptio, 268. 269.
Venter quid in scriptura significet, 269
Ventris carnalis munera, 270.
Venter & uterus quid significent in scriptura. 269
Venter in corpore politico qui. 270
Venter spiritualis qui. 269. 270.
Ventris spiritualis uiscera, 270.
Venter spiritualis quomodo custodiendus. 271
Verecundiæ laudes. 151

Vespera quid sit. 439
Vespera quando fit. 440
Vespera quid significet. 439.
Vespera est tempus pœnitentię. 440
Vespera spiritualis quæ. 439.
Vestes ueteris hominis. 353
Vestis apud Hebræos quid significet. 353
Vestes spiritualis hominis quæ. 354.355
Vestis nuptialis quæ. 358
Vestimenta spiritualia mutanda. 255
Via quid in scriptura significet. 299
Viæ spirituales quę. 300
Vię Dei quæ. 299
Viæ bonorum & malorum. 303.304.
Viam ueram quis indicare potuerit. 299
Videre quidere in scriptura significet. 172
Vigilia mala quæ. 405
Vigilia mala unde nascatur. 406
Vigiliæ malæ effectus. 406
Vigiliæ utilitates, & necessitas. 404
Vigilia spiritualis quę. 403
Vigilia unde oriatur. 405
Vigilandum homini cur sit. 404.405.
Vinum mysticum quod sit. 478 481.
Vini effectus. 477
Vinum nouũ & uetus. 478
Vinum spirituale. 478.479
Vinum mixtum quod. 478
Vinum malum quod. 479.
Vinum merum quod. 478
Vinũ spũale cõseruãdũ. 481
Vmbilicus quid in scriptura significet. 273
Vmbilicus qui. 273
Vmbilicus spiritualis qui. 273.374.
Vmbilicus spiritualis quomodo curandus. 274
Vmbilicus tornatilis q. 274
Vmbilicus beatæ Virginis qualis. 274
Vir quid in scriptura significet. 351
Virilis ętas quæ. 352
Virtus qua internus homo generatur, quę. 35
Virtutis pulchritudo. 120
Virtutes cardinales sunt elemẽta interni hoĩs. 165
Vita quotuplex. 61
Viscera quomodo sumantur in scriptura. 340
Vox quid significet in scriptura. 199
Vox externa quid sit. 199
Vox iuterni hoĩs quæ. 202
Vox spiritualis quæ. 199
Vocare Dei quid sit. 200
Vlua ex qua nascitur internus homo. 71
Vultus quid in scriptura significet. 143

INDEX LOCORVM EXPLICATORVM.

Ex Genesi.

SPiritus ferebatur super aquas.cap.1. pag.44
Factus est ad imaginem. cap. 1. 118
Erunt duo in carne una. cap.2. 112
Cumque obdormisset tulit unam de costis.cap.2.381
Caput mulieris.cap.3. 132
In sudore uultus tui. cap.3. 148.
Consuerunt folia ficus.cap. 3. 313
Tu insidiaberis calcaneo eius. cap.3. 285.
Et ambulauit cum Deo.c.5. 16.
Et ingressi sunt filij Dei.c.6. 20.
Terra erat labij unius. cap. 11. 216
Quem pariet sibi sarra.cap. 17. 209
Aparuit autem Dominus in conualle mambrę. ca. 18. 438
Respiciensque uxor ei⁹ post se.cap. 19. 298
Nunc cognoui quod times. cap.22. 173
Esau autem odio habui. ca. 22. 201
Tolle filium tuum unigenitum. cap.22. 208
Pone manum tuam subter femur meum.ca.24. 275
Prospiciens Abimelech rex Palesthinorum per fenestram uidit eum iocantē cum Rebecca.cap.26. 206
Tulit de lapidibus supponens capiti suo. c.28. 392
Locupletauit te Deus ad pedes meos.cap.30. 287
Tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. cap.32. 314
Os tuum omnis populus. cap.41. 212
Lauabit in vino stolam suā. cap.49. 361

Ex Exhodo.

SOlue calciamentum de pedibus tuis.c.3. 293
Ibimus uiam trium dierum. cap.3. 306
Inducam uos in terram. ca. 6. 254
Posteriora mea uidebis. ca. 33. 143

Ex Leuitico.

IN omni oblatione offeres sal.cap.2. 451
Duos renes cum adipe.

cap.3. 343
Omne quod habet diuisas vngulas, & ruminat. cap. 11. 219
Terram fluentem lacte. ca. 13. 363
Candor, qui in sola cute. c. 13. 128

Ex Deuteronomio.

NOn parcat ei oculus tuus. cap. 13. 161
Interroga patrem tuum. cap. 22. 27
Nec uir utetur ueste fœminea. cap. 22. 357
Alieno autem fœnerabèris. cap. 23. 243

Ex lib. Regum.

TVlit itaque Hanon. lib. 2. cap 10. 234. 280.
Cumque operiretur uestibus non calefiebat. lib. 3. cap. 1. 353
Et ostendit ei domum aromatum, & aurum, & argentum. lib. 4. c. 20. 373

Ex Iob.

SVrgensque diluculo. c. 1. 439
Erat uir ille simplex. c. 2. 108. 110
Quia nullus intelligit. cap. 4. 131
De mane usque ad uesperam succidentur. c. 4. 436
Visitans eum diluculo. c. 7. 475.
Nec dimittis me ut deglutiuam saliuam. cap. 7. 125
Manus tuæ domine fecerũt me. cap. 10. 110
Nonne auris uerba diiudicat. cap. 12. 229
Posuisti in neruo pedes meos. cap. 13. 312
Rugæ meæ testimonium dicũnt. cap. 16. 149
Ducunt in bonis uitas suas. cap. 21. 419
Spiritus autem diuinus. ca. 27. 182
Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum. c. 27. 356.
Humerus meus a iunctura cadat. cap. 31. 240
Et osculatus sum manum. cap. 31. 211
Ignis usque ad perditionẽ deuorans. cap. 31. 397
Si despexi pereuntem, &c. & absque operimento pauperem. cap. 31. 356
Si in manibus meis adhęsit macula. cap. 31. 258
Cęlaui in sinu meo iniquitatem meam. cap. 31. 248
Vt in humero meo portem illum.

illum. cap. 31. 242
Et tonso capite corruens. cap.38. 133
En uenter meus quasi mustum absque spiraculo. cap.32. 269

Ex Psalmis.

ET in cathedra pestilentiæ. Psal. 1. 289
Folium eius non decidet.psal.1. 139
Aquæ omnes, quæ super cœlos sunt. psa.1. 486
Cum exarserit in breui ira eius.psal.2. 420
Filius meus es tu, ego hodie. psal.2. 430
Apprehendite disciplinam. psal. 2. 211
Aures autem perfecisti mihi.psal. 3. 186
In cubilibus uestris compũgimini. psal.4. 379
Quis ostendit nobis bona. psal.4. 196
Vsquequo graui corde.psa. 4. 495
Laboraui in genitu meo.psl. 6. 177
Scrutans corda & renes. psl. 7. 344
Ecce parturijt iniustitiam. psal. 7. 74
Gladium suum uibrauit, arcum suum tetendit. psal.7. 433
Perfecisti laudem, ut destruas.psal.8. 248
Vt sciant gentes.psal.9. 20
Sub lingua eius labor,& dolor.psal.9. 223
Labia nostra a nobis sunt. psal.11. 217
Illumina oculos meos. psa. 12. 161
Vre renes meos. psal. 15. 344.
Calicem salutaris accipiam psal.18. 229
Delicta quis intelligit.psal. 18. 555
Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum. psal. 18. 265
Nec est qui se abscondat a calore eius. psal. 18. 423
Dies diei eructat uerbum. psal.18. 428
Quoniam pones eos dorsum.psal.21. 244
Deus regit me, in loco pascuæ. psal. 22. 410
Lauabo inter innocentes manus. psal.25. 255
Vnam petij a domino hanc requiram. psal. 26. 370
Vox Domini. psal. 28. 200
Conuertisti planctum meũ in gaudium.psal.29. 359
Ad uesperam demorabitur fletus.psal.29. 439
Inte confirmatus sum.psal. 30. 74
In diluuio aquarum multarum.

rum.psal.31. 494
Et oratio mea in sinu meo. psal.34. 248
Quis est homo qui uult. psal.33. 222
Non ueniat mihi pes super biç.psal.35. 287
Et educet quasi lunam iustitiam.psal. 36. 437
Fiant uiç illorum tenebræ. psal.34. 304
Os iusti meditabitur. psal. 36 194
Non est pax ossibus meis. psal.37. 147
Lumen oculorum meorũ. psal.37. 160
Lumbi mei impleti sunt illusionibus.psal. 38. 342
Corpus autem aptasti mihi.psal.39. 100
Et statuit super petram pedes meos.psal. 39. 289
Et uniuersum stratum eius uersasti. psal.40. 38
Etenim homo pacis meæ. psal.40. 185
Pone dominę çustodiam ori meo. psal. 40. 376
Beatus uir qui intelligit.ps. 40. 256
Qui unctus est præ consortibus.psal.44. 137
Lingua mea calamus scribæ.psal. 44. 224
Audi filia, & uide. psal.44. 125.
Accingere gladio tuo. psal. 44. 275
Filiæ Tyrij in muneribus. psal. 44. 48
Fluminis impetus lętificat. psal.45. 491
Homo cum in honore esset. psal.48. 19
Iniquitas calcanei mei circundabit me.psal.48.286
Cor mundum crea in me. psal. 50. 36.331
Peccatum meũ contra me est semper.psal. 50. 142
Auditui meo dabis gaudiũ. psal.50. 309
Sine iniquitate cucurri, & direxi. psal.58. 296
Orietur in diebus eius iustitia.psal.61. 421
Deus, Deus meus a te de luce uigilo. psal.62. 405
Sicut adipe & quinquedine. psal.62. 324
Sitiuit in te anima mea. ps. 62. 444
Iustitia, & pax osculatæ sunt.psal.84. 215
Et dorsum eorum semper incurua.psal. 68. 243
Zelus domini comedit me. psal.68. 60
Ne me proicies in tempore senectutis.psal.70.353
Et erit firmamentum in capite montium. psal. 72. 391.
Mei autem pene moti.psal. 27. 290

Calix in manu domini uini meri. psal. 74. 456
Transibimus per ignem & aquam.psal.75. 398
Anima mea in manib.meis. psal.76. 257
Ostende mihi faciem tuam. psal.79. 143
Diuertit ab oneribus dorsum eius. psal. 80. 245
Os meum replebitur gaudio.psal.80. 193
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. psal. 86. 365
Fundamenta eius in montibus sanctis.psal.86. 364
Homo & homo natus est. psal.86. 19
Quatraginta annis proximus fui. psal.94. 431
Hodie si uocem eius audieritis. psal.94. 430
Cinerem tanquam panem manducabam. psal. 101. 474.
Ossa ut cremium aruerunt. psal.101. 311
Innouabitur vt Aquila iuuentus tua.psal.102. 351
Benedic anima mea Dominum.psal. 102. 340
Amictus lumine sicut uestimento.psal. 103. 361
Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. ps.103. 253.
Exibit homo ad opus suum. psal.103. 424
Auertente autem faciem psal.103. 145
Petra refugium herinacijs. psal.103. 480
Decorem inductus est. psal. 103. 361
Sede a dextris meis. ps.109 238.
Ex utero ante luciferum. psal.109. 272
De torrente in uia bibit. psal.109. 302
Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi in domum domini ibimus.psal. 111 372.
Viam mandatorum cucurri.psal. 118. 300
Beati immaculati in uia. ps. 118. 289
Tempus faciendi Domine. psal.118. 433
Cum habitantibus Zedar psal.119. 352
Non uret sol per diem.psal. 120. 421
Auxilium meum a domino.psal. 120. 388
Cuius participatio in idipsum. psal. 121. 364
Stantes erant pedes nostri. psal.121. 290
Calicem salutaris accipiã. psal.125. 454
Supra dorsum meum fabricauerunt. psal.126. 245
Cum dederit dilectis suis somnum. psal.126. 382

Adipe frumenti satiat te.psal. 127. 322
Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ.psal. 127. 450
Labores manuum tuarum manducabis. psalm. 127. 255.
Non taliter fecit omni nationi .psal.127. 196
Nec implebit manus suas, qui.psal. 128. 248
De profundis clamaui. psa. 129. 204
Sustinuit anima mea in uerbo eius. psal. 129. 404
Sicut ablactatus est.psal.130 92.
Paraui lucernam Christo meo. psal. 131. 400
Sicut unguentum quod descendit.psal. 132. 234
Quomodo cātabimus canticum domini in terra aliena.psal.136. 180
Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ad petram. psal.136. 349
Oleum peccatoris non impinguet.psal. 140. 132
Exibit spiritus eius,& reuertetur in terram. psal.145. 338.
Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.psal.149. 382
Pullis coruorum inuocanti bus. psal. 146. 87

Ex Prouerbijs.

VSquequo paruuli diligetis infantiam. cap.1. 204
Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.cap.1. 302.
Sanitas erit umbilico tuo. cap.3. 274
Ne declines ad dexteram. cap.4. 259
Oculi tui recta uideant.cap. 4. 168
Occurrit ei mulier ornatu meretricio.cap. 7. 214
Sapientia ædificauit sibi domum.cap 9. 369
Misit Ancillas suas. cap.9. 467.
Stultus labijs uerberabitur. cap.10. 217
Manus in manu non erit innocens malus. cap. 11 255.
Bene surgit diluculo, qui quærit bona.cap.11. 435
Os manducantis implebitur calculo.cap. 20
Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti.cap. 21. 470
Quando sederis, ut comedas.cap.23. 230
Fili præbe mihi cor tuum. cap.23. 332
Labia osculi.cap. 24. 217

Dili-

Diligenter exerce agrum, tuum, ut postea ędifices domum tuam.ca.24. 371

Ex Ecclesiaste.

SApientis oculi in capite eius.cap.2. 169
Melior est puer, pauper, & sapiens. c.4. 349
Omni tempore sint uestimenta tua candida. ca.9. 357.
Mitte panem tuum super. cap. 11. 477
Hoc enim est omnis homo. cap.ultimo 391
Cor sapientis in dextera eius. cap.10. 331

Ex Canticis Cantic.

OSculetur me osculo oris sui.cap.1. 212
Pulchræ sunt genæ tuę sicut turris.ca.2. 154. 155.
Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. cap.1. 438.
Læua eius sub capite meo. cap.2. 159
Adiuro uos filiæ Ierusalem per capreas, &c. c.2.3.8. 386.
In lectulo meo per noctes. cap.3. 380
Vnusquisque ensis super femur suum. cap. 3. 275
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. cap. 3. 381
Pulcherrima inter mulieres. cap.3. 118
Oculi tui columbarum.cap. 3. 169
Dentes tui sicut greges.c.4. 219.
Sicut fragmen mali punici &c. absque eo quod intrinsecus latet. cap.4. 36
Fauus distillans labia tua.c. 4. 218
Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. cap. 5. 140.
Ego dormio cor meum uigilat. cap. 5. 387
Crura illius columnę marmoreæ.cap.5. 284
Venter tuus eburneus. cap. 5. 272
Genę illius sicut aureolæ. cap.5. 233
Expoliaui me tunica mea quomodo induam. cap. 5. 359
Vmbilicus tuus crater tornatilis. cap.7. 273
Iuncturæ femorum tuorum. cap.7. 277

Ex Ecclesiastico.

OLeum de capite tuo non deficiet.cap.9. 132.

Quis

Quis dabit ori meo custodiam.c.22. 195
In omnibus requiem quęsiui.cap.24. 291
Panis egentium uita pauperum est, qui defraudat homo sanguinis est. cap. 34. 318
Melior est improbitas uiri quam mulier benefaciens.cap.41. 352

Ex Isaia.

BVtyrum & mel comedet.cap.7. 79
Vnusquisque carnē brachij sui uorabit. cap. 9. 250
Inebriabo te lacryma. c.16. 174.
Qui habitatis in terra Austri cum panibus.cap.21. 471.
Quem docebit scientiam. cap.28. 94
Et sicut somniat esuriens, & comedit.cap.29. 391
Qui obturat aures suas. ca. 33. 189
Quasi Leo contriuit omnia ossa mea. cap.38. 308
In brachio suo congregabit agnos.cap.40. 249
Neruus ferreus ceruix tua. cap.48. 314
Et brachium domini cui reuelatum est. cap.53. 252
Generationem eius quis enarrabit. cap.53. 28
Cœlum sedes mea. cap.66. 287.
Expandi manus meas tota die. cap.65. 418
Quis est iste qui uenit de edon tintis uestibus de Bosdra. cap.63. 361

Ex Ieremia.

VEntrem meum doleo. cap.4. 269
Perdix fouit quæ non peperit. cap.... 418.
Maledictus homo qui confidit in homine. cap. 17. 48.251.
Dorsum & non faciem ostēdam eis.cap.18. 244
Ecce ego induam afflictionem.cap.19. 199

Ex Baruc.

NVnc autem uidebitis in Babylonia Deos aureos. cap. 6. 242

Ex Ezechiele.

IN die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus. ca.1. 273
Venter tuus comedet. cap. 3. 341.270
Pater tuus Amorræus, & mater.

mater. cap. 16. 29
Facite uobis cor nouum. c. 18. 122
Et conturbas aquas pedibus tuis. cap. 32. 297
Quatuor autem mensę &c. de lapidibus quadratis. cap. 40. 450

Ex Osea.

PEccata populi mei comedent. cap. 4. 233
Seminate uobis in iustitia. cap. 10. 205

Ex Amos.

OCcidet sol meridie. cap 8. 438

Ex Zacharia.

QVi uos tangit pupillam oculi mei tāgit. cap. 2. 158
Nolite tangere Christos meos. cap. 2. 268
Ecce uir oriens nomen eius. cap. 3. 6. 342

Ex Euang. Matthæi.

SI oculus tuus scandalizat te. cap. 5. 159
Paries de albate faciē. cap. 6. 128
Vbi est thesaurus tuus ibi cor tuum. cap. 6. 331
Si oculus tuus fuerit simplex. cap. 6. 159
Non consentias aduersario tuo. cap. 6. 22
Faciem suam lauet. cap. 6. 66. 145.
Estote prudentes sicut serpentes. cap. 10. 133
Non habens uestem nuptialem. cap. 12. 375
Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, &c. nisi prius alligauerit fortèm. cap. 12. 368.
Cœlum & terram transibant. cap. 14. 317
Quid hic statis tota die ociosi. cap. 20. 396
Dilatant philacteria. ca. 22. 264.
Vsque ad sanguinem Zachariæ filium Barachiæ. cap. 73. 317
Vigilate, & orate ne intretis in tentationem. c. 25. 403.
Diuiserunt sibi uestimenta. cap. 27. 361

Ex Marci Euang.

VAde in domum tuā. cap. 5. 371
Habetis in uobis sal. cap. 9. 452
Si sal euanuerit in quo salietur. cap. 9. 452
Habens alabastrum unguēti nardi spicati. cap. 14. 294.

Ex Lucæ Euang.

FIlius altissimi uocabitur. cap. 1. 200
Per uiscera misericordiæ &c. oriens ex alto. cap. 1. 299

Ante

Ante faciem domini parare uias eius. cap. 1. 143
Date & dabitur uobis, mensuram bonam. cap. 6, 249
Neminem per uiam salutaueritis, cap. 7. 301
Sint lumbi uestri præcinti. cap. 11. 344
Si oculus tuus fuerit simplex. cap. 11. 102
Peregre profectus est in regionem longinquam. c. 15. 295
Vbi corpus ibi congregabuntur & Aquilæ. c. 17. 104.
Qui potestatem habet. ca. 22. 200

Ex Ioan. Euang.

VInum non habent. cap. 1. 479
Filius qui est in sinu patris. cap. 1. 149
Tolle grabatum tuum, & ambula. cap. 5. 381
Nisi quis manducauerit carnem filij hominis, cap. 6. 458.
Qui credit in me, sicut ait scrip. cap. 7. 269
Maria autem ungebat pedes. cap. 11. 213

Ex Actis Apostolorum.

LOquebantur uarijs linguis. cap. 2. 223
Percussoque latere Petri. cap. 12. 346

Ex Epistola ad Rom.

INuisibilia Dei per ea quæ facta sunt. c. 1. 6.
Spes autem non confundit, cap. 5. 235
Congeres super caput eius carbones. cap. 12. 409

Ex Epistola prima ad Cor.

NOlite fieri serui hominum. cap. 19.
Si cuius opus arserit, cap. 3. 397.
Portate Deum in corpore uestro. cap. 6. 241
Sed in Ecclesia uolo quinque uerba sensu meo loqui. cap. 14. 84
Mihi autē pro minimo est. cap. 24. 421

Ex secunda ad Cor.

SPiritus autem uiuificat. cap. 3. 22
Gestamus in uasis fictilibus. cap. 4. 257

Ex Epistola ad Galat.

MAter nostra quæ sursum est, cap. 4. 47.

Ex

Ex Epiſtola ad Coloſſ.

EXuite ueterem hominem. cap. 3. 24
Nos eſſe conuiuificatos in Chriſto. cap. 3. 58
Sermo ueſter ſemper in gratia. cap. 4. 452

Ex Epiſtola ad Hebreæos.

POrtans omnia uerbo uirtutis ſuæ. cap. 1. 239.
Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum. c. 11. 58. 375. 102

Ex Epiſtola Iacobi.

VOluntarie enim genuit uos uerbo ueritatis. cap. 1. 43
Apud quem non eſt tranſmutatio, cap. 1. 423

Ex Epiſtola prima Petri.

SIcuti modo geniti infantes lac, cap. 2. 78

Ex Epiſtola prima Ioannis.

OMnis qui in eo manet. cap. 3 62
Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi. cap. 3. 340

Ex Apocalypſi.

HAbens pauca nomina in Sardis qui non iniquinauerunt ueſtimenta ſua. cap. 3. 362
Et luna ſub pedibus eius. cap. 12. 291
Beatus qui uigilat & cuſtodit ueſtimenta ſua ne nudus appareat. cap. 16. 357
Quæ prima abierunt. Sic enim legendum eſt cum locus ſit corruptus in hoc opere abierunt moleſtiæ nimirum a primo parente inuectæ. cap. 21. 506.
Afferens fructus duodecim per menſes ſingulos. cap. 22. 507

Pręter hos, quos adnotaui locos longe plures lector inter legendum animaduertere poterit: Cum paſſim in hoc opere uarij explicentur diuinæ ſcripturæ loci.

INDEX LIBRORVM ET AVCTORVM,

qui in hoc libro citantur.

A

Abacuch.
Abdias episcop.
Alen. Esdra.
Achilles Bochius.
Acta Apost.
Adrianus Cardin.
Adubertus Presbyter.
Aelianus.
Aelius Lampridius.
Aeneas Siluius.
Aesopus.
Agapetus Papa.
Agapetus Diaconus.
Agatho.
Agatius.
Aggeus Propheta.
Agnellus episcop.
Alanus Copus.
Albertus Magnus.
Albertus Pius.
Alcæus.
Alceatus.
Alcuinus, uel Albinus.
Alcionus Platonicus.
Alexander.
Alexander Halens.
Alexander ab Alexan.
Almarius.
Alpheus.
Alfonsus a Castro.
Altercatio synagogæ.
S. Ambrosius.
Amos Propheta.
Ammonius.
Anacreon.
Anastasius monachus.
Anaxagoras.
Ancyran. Concil.
Andreas episc. Ierosolym.
Andreas Plancus.
Andreas Dactius.
Angelus Politianus.
Anibal Firmanus.
Anicetus Papa.
Annius Viterbien.
Anterus Papa.
Antigonus.
S. Antiochus.
S Antonius Abbas.
S. Antonius.
Antonius Cerrutus.
Antonius Gazo.
Antonius Broic.
Antonius Monchiacen.
Antonius de Monela.
Anselmus.
Apuleius.
Apocalypsis.
Aquisgranens. Concil.
Arausicanum Concil.
Arelatense Concil.
Arianus.
Aristoteles.
Aristophanes.
Aristeas.
Arnosius.
Arnoldus Laurentius.
S. Athanasius.
Auerroes.
S. Augustinus.
Augustinus Steuchus.

Aul.

Aul.Gellius,
Ausonius.
Aymarus Falconeus,

B

Baruch Propheta.
S.Basilius.
Basiliense Concil.
Bartholomęus Camerar,
Batholomeus Annulus.
Baptista Mantuan.
Beda.
S,Bernardus.
Bernardus Furmenus,
Bertramus.
Berengotius.
Bessario Cardin.
Bias.
S,Bonauentura.
Bracharius.
S.Brigida,
Brunus Carthus,
Brunus episc. Albersat.
Brucardus Vormeciens,
Budæus,

C

Calcedonens, Concil.
Callimachus.
Calixtus Papa.
Capreolus.
Cassiodorus.
Calcidius.
Cardanus.
Catullus,
Catherinus,
Canticorum Liber.
Cęsarius Arelant.episc,
Cęsar Scalig.
Cerealis episcop,
Chilo.
Chromatius.
Cicero.
Christophorus Madrid,
Claudius Baduel.
Claudins Guiglial.
Claudius Mamertus.
Claudius Enspenc.
Claudianus.
S.Clemens Romanus.
S,Clemens Alexandrin,
Cleobulus.
Coloniense Concil.
Columella.
Constantiens. Concil.
S.Cœlestinus Papa.
Cœlius Rodigin.
Cœlius Calcagnin.
Conradus Brunus,
Cornelius Papa.
Cornelius Aurian.
Cornelius Iansen,
Cornelius Cœlsus.
Cornelius Mussus.
Constantinus Imperator,
Cosma Ierosolymitan,
S.Cyprianus,
S,Cyrillus Alexandri,
Cyrillus Ierosolomyt,

D

Dacrianus.
S. Damasus Papa,
Dan Patriarcha,
Daniel Propheta,
Dauid Propheta.
Decanus Louanien,
Demosthenes,
Deuteronom.

S.Diadocus.
Didimus.
Diegus Stella.
S. Dionysius Areopag,
Dionysius Carthus.
Dion.
Diogenes Philosophus,
Diogenes Laert.
Diodorus Siculus.
Diogenianus.
S.Dorotheus episcop,
Driedo.
Drogo.
Durandus,

E

Ecbertus.
Ecclesiastes.
Ecclesiasticus.
Elibertinum Concil.
S.Eligius Nouocom. episc.
Empedocles,
S.Ephrem.
Epictetus.
S.Epiphanius.
Epicarmus.
Ephesinum Concil.
Ennodius Diaconus.
Ennius.
Esdras,
Esther.
Eucherius episc.
Eudomius Diaconus.
Eugenius Cartha. episcop.
Euripides.
Euthimius Zigabonnius.
Eusebius Papa.
Eusebius Cæsarien,
Exhodus.
Ezechiel Propheta.

F

S. Fabianus Papa.
Fabius Pictor,
Faustus Rex.
Felix Papa.
Felix Pratens,
Ferrariensis.
Finus.
Florent. Concil.
Florentius Harlemius.
Florentius Falconeus.
Franciscus Picus.
Franciscus Petrar.
Franciscus Patritius.
Franciscus Turrian.
Franciscus Georgius.
Franciscus Guthmanus.
Franco Abbas.
S.Fulgentius.
Fuluius Androtius,

G

Gabriel Biel.
Gabriel Prateulus.
Galatinus.
Galenus.
Gaspar Casalius.
Gaspar Loartes.
Gelasius Papa.
Gemistius.
Genesis
Gennadius,
Gregorius Aemilius.
Germanus Episc.
Gerhardus Habius.
Gillebertus Abbas.
Gregorius Papa.
Gregorius Pessin. episcop.

S.Gregorius Nazianz.
Gregorius Nyssen.
Gregorius episcop. Turon.
Gregorius Arimin.
Gregorius Presbyter.
Gregorius Ricelus.
Gregorius Gyrald.
Guido Carmelita.
Guido Bituricens.
Guglielmus Parisien.
Guglielmus Insulanus.
Gulielmus de Mara.
Guglielmus Amnierus.
Gulielmus Ocan.
H
Haymo Albersatea.episc.
Hermias.
Heliodorus Emissen.
Henricus de Assia.
Henricus Mauros.
Henricus Gandauen.
Henricus Harphius.
Herodotus.
Hermanus Scotenus.
Heracles Ponticus.
Hesiodus.
Hidelbertus.
S.Hieronymus.
Hieronymus Laurentius.
Higinius Papa.
S.Hilarius.
Hippocrates.
Hippodamius.
Homerus.
Horatius.
Hormisda Papa.
Hosius Cardinalis Varm.
Hugo Cardinalis.
I
S Iacobus Apost.
Iacobus de Valent.
Iacobus Billius.
Iacobus Cardinalis.
Iacobus Naclantus.
Iacobonus.
Iacobus Comes.
Iamblicus.
Ianus Anisius.
Idacus Clarus.
Idiota.
Ieremias Propheta.
S.Ignatius.
Iginius Papa.
Ioachin.Perion.
S.Ioan.Euang.
S.Ioan.Damasc.
S.Ioan. Chrysostom.
Ioan.Episcop. Constantin.
Ioan.Scholast.
Ioan. Climachus.
Ioan.Maxent.
Ioan. Monachus.
Ioan.Faber.
Ioan.Salebrien.
Ioan.Gagneus.
Ioan. Artopeus.
Ioan. Maior.
Ioan.Rauelin.
Ioan.Gerson.
Ioan.Picus.
Ioan.Lucidus.
Ioan. Rauisius.
Ioan.Bromyar.
Ioan. Geilerius.
Ioan.Echius.
Ioan. Geensdalius.

Ioan. Arboreus.
Ioan. Beleth.
Ioan. Rosbroc.
Ioan. Ananias.
Ioan. Viguerius.
Ioan. Arquerius.
Ioan. Pau. Lancel.
Ioan. Bap. Folen.
Ioan. Bap. Aegnatius.
Iob.
Ioel Propheta.
Iodocus Clictoue.
Ionas Aurelian. episcop.
Ionas Propheta.
Innocentius. 1.
Innocentius. 3.
Iosue.
S. Ireneus.
Isaias Propheta.
S. Isidorus.
Isocrates.
Isychius.
Iudas Patriarcha.
Iudas Apostolus.
Iudith.
Iudicum Liber.
Iulius Papa.
Iulius Africanus.
Iulius Firmicus.
Iulius Fulcus.
Iulius Capitolin.
Iunilius.
Iuo.
S. Iustinus martyr.
Iustinianus Imper.
Iustus Episcop.
Iuuenalis.
Iuuencus Hispanus.

L

Lactan tius Firmianus.
Landulphus Carthusian.
Lateranens. Conc.
Laodicens. Conc.
S. Laurentius.
Laurentius Valla.
Laurentius a Villauinc.
Laurentius Mondanar.
Laurentius Iustinian.
S. Leo Papa.
Leo. x.
Leontius.
Lentulus.
Leuitic. Liber.
Lippus Brandolinus.
Lippomanus.
S. Lucas Euang.
Lucanus.
Lucretius.
L. Vitruuius Rosius.
Lucius Papa.
Ludouicus Viues.
Ludouicus Orianus.
Ludouicus Blosius.
Ludouicus Fidelis.
Ludouicus Berus.
Lugdonense Concil.

M

Macrobius.
Malachias Propheta.
Magister Auila.
Manilius.
Maphæus Vegius.
S. Marcus Euang.
Marcus Papa.
Marcus Episcop. Idrunt.
Marcus Abbas.

Marcus

Marcus Marul.
M.Anton.Imper.
M.Antonius Flam.
M. Cato.
M. Varro.
M.Anton. Gerhard.
S.Marcellinus Papa.
S.Martialis.
Martialis Poeta.
Marsilius Ficin.
Martinus Papa.
Martin.Nauar.
Marcellus.
Marius victorin.
S.Matthæus Euang.
S.Maximus Græcus.
S.Maximus Taurin.episco.
Medina.
Melchiades Papa.
Methildis Virgo.
Micheas Propheta.
Mileuitan. Concil.
Moses Barchepha.
Moses Syrus.
Musonius.

N

Nahum Propheta.
Nehemias.
Nemesius Episcop.
Neocæsariens.Concil.
Nicephoros.
Nicænum Concil.
Nicolaus.1. Papa.
Hicolaus Lyran.
Nicolaus Cabasila.
Nicolaus Grundius.
Nicolaus Cusanus.
Nilus episcop.
S.Nilus Abbas.
Numerorum Lib.

O

Oecumentius.
Optatus episc. Mileuit.
Opusculum tripartitum.
Origenes.
Orphæus.
Olympiodorus.
Oseas Propheta.
Ouidius.

P

Pacianus.
Palladius.
Pandulphus Collenut.
Paralipomenen Liber.
Pantaleon.
S.Paulus Apostolus.
Paulus Orosius.
Paulus Spinosius.
Paulus Burgensis.
S.Paulinus episcop. Nolan.
Paulinus episc. Aquilian.
Pelegrinus.
Pericles.
Persius.
S.Petrus Apostolus.
Petrus Chrysolog.
Petrus Lombar.
Petrus Crinitus.
Petrus Gallesius.
Petrus de Aliaco.
Petrus Aurelius.
Petrus Alphonsus.
Petrus Rauen.
Petrus Damian.
Petrus de Ceporia.
Petrus Berchor.

Petrus Canisius.
Philo Hebręus.
Philo episcopus.
Photius Constant.
Phocion.
Philemon comicus.
Philippus Presbyter.
Phocillidees.
Pindarus.
Plato.
Plautus.
Plotinus.
Plinius.
Plutarchus.
S.Polycarpus.
Porphyrius.
Polydor. Verg.
Pontianus Papa.
Pomponius Mella.
Priscianus Lydius.
Procopius.
S.Prosper.
Proclus Constant. episcop.
Prudentius.
Publianus.
Pythagoras.

Q

Quintilianus.

R

Rabbi Moses.
Rabbi Samuel.
Rabbi Aciba.
Rabanus.
Raphael.Volater.
Regum Libri.
Rhemense Concil.
Remigius.
Remundus Sebund.
Richardus de S. Vict.
Rosensis.
Rodricus Zamorens.
Rupertus Abbas.
Rufinus.
Rusticus Diacon.
Ruth.

S

Sadoletus.
Salonius.
Saluianus.
Salonius Marcinus.
Salustius.
Sanctus Pagninus.
Saphus.
Sapientia.
Scotus.
Sedulius.
Seneca.
Seuerus Sulpitius.
Simplicius.
Sillius Italicus.
Simon Metaphras.
Simon de Cassia.
Simon Stellita.
Siricius Papa.
Sixtus.2.
Sixtus.3.
Sixtus Senen.
Socrates Philoso.
Socrates Histor.
Solinus.
Solon.
Sotus.
Sosiades.
Sophronias.
Sophronius.
Sophocles.

Sozo-

Sozomenus.
Speusippus.
Stesicorus.
Stobeus.
Stephanus Furcat.
Sybilla.
Suidas.
Synesius Platonic.
Synesius episco.
Symmachus Papa.
Synodus. 6.
Synodus. 7.

T

Tacianus Asyrius.
Tarasius episcop.
Taulerius.
Terentius.
Tertulianus.
Thalasius.
Thales.
Thelesphorus Papa.
Theodoretns.
Theologia Germanica.
Theophilus.
Theognis.
Theophanes.
Theophidius.
Theophilactus.
Theodorus Beza.
Theophrastus.
S. Thomas Aquinas.
Thomas Caietan.
Thomas de Cemps.
Thomas Vualdens.
Thomas Campegius.
Tibullus.
Thimæus Locrus.
Timotheus episcop.
Tobias.
Toletan. Conc. 8.
Tripartita historia.
Tridentinum Conc.
Trismegistus.
Turrecremata.
Turonense Conc.

V

Valafridius.
Vatablus.
Valerius Max.
Vbertinus.
Vegetius.
Venantius Presbyter.
Vega.
Victoria Porc.
Victor episcop.
Victor Vticens.
Vincentius Lyrenens.
Vincentius Genchar.
Virgilius.
Vormaciens Concil.
Vilhermus Lindanus.

X

Xenophon.
Xenocrates Platonicus.

Z

Zacharias Papa.
Zeno Veronen. episcop.
Zeno Philosophus.

FINIS.

REVERENDVS PATER MAGIST. Nicolaus Alexius Perusinus, hæreticæ prauitatis Inquisitor.

In librum Ludouici Carbonis de Interiore Homine, vel de suiipsius cognitione.

Extimus in promptu est homo, sed latet intimus;
Inter mortales tot malefacta manent. (vnde
Iacturæ occurrens Ludouicus detegit illum,
Hunc tanquam in speculo cernere quisque potest.
Quod si summa boni censetur, Noscere seipsum,
Quam frugi nobis iste libellus erit?

Idem.

Si tantum species mouet decora,
Cum viuo facies nitet colore,
Cum sunt membra suis locata metris,
Frons, nares, oculi, genæ, labella,
Ceruix, collum, humeri, manus, lacerti,
Pectus, crura, femur, pedes, & vngues;
O quanto afflueret magis voluptas,
Internum si hominem uidere posses.
Exultum numeris politiorem,
Et multo facie decentiore.
En CARBO ignivomus, micansque pandit
Hunc, ut perspicias, eumque flagres.
Internumque hominem tui reformes:
Qui tandem æthereâ fruatur aura,
Et vitam peragat beatiorem.

IOAN-

IOANNES PAVLVS
Lancelottus Perusinus I. V.
Consultis.



EXtrudi in tenebras quisquis panet exteriores,
Exclusus superum æternis sanctisque hymeneis,
Interiorem hominem scrutetur, & excolat; & tunc
Conubio accitus, nitidaque in ueste decorus
Accumbet dapibus lætus conuiua Deorum.
CARBO autem flammis ardens, studioque iuuādi
Clara per occultos dum præbet lumina calles,
Non sinet obscuro gradientes tramite falli.



ANTO-

ANTONIVS TIMOTHEVS
Perusinus, artium & sacræ Theologiæ Doctor.

EXuuias cernens hominis ter maximus Hermes
Mirum hoc mortale est, dixit; & obstupuit.
Tu internam formam agnoscens, hic suspice teipsum
Inuentus magni filius esse Dei.

M. ANTONIVS BONCIARIVS
Perusinus.

SI Possis oculo plus quam contendere Lynceus,
Cui neque tartareæ non patuere domus.
Si vel Aristotidem uincas fulgoribus Argum,
Centenis cinctum tempora, luminibus:
Te tamen ardenti superabit lumine CARBO
Qui penetrare alti pectoris ima potest.

FRANCISCVS VBALDVS
Perusinus.

TE cognosce ipsum cecinere oracula quondam
Delphica; noscendi sed latuere via:
Verba tibi tamen longo post tempore, CARBO
Apta operi tanto, pulcher Apollo dedit.
Phœbo igitur pare; & Phœbo dictante libellum
Compositum, tibi fac, lector amice, pares.

FVLVIVS



QVisquis Phidiacæ manus labores
Vidit, quos memor vsque fama portat;
Et quantum Antiphilus, Cousque Apelles
Possent cecropiæ artibus Mineruæ
Nullum secula quot darent virorum
Pingendi ingenio, coloribusque
Signum transigere inditum putauit,
Posse: At nunc quæ hominis noui noua exit
Ex uno effigies polita quamuis
CARBONE, exuperat coloris artes
Et magni Antiphili, Coique Apellis.


Idem.

NIgra diu obnubuit sacros obliuio vultus,
Huius sic raris forma viri patuit.
At tibi non satis est faciem discernere tantum
CARBO, quin calamo singula quæque notas.





VINCENTIVS
Palettarius.



ACcipit ut Phœbe Phœbi de lumine lumen,
Alteraque alterius luce micante micat:
Sic tu ex æthereo ſumis Carbone nitorem
CARBO, tuus ſacro tam nitet igne focus.
Vt μικρο ſic κόσμον colluſtres luce μεγαλο-
κόσμον, ut luſtrat lumine Luna ſuo.

IOAN-

IOANNES FRANCISCVS
Acerbus Venetus.



QVi grates poterunt unquam celeberrime Car-
Noſtra operi dignas labra referre tuo? (bo
Quodque tibi donum, vel quos referemus honores,
Cum ſuperet tantus præmia cuncta labor?
Namque librum edis, qui nos ipſos noſcere monſtrat,
Quod iuſsum cœlo ſummus Apollo dedit.
Ante ergo capiet crudelem dama leonem,
Quam pereat magno nomen in orbe tuum.

HIERONYMVS
Carleuarinus.



SI cupis optatam, lector contingere metam,
Iſta diu ac noctu ſunt meditanda tibi.
Vnde venis, quid ſis, & ubi, quo, quaque migraris
Quæ candens monſtrat lumine Carbo ſuo.

VRBANI LONGI
a Costaciario προσοποποιία.



(in orbem?
QVi nouus hic homo? & vnde noue nunc uenit
Hactenus is nunquam uisus in orbe fuit.
Dic noua progenies, quis te, & qua condidit arte?
Arte noua CARBO condidit ora mihi.
Quo petis? VSQVE FORVM, AC CORAM.
(seruire BONO vsque,
OCTA, & digna VIO munera ferre noua.
I felix, CORAMque BONO, VRBS dic LONGA
Nulla erit hac nobis gratia grata magis. (salutem.

Eiusdem.

PRæceptum quondã magnus, quod iussit Apollo,
Id Phœbus nobis explicat alter item.
Vt dubitare queas, quis sit præstantior illis:
At facilis nodus, soluere quisque potest.

INTERIOR HOMO, VEL DE SVIIPSIVS COGNITIONE.

Opus nouum,in quo modus, quo quisque ad suijpsius cognitionem facile venire possit,traditur,dum Interior homo,allegorice explicatur.

Quid homini in hac vita potissimum cognoscendum, agendumq; sit, & qui sit huius operis scopus. *Cap. I.*



OMINES natos esse ad cognoscendum, honesteq; agendum, atque ad huiusmodi functiones recte exercendas, à summo illo omnium bonorum largitore Deo maxima accepisse præsidia, non modo sacra, verum etiam profana monumenta testantur. Quantum verò vtraque in re ab ipsis peccetur, cum pauci sint, qui ea cognoscere, & agere studeant, quę cognoscere & agere hominum maxime interest, & qui sunt, quam hæc frigide efficiant, quotidiana experientia docet. Immo vero, bona hominum pars, in iis rebus agendis cognoscendisque, quæ ad eos cognoscere & agere nihil attinet, semper fuit, & est occupata. Quod si quispiam, primum de me quæreret, quid nam hominem potissimum cognoscere oporteat; responderem illico cum sapientibus omnibus: Seipsum: cum cæterarum rerum cognitio, hac una neglecta, raro prodesse, plerunq; vero obesse soleat. Ex quo nascitur, irritos, vanosque eorum esse conatus, qui quasi suiipsorum obliti, &

Iaco. 1. *Plato. Alcib. 1.* *Plato. Alcib. 2.*

extra se positi, ad solam rerum externarum & inanis contemplationem, immortaliter adhærescunt. Etenim, vanum plane esse videtur, quæ extra se posita sunt, ea perscrutari, seipsum vero ignorare velle: cum sapienter omnino scriptum fuerit: Ne te quæsieris extra: &, Tecum habita. Et quid quæso sciet, & cui erit notus, qui seipsum ignorat, & sibi ipsi ignotus est? Vt merito quidam scripserit; nullam ob aliã causam homines nõ viuere lætos, quod extra se, intus se positam felicitatem quærant. Regnum Dei, intra vos est, ueritas aiebat eterna. Hanc veritatem intelligebat is, qui de se hunc in modum scripsit: Meipsum considero, utrum sim bestia aliqua Typhone multiplicior, ardentiorq;, & furiosior, siue placatius quoddam, & simplicius animal, diuinæ cuiusdã, mitisq; sortis, natura particeps. Et Demonax interrogatus quando philosophari inciperet, respondit: Quando meipsum cognoscere incipiam. Quamobrẽ sñia illa: Noce teipsum, merito semper celebrata fuit; cuius cuius illa sit, siue Chilonis, siue Thaletis, siue Pittaci, siue Apollinis; sed procul dubio prius in canticis canticorum, ex quo loco, vt quidam scripsit, Ethnici furati sunt, à spiritu Sancto dictata: cui sententiæ tantum antiqui tribuerunt, vt in celeberrimo Apollinis templo, omnibus conspiciendam, proposuerint. Hinc Ausonius:

Commendo nostrum γνῶθι σεαυτόν, nosce te,
Quod in columna iam teneter delphica.

His hæc duo adde alterius poetæ carmina.

Omnia cui cedant, diuini oracula Phœbi:
Ecquid enim melius? quid sapientius est?

Est autem seipsum cognoscere, animum intueri ac contemplari suum, quem cognoscere iubet, qui præcipit: Nosce teipsum. Quare, qui externa bona, qui corporis sui membra, solummodo cognoscit; sua qui dem, sed non seipsum cognoscit. Omne studium, ait Basilius, huc conferre, vt corpus quàm optime habeat,

Persius Sat. 4. Franc. Geor. Luc. 17. Plato. Plinius Franc. Picus lib. de morte Christi c. 6. Clem. Alexan. L. Pro. Ambr. 6. hexa. c 6 Auson. Bartholo. Anulus. Plat. Alcib. 1. Epictet. Basilius conci. ad adolesc.

beat, non est eius, qui seipsum cognoscit; nec intelligentis sapientem illam admonitionem: Nosce teipsum. Et alibi: Ego iuxta internum hominē sum; extra vero, non ego, sed mea. Immo, ut quidam luculenter scriptum reliquit; qui se non noscit, sua cognoscere nequit; cum ab una sui cognitione, rerum quoque suarum pendeat cognitio. Si quis deinde percontari pergat; quid nam homo in hac uita agere debeat, respōderem: illud potissimum homini esse curandum, ut honeste, & pie uiuendo, uirtutibus se exornet, & similem Deo auctori suo, quantum fieri potest, se efficiat; & diuinam, quam in se inquinauit imaginem renouet: ne dum sola cognitione oblectatur, de ipso dici possit: Multa quidem nouit, sed male sciuit cūcta: quod dictum in eos quadrat, qui, quæ cognouerunt, ad religiose uiuendum referre minime curant. Oportet itaq; ita cognoscere, & se cognoscere, vt ista tandem scientia, sapida quædam sapientia fiat: quod tunc continget, quando, quæ intellectus perceperit, & ruminatione contriuerit, caritatis calor in succum sanguinemq; conuertet. Etenim ea sapientia, quæ ad actionem, suique exornationem non refertur, nihil est aliud, quam insulsa quædam, ac insipida scientia. Tantum scis, quantum operaris: uerbum frequens diuo Francisco. Nam, uerius scit uir bonus & rudis, quid sit uirtus, quam malus & doctus; cum Christus, in pios sese insinuare soleat, & uirtutis omnis laus in actione consistat. Capiamus ergo hoc diuinum præceptum, quod docemur omnes, cognoscat vt se quisque, seq; ad imaginem eius a quo formatus est, caste, pieque uiuendo instauret. Neque enim ad ueram sui cognitionem Deique similitudinem alia quis ueniet uia, quàm conscientię puritatem, cordisque mundiciem amando. Qui, dicebat Agapetus, seipsum cognouit, cognoscet & Deum: Deum vero qui cognouit, assimilabitur Deo: assimilabitur Deo, qui dignus fa-

Bas. ho. 1 in hexa.

Amb. lib. 6. hexa. cap. 7.

Homerus

Lud. Viu. in satel.

Cic.

Raph. Volat li. 28.

Agapet. cap. 3.

ctus est Deo: dignus denique sit Deo, qui nihil indignum patrat Deo; Sed qui, ut cogitat, quæ ipsius sunt; ita, tam loquitur quę cogitat, quam facit, quæ *Thales.* loquitur. Verum, cum hæc sui notitia, ex qua uera *Chilo.* ac prima uiuendi sumitur formula, de quo in undam *S. Max.* sapientum sententia, sit omnium cognitionum diffi- *ser. 70.* cillima, sicuti seipsum decipere, ut sapienter quidam *Demost.* dixit, est ῥᾶςον ἁπάντων. i. omnium facillimum, ad eam rerum sensibilium formis & allegoriis, diuina sapientia nos ducere curauit; quas allegorias, hoc opere, ut se quisque facilius cognoscat, explanare nobis propositum est. Is igitur erit noster in hac tractatione scopus, ut hominem ad sui cognitionem manuducamus, explicando internum & spiritualem hominem, quem, qui in seipso cognoscit, se uere cognoscit; & qui ignorat, seipsum ignorat. Id autem faciemus declarando membra, partes, affectiones, actiones, quæ ei per analogiam, ad exteriorem hominem a sacris litteris, & sanctis patribus tribuuntur; ut cum quis hac se ratione nouerit, ex hac cognitione religiose uiuat, ac se similē Deo reddat; ut tandem cum filijs Dei gloriam consequatur æternā. Oramus autem spiritum Sanctum, qui hunc spiritualem hominem per gratiam generauit, & in sacris litteris expressit, ut nobis ad hunc spiritualem hominem spiritualiter explicandum, spiritum impertiat *Marsi. Ficin.* suum. Nam, sicuti Sol sine Sole non cernitur; ita nec spiritus, qui latet sub cortice literæ, absque spiritus Sancti lumine percipitur.

Quam sit necessarium seipsum cognoscere. Cap. II.

Ioā. Fab. hom. 1. de cogno. se ipso. Quamuis ex superiore capite, quam necessaria, quamq; utilis sit notitia sui, haud obscure constat: tamen priuatim de huius cognitionis necessitate subijciemus aliqua; ut re melius perspecta, ad hæc, quæ de sui cognitione a nobis

ſcribentur legenda, magis Chriſtianus excitetur le-
ctor. Adeo diuus Bernardus Sermone quodam in *Bernar.*
Cantica,hanc ſui notitiam neceſſariam eſſe affirma-
uit,ut ſine ea,modo facultas adſit, neminem ſaluari
poſſe,dixerit. Huc facit etiam quod Zeno Veronen *Zeno.*
ſis Epiſcopus ſermone quarto in geneſim literis cō-
mendauit: Nihil fratres dilectiſſimi, ait Zeno, ante
omnia homini nato,tam neceſſarium, atque conue-
niens,quam,ut ſeipſum nouerit. Etenim genus in-
ſaniæ eſt, eum rationem ſecreti naturæ diſquirere,
qui uitæ ſuæ non poſſit reddere. Quare, merito cele
bratur reſponſio illa oraculi Delphici, conſulenti,
quo itinere ad beatam uitam pergeret, data: ſi te,
inquit,agnoueris. Huc etiam pertinet,quod ſancti *Xenoph.*
patres,& ſpirituales homines,nullum fere argumen
tum tam crebro tractarunt,quam illud,de quo etiā
in ſacris literis facta eſt mentio: Attende tibi. Quid *Ecc. 29.c*
enim aliud eſt attendere ſibi, quam ſeipſum cogno
ſcere,ſuaque curare, & ſeipſum intra ſeipſum quæ-
rere? Hoc argumentum, ut ceteros miſſos faciam, *Libr. 1.*
Zeno,Baſilius,&Antiochus elegātiſſime tractarunt. *ſer. 4.*
Huc pertinent etiam collocutiones, ſeu ſoliloquia *Hom. 61.*
ſanctorum cum anima, quæ Ephrem, Marcus Ab-
bas, Auguſtinus,Henricus de Haſſia, & alij habue-
runt. Stude inquit Henricus,ſcire quid ſis,unde ſis,
a quo ſis,qualiſq; ſis,ubi ſis,& finaliter eris. Quan-
tum igitur ſui cognitio ſit neceſſaria,patrum aucto-
ritate, haud obſcure patet. Deinde,hæc ſui notitia,
utilis & neceſſaria eſt,ut idem Bernardus,& alij do- *Henr.*
cent,ad Deum ipſum cognoſcendum: quod intelli- *Mar. Ab*
gebat is, qui dicebat: nouerim me,nouerim te. Eſt *bas ſerm.*
enim homo,præſertim interior, imago, ac ſimilitu- *de ieiun.*
do quædam Dei. Quare, licet per ceteras creatu- *In cenſu.*
ras, quaſi per ueſtigia quædam, ad creaturarum fa- *c. 11.*
bricatorem deueniri poſſit: tamen, melius in homi- *Triſmeg.*
ne, ueluti in quodam ſpeculo & imagine, imaginis *ſerm. ad*
auctor cernitur Deus: ut merito cecinerit prophe- *Tat.*

*Psal.*138. ta: Mirabilis facta est scientia tua ex me:i.ut aliqui
Roma. 1. exponunt,ex cognitione mei. Et Paulus,Inuisibilia
Dei,Sempiternam eius uirtutẽ,ac deitatem, a crea-
Locus tione mundi, hoc est, ab ipso homine, qui præci-
exp. puus est creaturarum, ac proinde per excellentiam
Hugo in creatura uocatur,uel a creatione; id est a cõditione,
Didascal. & modo constituendi, uel ex quo mundus est consti
tutus,conspici dixit. Quare,cum Deum cognosce-
re sit maxime necessarium; sui cognitionem, quæ
speciatim ad Dei cognitionem ducit,necessariam es
Aug. lib. se oportet. Propterea ab antiquis sapienter factum
8. *de ciu.* fuit,ut Apollinis ædes ingredientibus illud legẽdum
*cap.*11. obijceretur: γνῶθι σεαυτὸν i.nosce teipsum: exeun-
Euse. lib. tibus uero: εἶ.i.tu solus,uidelicet Deus,es: ut signifi
11.*de pręp* carent, tunc quempiam Deum cognoscere, cum in
*par.c.*7. seipsum ueluti in quoddam Dei templum, cognitio
1. *Cor.* 3. nę intrauerit. Nam,cum quis,se per Deum esse,& ab
Ant. Ab ipso uno pendere,animaduerterit,ipsum solum esse
bas epi. 3 fatebitur: cũ ipse solus uer edicere possit: Ego sum.
*Exo.*3. Iam uerò,quinque illas quæstiones,quas de homine
sapientes quærere consueuerunt; nimirum, quid
nam sit, unde sit, ubi habitet,quo uadat, & per quã
Fran.Pi- demum uiam, nulla alia meliore breuioreque uia,
cus lib.de quam si quis ad sui contemplationem sese con-
doct.gen. uertet, finiri posse arbitror. Tunc enim intelliget,se
cap:13. esse quid diuinum,& imaginem Dei, e cœlo originẽ
Macrob. ducere, esse in hoc mundo tanquam peregrinum,&
lib. 1. *de* exulem;& ad cœlum,diuina gratia, qua sine nihil fa
sõno c. 9. cere potest,adiutum, per uiam mãdatorum Dei, re-
2. *Cor.*3. meare. Postea,quam necessaria sit notitia ista, hac
Chry. graui comminatione declarat sponsus; qui affabili-
Mat. 21. tate illa, qua solet sponsam alloqui quodammodo
Prosp. de deposita, eam hunc in modũ alloquatur: Si ignoras
lib arb. te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi
*Cant.*4. post uestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos
iuxta tabernacula pastorum. Hoc est: o anima crea-
Origen. turarum pulcherrima, egredere uaga a cubiculo, &

thalamo

thalamo sponsi, & abi post concupiscentias carnis, & satia appetitus tuos obscœnos, caduca, & mortalia consectare; pasce inquam hœdos tuos, fœdos uidelicet animi motus, animalia illa, quæ ob prauitatem & lasciuiam, in extremo iudicio ad sinistram statuenda sunt. Terribiliter, ait Bernardus, intonat spō sus in dilectam. Et, Origenes: austera quadam comminatione, sponsæ animos, ad cognitionis suæ curam suscitat. In quē etiam locum Philo Carpathius episcopus, sic scribit: Minax oratio, admonitorius sermo, increpatiua verba. Vbi enim ignorantia, ibi dedecus, & ignominia. *Locus ex positus.* *Ser. 33. in Can.* *Philo Episcopus.*

Te ergo nisi noris Sunamitis, bestia fies,
Atq; sequere tuum Bucc ula facta gregem. *Bartholō. Anul.*

Ne igitur sponsa, hoc est anima, a sponso repellatur suo, hanc sui cognitionem nanciscatur oportet: quā si nacta fuerit, sponsum quoque nanciscetur, & amplectetur suum. Quæ ergo erit sponsa tam stulta, tam inepta, quæ nolit seipsam cognoscere, ne a dulcissimis sponsi sui amplexibus repellatur; ne in potestatem carnaulium appetitionum ueniat, & in manus Dæmonum tradatur? ex quo nasceretur, ut quę inter mulieres dicitur pulcherrima, omnium creaturarum turpissima euaderet, & ut a spōso uidere, indigna fieret. Insuper, ut supra scripsimus, qui se ignorat, sua ignoret necesse est: ac proinde in summa quadam ignoratione, dum nec se, nec sua cognoscit, profecto uersabitur. Nam, si homo ignorat se esse quid æternum, & immortale, caduca & momentanea bona ad se pertinere putabit: si nescit se ad beatitudinem esse factum, uoluptates, pastumq; sectabitur: si non intelligit se esse animal rationis particeps, atque sibi cum ratione esse uiuendum, uirtutē, ac honestatem ad se nihil pertinere putabit. Denique, qui se nescit, pro pane lapides, pro piscibus scorpiones edet, & pro uino fel, & uenenum bibet: ex quo etiam necessario fiet, ut seipsum non amet; cum *Cap. 1.* *Cice. 2. de finib.* *Salust.*

amor non nisi in rem feratur cognitam. At, bone Deus, quid absurdius dici, aut iniquius cogitari, aut a natura magis abhorrens fieri potest, quam seipsum non amare? Quare merito quidam, cum de ratione puerorum instituendorum scribere aggrederetur, eos a cognitione sui externa, ad internam primum reuocandos esse docuit: ad quam cognitionẽ, qui se non conuertet, nihil recte aget: & si quid in uita peccabit, nullam ipsi erroris sui quispiam magis coniunctam assignabit causam, quam si ei cecinerit:

Sadoletus lib. de insti. pueror.

Theodo. Gaza.

Nempe tibi ignotum γνῶθι σεαυτόν erat.

id est, nosce te.

Trismeg. Vos, aiebat quidam, quibus mentis portio concessa est, genus recognoscite uestrũ, uestramq; naturam immortalem considerate, &c. Huc pertinet, quod aliqui sapienter re uera dixerũt, turpitudinem animę ex sui ignoratione priuatè oriri, multumque sibi & alijs hanc ignorantiam obesse. Intrandum itaq; est in naturam nostram, & quid nam simus penitus peruidendum, ut aliquando nos cognoscamus ipsos. Qui seipsum animo tractauerit, dies, noctesq; cogitauerit, sentiet se diuinæ mentis esse participem, neque se in breuitate uitæ esse collocatum putabit; studio æmulandi diuinitatem incendetur; insatiabili quodam gaudio replebitur a corporis obsequio; indulgẽtiaq; discedet; omnem peccati labem euitabit; cultum Dei, ac ueram religionem suscipiet; & cum in se aliquid diuini habere animaduerterit, semper aliquid dignum Deo sentiet, & faciet. Denique, cũ se intus perspexerit, totumq; tentauerit, nihil abiectum, nihil humile aget, cogitabitque non grande.

Plato in Phile. Xenoph. lib. 4. de dic. Socr. Cic. li. 5. de finib.

Remun. Sebun. tit. 1. Est itaque, & utilis, & necessaria, & ardua, & pulchra hæc sui notitia; ut merito profani scriptores, non homini cuipiam, sed Deo, hoc de seipso cognoscendo præceptum, tribuendum esse dixerint; quod maius esse uideatur, quam ut ab homine uideretur. Concludamus ergo cum Clemente Alexandrino, hanc

Cic. lib. 1. de legib.

ſui cognitionem eſſe diſciplinarum omniũ pulcherrimam,& neceſſariam:& idcirco, nemo ſit,qui nolit in ſeipſum intrare,& ſe omni cogitatione penetrare; ne,dum ſe quiſpiam ignorat, Deum quoq; ignoret, & more belluarum uiuat. Et quoniam per nos ipſos id præſtare nequimus, a Chriſto domino, unà cum cœco illo petamus,ut nobis ad nos uidendos oculos aperiat: ne dum nos noſtraq; non videmus, ab ipſis etiam ethnicis merito deſpiciamur. Nam recte Iuuenalis ait: Lib.1.Pædag.c.1. Mar.10. 2.Ioan.1. Sat. 11.

Illum ego iure.
Deſpiciam qui ſcit,quantum ſublimior Athlas
Omnibus in Libya ſit montibus; hic tamen idem,
Ignoret quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus. e cęlo deſcendit, γνῶθι σεαυτόν.
idest,noſce teipſum.

Verum, cum ad hanc cognitionem per ſpiritualem ſacrarum literarum intelligentiam nobis ueniendũ ſit, quantum diuinæ legis ſpiritualis ſenſus fieri debeat, & quid ſit allegoria, ſub qua h c ſenſus latet, paucis ſequenti capite ut demonſtremus, utilitas admonet.

Quanti ſpiritualis diuinę ſcripturæ notitia facienda ſit. Cap. III.

QVanti facienda, quantaq; cura ſpiritualis ſacrarum literarum notitia inueſtiganda ſit,ex eo primum perſpicuum eſt, quod ſancti patres,qui ſpiritus primitias habuerunt, in ea quam diligentiſſime elaborarunt. Nouerant enim illud;ſpiritũ uiuificare,& literam occidere. Quare,iure optimo,ut Philo Hebræus ſcriptum reliquit, iidem patres,ſpiritualem notitiam animæ, literalẽ uero corpori comparare ſolebant: quod, quantum anima dignitate corpus antecellit,tantum ſpiritualis intelligentia literalem notitiam anteit. Hinc forte fit, 2.Cor.3 Lib. de uita ſuppli cum.

ut id obiter dicam, cur hisce nostris temporibus, parum diuini spiritus, in ijs, qui sacras literas tractant, inueniatur; quod solũ in cortice literæ versantur, & intus ad medullam, & adipem spiritus exhauriendum, & degustandum non penetrant: quod, ut nõ uitupero, ita non omnino laudo, si literæ cognitio ad spiritum non referatur: Quid? quod etiam apud ueteres Theologos, poetas inquam, hi enim primum res diuinas carmine tractarunt, semper mystica doctrina maximi facta fuit? Et certe, si Poetas hac allegorica intelligentia spolies, quomodo prosint, quod tamen eorum est, non uideo. Iure igitur optimo nostri patres, qui sunt ecclesiæ oculi, quorum pupillæ sunt spirituales sensus, in explicandis diuinorũ oraculorum allegorijs multum operæ posuerunt. Deinde, spiritualis sensus est ueluti thesaurus in agro diuinæ scripturæ absconditus, quem solum, qui mystica cognitione delectantur, inuenire queunt. Ideo sapienter Rabbi Moyses Aegyptius scriptum reliquit; similitudinum intelligentiam esse ueluti candelam, qua inuenitur thesaurus. Huc facit, quod aliqui dixerunt; sensum spiritualem esse ueluti diem, literalem quasi noctem. At, quanto iucundius, & utilius est, in die, quam in nocte uersari? Beda libello de tropis, literalem pennis columbæ deargentatæ, spiritalem posterioribus eius in specie auri comparauit. Quidam alij, hunc eundem sensum, salem, quo cibi spirituales saliuntur, salse esse dixerunt. Postremo, ut breui cursu latissimum campum excurram, Christus dominus, in quo abscõdita est uita nostra, sub similitudinibus latere se, apertissime dixit: quem profecto is non inueniet, qui spirituales sensus non inquirit: quem qui non inuenit, non sequitur; qui non sequitur ambulat in tenebris; in quibus qui ambulat, nunquam seipsum cognoscet. Vt autẽ quanta sit spiritualis intelligentiæ dignitas liquidius appareat, uerba quædam diui Cyrilli, seu Orige-

Heracles Ponticus in lib. allegor. in Homerũ. *Horat.* *Dionys.* *Origen.* *Gregor.* *Rabbi Moses.* *Colos. 3.* *Ioan. 5.* *Cyrilli.*

nis libro quinto in Leuiticum adſcribere placet. Sicuti ergo cognationem ſui ad inuicem gerunt uiſibilia & inuiſibilia, cœlum & terra, caro & anima, corpus & ſpiritus; & ex horum coniunctionibus conſtat hic mundus: ita etiam ſancta ſcriptura credenda eſt, ex uiſibilibus & inuiſibilibus, ueluti ex corpore quodam, literæ ſcilicet, quæ uidetur, & anima ſenſus, qui intra ipſam deprehenditur, & ſpiritus, ſecũdum id, quod etiam quædam in ſe cœleſtia teneat, ut ait Apoſtolus &c. Quia ergo ita ſe habent, inuocantes dominum qui fecit ſcripturæ animam, & corpus, & ſpiritum: corpus quidem iis, qui ante nos fuerunt: ſpiritum uero ijs, qui in futuro hæreditatem uitæ æternæ conſequuntur, per quem perueniant ad regna cœleſtia; eam, quam diximus legis animam requiramus. &c. Quare, non ab re alibi hoc modo exclamauit. Beati illi oculi, qui uelamine literæ obtectum intrinſecum ſpiritum, uident. En, ut belliſſime doctiſſimus pater ſpiritualis notitiæ excellentiam, utilitatem, neceſſitatem, ijs qui per ſpiritum innouati ſunt, demonſtrat. Ad hos autem ſenſus & theſauros promendos, uariæ a ſcriptoribus ſacris ſunt inuentæ claues, de quibus hoc loco diſſerere, ad nos non pertinet. Quare, ſat nobis erit, ſi quid ſit allegoria, ſub qua hic ſenſus latet, breuiter expoſuerimus. Allegoria, latine, ut ſic dixerim, diuerſiloquium, hoc modo, a Beda libello de tropis deſcribitur. Allegoria, eſt tropus, quo aliud ſignificatur, quam dicitur: uel cum Auguſtino. Allegoria eſt ubi unum ex alio intelligitur: ut cum per Leonem, intelligimus Dæmonem: Allegorice, inquit Iuſtinus martyr, ea dicuntur, quæ ex iis, quæ natura fiunt, ſecundum relationem dicuntur: ut ſicut ex accepto uulnere corpus moritur; ita ex perpetrato peccato anima mori dicatur. Vel dicas: Allegoria eſt oratio, in qua uerbis utimur a propria ſignificatione conuerſis, ad aliud ſignificandum: aut certe per res ipſas proprie ſignifica-

Heb. 8.

Cyril. lib. 1. in Leu.

Catheri. Quinti. Beda.

In pſal. 107.

Quæſt. x. ad ortho.

Hierony. Laur. in ſylua.

significatas, aliud intelligimus: Allegoria enim in uerbis, & rebus, siue factis esse potest; ut ex historia duorum filiorum Abrahæ constat; quorum alterum ex ancilla, alterum ex libera suscepit; qui duo testamenta, exponente Paulo, significabant. Et cum in sacra scriptura legimus Deum habere aures, & oculos, uidere, & audire, per metaphoram, siue allegoriam, ista intelligenda sunt. Quia, li, cet Deus, cum sit ab omni concretione materiæ seiunctus, oculis & auribus corporeis careat: tamen, cum intellectu suo omnia, quæ sub sensus nostros cadunt percipiat, clarissimeq; cognoscat, uidere, & audire, oculos, & aures habere dicitur. Quamobrem, cum in hac nostra tractatione dicemus, internum hominem, quem uerbis allegorice sumptis nobis scriptura pingit, habere caput, manus, pedes, & alia id genus membra, ista translate, & per similitudinem, ad partes, quæ sunt in corpore physico, sumenda & explicanda sunt.

Galat. 4.

Cur Deus per allegorias nos docere uoluerit. Cap. IIII.

CVr autem diuina sapientia nos per allegorias docere uoluerit; qui magister ecclesiarum post Apostolos a quibusdam est appellatus, diuine prorsus lib. 4. periarchon explanauit Origenes. Quo loco, cum in explicanda scriptura, ad allegoricum sensum, ni fabulas, & friuola afferre uolumus, sæpe confugiendum esse demonstrasset, dixit, propterea Deum uoluisse una cum historia quædam per allegoriam dicere, ut uidentes historialis intelligentiæ repugnantiam, & impossibilitatem, his ueluti obicibus, & spinis spiritualis intelligentię, & lectionis cursu impedito, ad alterius uiæ initium reuocet, & iter ad immensam diuinæ sapientiæ latitudinem pandat, & ad sensus nobis utiles, diuinæq; sapientię dignos, traducat. Quod si interdum ad illos reconditos sensus

Cap. 1. 2

sus, qui sub cortice literæ latent, non penetramus, non propterea diuinæ scripturæ maiestas, & altitudo erit neganda: sicuti non debet is, qui diuinæ gubernationis rationes penetrare nequit, prouidentiam negare diuinam: quandoquidem in uerbis Dei nihil est absque profunda ratione conscriptum. En quam sapienter, & eleganter quod quærimus uir eruditissimus demonstrat; quem quidam libenter damnare, atque ei multos errores, nimis libere adscribere solent; non animaduertentes quantum antiqui patres ei tribuerint; & quantum peruersi homines eius scripta deprauauerint. Nanque, ut Athanasium, Chrysostomum, & alios qui Origenem plurimi fecerunt missos faciam, Methodius, qui prius Origenem uituperarat, postea pęnitentia ductus, ut in tripartita legitur historia, laudibus exornauit: & Theophilus, qui eius libros damnauerat, eosdem postea lectitauit. De librorum corruptione unam uel alteram coniecturam afferam. Quis non credat, Origenem non sensisse animas prius creatas, de nouo in corpora in pęnam intrudi, quod tamen, in eius scriptis legitur, cum Clemens Alexandrinus eius præceptor, id aliquando apertissime damnauerit? & non sensisse cum Arrianis, ex cuius tamen scriptis eorum errorem probari asserunt, cum hunc errorem, ex Originis doctrina, reprobauerit Athanasius? Demum, quis non credet Origenem aliquando fuisse purum, si nouerit Porphyrium Christianæ philosophiæ impugnatorem, nihil in eo inuenisse, quod damnaret; quinetiam inuitus, non leuiter laudauit? Quare, ut hunc locum concludamus (nec enim nostrum est tanti uiri causam defendendam in præsentia suscipere) uiles homines, ut Theotimus Scythiæ præsul dixit, qui per seipsos nequeunt apparere, uituperãdo meliorem, esse se aliquid conantur ostendere. Volui tamen hæc leuiter attingere, quod multa, quæ hac tractatione afferam, ex tanti partis doctrina me ac-

Orig. to- co citato. in Leui. lib 4.

Euseb. Cæsar. Vin. Lirenes.

Lib. 10.

Clemens Alex.

Niceph. li. 4. c. 13 Rufin. Picus. Socra. in hist.

Epi.119 c.3. cepisse fateor. Diuus præterea Augustinus, cum in epistola ad Ianuarium causam redderet, cur multa figurate in scriptura dicantur, hac de re, his uerbis, egregie scripsit: Plus enim mouent, & accendunt amorem, quam si nuda, & sine ullis sacramentorũ similitudinibus proponerentur: cuius rei causam difficile est dicere: sed tamen ita se habet: ut aliquid per allegoricam significationem intime tum plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quam si uerbis propriis apertissime dicerentur. Credo, quod ipse animi motus quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur: si uero feratur ad similitudines corporales, & inde ad spiritualia, quæ illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu uegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus accenditur, & ardenti dilectione rapitur ad requiem, & quietem, congruebat enim hæc sensuum multiplicitas humanæ mentis somnolentiæ excitandæ.

Claudius Mamer. lib.2.c.2 Quod in promptu est negligimus, ut in foribus hydriam, iuxta Græcorum prouerbium: ad recondita, semotaq; sumus auidiores: & ut magis illa iuuant, quæ pluris emuntur; ita cariora sunt, quæ cum labore sumus assecuti, quam quæ ultro obtigerũt. Præterea, quemadmodum multa, per uitrum, aut succina pellucent iucundius; ita magis delectat ueritas per allegoriam relucens. Demum, sicut habet plus caloris radius speculo seu ænea pelui exceptus; ita uehementius afficiunt animos nostros, quæ per allegoriam traduntur: quod usu etiam uenit in picturis. Est præterea, alia optima eiusdẽ rei causa, quam multi patres, in quibus præcipue Dionysius Areopagita tradunt; quia diuina mysteria, per ea quæ nobis familiaria sunt, nimirum per res corporatas, melius innotescunt. Voluit enim prouidentia paterna, dum nos per similitudines docuit, sese naturæ accommodare mortalium: non secus ac si prudens pater, ut paruulus filius ipsius posset percipere sensa, more

Dionys. Areopa. Cyril. li. 5. contra Julianũ.

pueri

pueri balbutiret, ac imperfectis uteretur uocibus. Postremo, quia per hanc docendi rationem, diuina mysteria, & occultiora rerum diuinarum secreta melius indigni celantur; sicuti eadem ratione, commodius, digni docentur: quod fieri debere, ex quadam communi apud omnes populos notione, & a sapientioribus hominibus, ueluti ab Hebręis, Aegyptijs, Chaldęis, Pythagorę is, Platonicis, factum fuisse ex historijs constat. Etenim, dum naturam rerum infimarum sub quarum similitudinibus arcana teguntur indigni considerant; significatarum rerum magnitudinem non intelligunt: digni uero, diuino illustrati lumine, relicta rerum significantium humilitate, ad rerum significatarum celsitudinem contemplandam sese conuertunt. Hinc est, quod ethnicus, exempli gratia, ablutionem sacri fontis. tanquam quid humile & ignobile contemnit; Christianus uero tanquam quid diuinum, ueneratur; quod ille, solam externam ablutionem spectat; hic uero etiam internam, una cum suis admirabilibus effectis, cōsiderat. Quod autem internus homo; hoc est, anima in Christo renata, per corporatarum rerum similitudines in scripturis nobis expliceur, prologo in cantica, ut nunc mittamus cęteros, his uerbis docuit Origenes. Ostendere ex his uolumus, quod in scripturis diuinis per homonomias. i. per similes appellationes, immo per eadem uocabula, & exterioris hominis membra, & illius interioris hominis partes, affectusque nominantur, eaq; non solum uocabulis, sed etiam rebus ipsis comparantur. Idem, homilia prima in psalmum trigesimum sextum docet; & Olympiodorus suis commentarijs in Ecclesiastem eandem sententiam confirmat. Sed hac de re latius paulo post dicetur; cum nouum quendam hominem reperiri probare aggredimur.

D. Tho. p. par. q. 1. ar 9.
Pet. Crin. li. 6. c. 3.
Anastas. Monac. in hexam.
Euseb. li. 12. præpar. c. 4.
Iul. Fir. lib. 6.
Tert. lib. de bap.
Lactan. Firmian.
Lib. 7. in epist. ad Rom.
Cap. 4.

Qua ratione internus homo explicandus sit, & de methodo in hoc opere seruanda. Cap. V.

Celes. 1. SAnctorum patrum scripta, ac dogmata semper in manibus, ante oculos, & in ore, nos habere debere, epistola quadam ad Archimandritas sapienter monuit Hormisda: quod consilium nos in hac tractatione nostra sequentes, nihil de nostra præsumptione, quæ (auctore Hieronymo) est doctor pessimus, dicemus. *Hormis. Papa.* *Vinc. Li re.* Siquidem, pij ac Christiani scriptoris, non tam sua, quam ab alijs accepta, posteris tradere, esse uidetur. Quare, constitutionem quandam Concilij Coloniensis, qua sancitur, ne quis docendo, nouas allegorias afferat, sed ut illis utatur, quas sancti patres excogitarunt, seruare nitemur. *Cōc. Colon. anno 1536. p. 6. c. 24.* Idcirco, nunquam, aut certe admodum raro, quæ de nouo homine allegorice dicentur, ex nostro sensu explanabimus; sed, quod non sine magno labore fiet, quæ dicemus omnia, ex monumentis sanctorum patrum a nobis depromentur. Curabimus deinde, quod faciedum Chrysostomus monuit, fugere βεβιασμένας ἀλληγορίας. i. coactas, aut ui tractas allegorias. *Chrys.* Verum, si qua interdum explicatio, non omnino quadrare uidebitur, nouerit lector, quod prudenter Origenes monuit, allegoriam omni ex parte rei unde illa desumitur respondere, non esse necessarium. *Orige. in Mat.* Dabitur tamen in ea afferenda opera, ne fides aliquo modo auferatur historiæ, quæ de Hieronymi sententia, tropologiæ est fundamentum. *Iunilius, Hierony. D. Th. p. p. q. 1. ar. 10.* Illud etiam lectorem moneo, cuius in hoc opere legendo semper meminisse debebit; unam, & eandem rem, ob diuersas tamen rationes, uarias habere allegorias posse. Vt ecce; Mens, interdum comparabitur capiti, interdū faciei; interdum utero &c. capiti, quia est suprema interni hominis pars: faciei, quia, qualis internus homo sit, in ea apparet: utero, quoniam in ea cogitationes quæ sunt ueuti quædam animæ uiscera,

continentur. Idem de ſcriptura; quæ modo uia, modo menſa, modo cibus, modo uinum, uocabitur, ac etiam de alijs rebus dicas. Hoc eleganter in pſalmum octogeſimum primum, his uerbis Caſſiodorus docuit. Diuerſis qualitatibus inſpectis, una eademque res diuerſimode comparatur. quo loco rationem reddebat cur Leo, de Chriſto & Demone, & fœnum, de impijs & felicitate æterna, diceretur. **Caſsiod.** Ad hæc, cum duo reperiantur homines, uetus uidelicet & nouus; licet de nouo potiſſimum inſtituta ſit diſputatio: tamen, de ueteri quoque, ut quę ad nouū pertinent intelligantur melius, paſſim dicemus aliquid; cuius nonnullas prauitates, quæ tanquam reliquiæ remanſerunt, nouo attribuemus homini. Præterea, cum hæc noua creatura nunc tanquam maſculus, nunc tanquam fœmina ſub appellatione ſponſæ, deſcribatur; ubi ſub appellatione maris deſcripta fuerit, ſub nomine etiam ſponſæ, hoc eodem opere, ſi per occupationes licebit, a nobis explanabitur. Poſtea, cum humani corporis membra, partes, functiones, & affectiones, interno homini tribuātur, ut brachia, manus, pedes, ambulare, dormire, manducare, &c. uarios iſtarum uocum uſus, non ſine utilitate, nec ab re, exponere curabimus: & quod ab inſtituto noſtro non erit omnino alienum, quo modo iſta de Deo, Chriſto, Angelis, & Eccleſia intelligi debeant, exponere conabimur. Iam uero, cum ea ſolum de interno homine allegorice, quæ, apud alios, & præſertim apud antiquos patres legimus, explanare uelimus, multa, quæ ab alijs, dum ex philoſophis, & medicis plura repetunt, dicuntur, data opera ſilentio inuoluemus; quippe quæ nimis curioſe, & non ſine legentium faſtidio dici ſoleant. Itaque partium ſtructuram, & membrorum functiones, ut eas interno homini accommodare poſſimus, quātum res poſtulabit ipſa, explicabimus. Admoneo etiam illud, hanc ſui cognitionem duplicem eſſe;

alteram, quam naturalem appellares, qua humani corporis imbecillitas, & mortalitas, animi uero præstantia cognoscitur; alteram quasi diuinã, qua quantum ad spiritum, & statim illum diuinum, qui per gratiam habetur, se quilibet cognoscit; & de hac sui cognitione a nobis disputandum est; quamuis de altera etiam, non raro mentio fiet, ad quam ille Macedonum Rex, ut Aelianus scribit, reuocari uolebat; qui sibi mane surgenti, dici præcepit: Memento quod homo es: ne ob partam uictoriam, sese efferret. Amplius, cum hic internus homo, ab externis etiam scriptoribus, non tamen eo modo, quo a Christianis, ut postea dicetur, cognitus fuerit, non uerebimur sanctorum patrum uestigia sectantes, ad eum explicandum, aliqua ex ipsorum scriptis sumere, cum quicquid recte ab illis dictum est, ut scripsit Iustinus, nostrum sit Christianorum, siquidem tanquam fures, ut de Democrito, Platone, Pythagora, Homero, Aristotele, qui multa a quodam hebręo accepit, & de alijs constat, a nostris abstulerunt, a quibus tanquam ab iniustis possessoribus, quæ bene dixerunt, repetenda sunt. Nemo igitur nobis uitio dabit, si in explicando interno homine, philosophorum dictis quandoque utemur. Postremo, si quid candidus Lector in explanatione allegoriarum audiet, quod in aures non statim influet, intelligat, id ex eo fieri posse, quod eo spiritu, qui sensus spirituales sanctis doctoribus inspirauit, ipse careat, cum spiritualis sensus, sine spirituali non sentiatur gustu.

Diog. Stel. par. 3. c. 20. 21. — *Aelian.* — *Clem. Alex. 1. Stro.* — *Greg. Naz. or. in Bas.* — *Apolo. ad sen.* — *Diodorus lib. 2. de gestis. Aegypt.* — *Cyril. contra Iulia.*

Quid hæ duæ uoces, homo, & spiritus, in sacra scriptura significent. Cap. VI.

CUM de spirituali homine uerba facturi simus, non erit inutile, nec a re in qua uersamur alienum, quas hę duæ uoces, spiritus, & homo, in scriptura notiones habeant, ut quæ deinceps dicturi

sumus

sumus intelligantur planius, breuiter aperire. Vox, homo, in sacra pagina, animal ex corpore & anima constitutum, & interitui obnoxium, interdum significat; ad cuius humilitatem, & mortalitatem significandam a diuinis scriptoribus caro, puluis, uermis, terra, fœnum, flos, sanguis, uanitas, uocitatur; de cuius miseria non defuerunt qui latissime scripserint. Deinde, homo, ut eleganter docuit Philo, pro mente & rõne ponitur: quæ mens, prout iustitia, uel peccato est infecta, homo nouus, uel uetus, iustus, uel peccator, ut inferius dicetur, appellatur. Postea, homo, non raro pro homine peccatore, & pro anima subiecta peccatis sumitur; qui uarias, ut suo dicetur loco, appellationes est sortitus. Insuper ista uox, sæpenumero designat hominem iustum, sapientem, perfectum, spiritualem, & eum, quem nobis explicandum proposuimus: de quo intelligitur illud: Homo cum in honore esset, non intellexit, &c. cum quo si ceteri homines compararentur, iumenta, & bestiæ nuncupantur. Huc facit doctrina quædam Origenis, qui assignans rationem, cur interdum hæc uox, homo, in scriptura geminetur, ait, esse quosdam homines, qui tantum sunt homines, ut sunt, qui comparantur iumentis; alios uero, qui sunt homines, homines, hoc est, perfecti homines, & ad similitudinem conditoris per nouam natiuitatem geniti. Ex hac doctrina, posses fortasse explicare illud psalmi: Homo, & homo natus est in ea, idest Christus perfectus homo in beata Virgine, uel in Ierosolymaria urbe. Nec me latet, hanc dicendi formulam dialecto hebraica, idem sæpe sonare, ac si diceretur; quilibet homo. Ad hæc, homo, ut Chrysostomo placet, pro ipso peccato usurpatur, quo modo apostolum usurpasse putat, cum dixit: Nolite fieri serui hominum, idest nolite seruire peccatis; ne quã alibi approbauit seruitutem, tollere uideatur. Est etiam, homo, non raro contumeliæ nomen; quo

Greg. 4. mor. c. 17
Xenoph. Platon. Ludo. Berus de præpar. ad mortẽ. Philo.
Psal. 48. Locus ex pli. D. Salon. in ecclesiasten. Ezec. 14 Locorum explic. Locus ex pli. Psal. 66. Hom. 20 1. cor. Locus explic.

Psal.4. modo accepit propheta, cum cecinit: Filij hominum;
Psal.9. hoc est, uani & imbecilles homines. & alibi, ut sciant
Locus ex gentes, quoniam homines sunt, idest res quędam hu
pli. milis, & abiecta. Interdum uero solam humilitatem,
& summissionem designat: qua ratione saluator no-
ster se filium hominis appellauit, & homo factus esse
Mat. 9. dicitur. Ad hanc hominis imbecillitatem, infirmita-
14. temque demonstrandam, has duas uoces, Enos,
Ioan.1. & Adam, Hebræi, ut ex psalmo octauo constat,
Psal. 8. copulare solent, quo loco, sic scribitur: Quid
Locus ex est Enos, uel filius Adam, quoniam memor es eius?
pli. Enos dicitur ratione animę, quasi obliuiscens, aut
Euseb. de obliuio quædam beneficiorum Dei: uel, ut alijs pla-
prepara. cet, quasi miser, mæstus, pauidus, inconsolabilis. Adã
Claud. uero ratione corporis, quod sit formatus ex terra, &
Guig. sit de terra terrenus. Hinc est quod apud Paulum, hu
manum, exile, imbecillum, & exiguum quid signifi-
cat, & iudicare secundum hominem, est iudicare se-
1.Cor.2. cundum hominem carnalem. Item, ut Augustinus
Aug. lib. adnotauit, homo ponitur interdum pro omnibus
83.99. creaturis; cum in eo tanquam in quodam paruo mũ
do omnes creaturarum omnium contineantur gra-
Psal. 4. dus; quam ob causam, Græci Microcosmon eum ap-
pellant. Solet non raro huic uoci, homo, addi, filius:
& idem ualet, filius hominis, ac si diceres, homo, uel
uerus homo, uel infimæ conditionis creatura, aut
peccator: ut filij hominum sint ipsi peccatores; sicu-
Io.Lucid. ti, filij Dei sunt, uel homines statura magna, quos gi
lib. 1. de gantes uocamus, uel homines præcellentes, vel ho-
temp. c.4 mines iusti & uirtute conspicui. Ex his explicares lo-
Locus ex cum illum genesis cap. 6. ubi dicitur, filios Dei in-
plic. gressos fuisse ad filias hominum; per filios Dei ali-
qui intellexerũt, angelos, alij, in quibus Maomethus,
Eudem. ut Eudomius Monachus refert, Dęmones: alij inter
quos auctor citatus, per filios Dei, intelligunt eos,
Theodor. qui ex Seth originem ducebant, & per filias homi-
Eucher. num, eas quæ ex Chain: & hanc Petrus Gallesius in

suis

suis annotationibus in historiam Seueri Sulpitii, communem expositionem esse ait: alii denique per filios Dei, intelligunt gigantes, iuxta Hebræorum phrasim, qui hac particula, Dei, solent uti ad exprimendum gradum superlatiui: ut cedri Dei, sint cedri altissimæ, & Niniue dicitur ciuitas Dei, idest maxima. Et certe, loco citato, filii Dei, ut arbitror, non sunt Angeli, licet uiri alias docti, id dixerint. sed de hoc loco latius differere, non est hic locus. Additur interdum, ut ad rem redeamus, huic uoci, homo, inimicus, malus; & tunc Dęmonem, sicuti, homo quidam, & homo pater familias, Deum optimum maximum designat. Et has huius uoculæ notiones numerasse sufficiat. Nunc breuiter de uoce spiritus; de qua, cum multa hic dicere non liceat, sola significationum enumeratione contentus ero. Primum, spiritus, in diuinis litteris, sępissime uentum, flatum & aerem, significat. Deinde indignationem, iram, sententiam, & maxime diuinam. Præterea, Deum ipsum, & Spiritum Sanctum, maxime cum quippiā additur, quod Deo conueniat, ut si dicas: Spiritus Sāctus; qua locutione tertia in Trinitate persona designatur, sic dicta, ut quibusdam placet, quod sanciat sanctos, id est sanctos faciat. Omnem præterea naturam corporis expertem, bonam, malamve; ut Angelos, & Dæmones. Insuper, dona spiritualia, & diuina præsidia, ut patet ex 1. ad Cor. capite quarto. Itē, apparitionem, reuelationem, cogitationem, uoluntatem. Amplius, omnem spirabilem naturam rationis capacē, uel expertem, & interdum pro præcipua hominis parte, nimirum pro ipsa mente, ponitur. Ad hæc pro uita, robore, ui & efficacitate diuina, qua fouentur omnia, sumitur. Interdum, rem uacuam & inanem, sicuti contra opera bona, æterno digna pręmio designat. Ponitur etiam pro superbia, audacia, pro uoce, uel uerbis maledicis. Denique pro uita secundum Christum, ac pro intelligē-

Aben Esdra. Seuerus Sulp. Petrus Galles. Loci expositio. Matt. 16. Ioan. 3. Psal. 103. 118. Gen. 1. Tob. 8. Gen. 6. Iac. 6. Marius Victor lib. 4. Mich. 2. Ps. 150. Tob. 17. Gen. 1. Isa. 26.

1. Cor. 3. tia sacrarum sciptturarum mystica; quo modo intelligitur illud, spiritus uiuificat, idest explicatio, quæ ad spiritum refertur; quæ spiritum iuuat, & uitam spiritualem tribuit; a quo spiritu, homo spiritualis dicitur, sicuti a Christo, Christianus nominatur.

Locus ex pli. Victor episc. lib. de fede.

Internum quendam hominem reperiri; & de hominis diuisione. *Cap.* VII.

PRæmissis iis, quæ ad hanc tractationem facilius percipiendam, non parum cōducere uisa sunt, nunc ad rem ipsam accedentes, hunc spiritualē hominem, quo de futura est disputatio, reperiri, paucis demonstremus: quamuis apud eos, qui ex spiritu uiuunt, & in diuina pagina uersati sunt, id omnino exploratum sit. Quendam itaque internum, & nouum hominem inueniri, non uno in loco, ut alios canonicos scriptores missos faciamus, docet apostolus. Et primum epistola ad Ephesios capite quarto, ait oportere deponere ueterem hominem, & nouum induere, qui secundum Deum creatus est. Ad Colossenses capite tertio, eadem de re, sic scribit: Expoliantes uos ueterem hominem, cum actibus suis, & induentes nouum. Ad Romanos capite tertio. Vetus homo noster, simul crucifixus est. Item, condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. Ex quibus uerbis colligere licet, quid intelligat per interiorem hominē: mentem scilicet, quæ legi Dei seruit. Extat de duplici homine luculenta Tertuliani in libro de resurrectione carnis auctoritas; ubi locum diui Pauli de ueteris hominis corruptione elegantissime tractat. Eādem ueritatem Arnobij Afri declarantis illud, ne cō sentias aduersario tuo, confirmat auctoritas. Ab exteriore ait, & carnali homine nos cauere monet: interior scilicet ab exteriore cauere debet, cum inter

Eph. 4. *Rom. 7.* *Arnob. Locus ex pli. Matt. 6.*

ter se contrarii sint,& perpetuas exerceant inimicitias. Diuus quoque Basilius homilia decima in hexameron eadem de re, ita scriptum reliquit: Intus itaque habemus hominem, & duplices sumus, & quod dicitur uerum est, nimirum, quod intus sumus. Idem constat ex Isychio centuria secunda, numero septuagesimo,& septuagesimo primo. Diuus etiam Augustinus libro duodecimo de Trinitate, de utroque homine contra hæreticos elegantissime disputat. Verum, cum in philosophia christiana, quod probandum suscepimus, satis constet, nihil est quamobrem hanc ueritatem pluribus confirmemus. Non tamen silentio preteribo philosophos etiam ipsos hanc de duplici homine cognitionem aliquo modo habuisse. Nam omnes, qui sententiam illam, nosce seipsum, tractarunt, hos duos homines, ut de Platone, Epicteto,& Cicerone constat, cognouisse uidentur. Et ille, qui ter maximus, a cognita trinitate, ut Suidæ placet, est appellatus, in Asclepio, ex omnibus animalibus solum hominem duplicem esse ait; & Alcinous Platonicus interiorem hominem idest animum δαίμονα quem Latini, Deum uocāt, appellauit. Vt autem facilius, quæ diximus, & quæ dicturi sumus intelligantur, uarias hominis partitiones afferamus oportet. Homo igitur, ut ad rem nostram facit, duplex est, alter proprie homo; alter metaphorice; seu, alter physicus, alter moralis. Physicus est ille, qui ex anima & corpore conficitur, & ex sanguinibus generatur. Moralis, seu metaphoricus est, qui per analogiam, & similitudinem a ratione uiuendi, homo appellatur; ut homo dicatur is, qui ratione, bene, uel male utitur. Hic, ut Taulerio placet, triplex est; primus, qui ex sensu uiuit, & belluarum more, ab appetitu rationi repugnante ducitur; quem ipse bestialem, scriptura, iumentum uocat; & merito quidem; quia cognoscit ut bestia, appetit ut bestia, agit ut bestia. Et hoc fortasse uoluerunt ii, qui dixerunt

Basilius. *Isychius.* *Aug.c.1.* *Macrob. lib. 2. de somno ca. 11.* *Suid.* *Alcinous* *M.Cato.* *Ioan.1.* *Tauler. ser. 2. de exal. cru.* *Psal.40.*

xerunt animas in belluas migrare, quatenus more belluarum uiuunt. Secundus, quem rationalem appellat, & est is, qui quantum natura infirma potest, congruenter rationi uiuit, & propter honestum operatur. Tertius, supremus, & deiformis, qui secundum Christi spiritum uitam degit. Sed duos, ni fallor homines ponere præstat; alterum ueterem, seu carnalem; alterum nouum, seu spiritualem; ille ex fomite carnis, & lege peccati a primo Adamo accepta, uiuit, & propterea carnalis, & uetus appellatur; hic, ex spiritu, & lege gratiæ, a nouo Adamo tradita, ideo spiritualis & nouus uocatur: ille, quæ sensibus placent, & externa bona sectatur, ob quam causam exterior nuncupatur; hic, iis quæ spiritu sentiuntur, & internis bonis delectatur, & ideo interior nominatur. Si nouum, & interiorem hominem iuxta uarios progressus cōsideremus, tres homines assignare possumus; quorum alius est incipiens, alius proficiens, alius perfectus. Item de quorundam sententia, ex interioribus hominibus, alij sunt, quos amicos, alij, quos filios, & domesticos Dei nuncupares. Amici sunt omnes, qui per gratiam renati sunt; filii uero, ij quos Deus habet in deliciis, quibus cum continenter uersatur, quos singulari quadam caritate fouet, & spiritualibus delicijs recreat, & sustentat, & ad paternas dulcitudines gustandas priuatim admittit; quibus denique tanquam primogenitis maiorem portionem quam ceteris largitur. Quando autem duos homines esse dicimus, alterum exteriorem, alterum interiorem, nemo existimet, quod Manichæi stulte existimarunt, duos re uera esse homines; alterum ipsum corpus a malo Deo factum, alterum animum a bono Deo creatum; cum idem homo, ut diximus, a ratione uiuendi, fit nouus, uel uetus; exterior, uel interior; imo, eadem anima, est nouus & uetus homo, ut patet ex Paulo cum ait: Exuite ueterem hominem; non corpus, ut male interpretantur hæretici,

S. Maxi. Cent. 1. nu. 68.

Ioan. Rosbro.

Driedo li. 2. de gra. & lib.

Eph. 4. Colo. 3.

Locus explic.

retici, sed ueterem uiuendi rationem. Vetus homo, scripsit Origines, est uita prior; quem hominem crucifigimus, cum uitam Christi accipimus. Illud etiam monuerim lectorē, nomine exterioris hominis, nos interdum significaturos esse, nō modo per metaphoram eum, qui carni & sensibus inseruit, sed etiam proprie illum, quē natura formauit, per cuius partes, & membra, ac membrorum functiones, interiorem explanaturi sumus. Vocatur etiam aliquando externus homo, externa operatio, seu corpus ipsum: quem hominem componere, & emendare aliquis dicitur, cum operationes externas, iuxta interioris hominis uitam, exercet. *Origines.*

Vterque homo describitur, externus nimirum, & internus. *Cap.* 8.

QVamuis ex his, quę superiore capite diximus, quid uetus, & nouus homo sint, satis cognoscere liceat: tamen, ut quantum inter se distent, quidq; uterque sit, apertius intelligatur, eosdem latius describere non erit inutile. Exteriorem hominem Brunus Charthusianorum pater, sic descripsit. Exterior homo, est animæ pars, quæ per singulos sensus congaudet uoluptati, diligens suauia gustu, canora auditu, delectabilia uisu, iucūda tactu, bene fragrantia odoratu. Ex qua eleganti externi hominis descriptione, per contrarias affectiones, internum hominem describeres. Quidam, hoc modo: vetus homo, est inueterata peccandi malitia, aut pertinacia, aut tyrannis, quam peccatum inuehit. Longiorem, & oratoriam eiusdem hominis explicationem, apud auctorem in margine citatum in quodam dialogo sensus & rationis lector uidere poterit. Quidā alius utrunque hominem hac ratione definiuit, Qui umbram, id est diuinam suauitatē, pro re, idest pro Deo amplectuntur, homines externi sunt: qui uerò rem *Brunus in epi. ad Rom. 7.* *Ioan. Arbo.* *Ioannes Artopeus.* *Florētius Harlemius. lib. 5. c. 27. lit. e.*

ipsam

ipsam, id est Deum pro umbra, id est diuina dulcedine complectuntur, homines interni sunt. Alius cupiens a Deo scire, qui sint homines interni, & externi, tale accepit responsum: qui honorem meum sibi in suis omnibus operibus proponunt, interni sunt: qui uero pro honore meo alium finem, externi. Auctor theologiæ germanicæ, ita ueterem hominem describere uidetur: Vetus homo, est Adam inobediens, sine uero lumine, & uero amore. Item: Vetus homo, est Adamus, & inobedientia, ipsitas, egoitas, & Deo contraria uoluntas. At nouus, est Christus, & obedientia, ad quam, qui accedit, Deus fit, & uocatur; participatione, uidelicet: & est unus ex illis, qui dicere possunt: Viuo aũt, iam non ego; uiuit uero in me Christus. Tunc enim homo interior est uerus, cum in eo nihil est, quod non sit Deus, aut Dei: & cum in eo uiuit operatur, amat, & uult Deus. Is demum est interior homo, qui Christum sequens abnegat semetipsum, & exteriori homini ad flagitiose uiuendum inuitanti, sic respondet. Nescio te, o homo; quandiu meus fui suggestionibus tuis etiam libens acquieui: nunc me Christus sanguinis sui precio comparauit, meus non sum; nec meam iam iam possum facere, sed eius ad quem pertineo, uoluntatem. Ex Origene talis colligitur descriptio. Interior homo est, qui factus est ad imaginem Dei, incorruptibilis, & incorporeus. Ex his autem, quæ diuus Paulus de utroque homine sparsim in suis epistolis scripsit, utrunque per uaria, & inter se diuersa attributa, sic describere possumus. Nanque alter secundum spiritum Dei degit, alter secundum carnem uiuit; alter prudentia spiritus regitur, alter prudentia carnis utitur: alter Deo placet, alter placere nequit: alter a diuino spiritu ducitur, alter a malo spiritu agitatur, alter uiuens Deo mortuus est mundo: alter uiuens mundo mortuus est Deo; alter expectat adoptionem filiorum Dei, alter æternos cruciatus filiorum diaboli. Discernuntur etiam

Auctor Theologiæ german. — *Galat. 2.* — *Mat. 16.* — *Sixtus 3.* — *1. Pet. 1.* — *1. Cor. 6.* — *Origenes lib. 7. in epi. ad Roma.* — *2. Cor. 4.* — *D. Paul. In Cẽtu. c. 8. 9.*

etiam per uarias appellationes. Nam, alter, caro, humana ratio, exterior homo, uetus homo, terrenus Adam, corpus peccati nominatur: alter uero, spiritus, nouus, spiritualis, & interior homo, noua creatura, & corpus iustitiæ appellatur. In summa, cum non sit facile hominem spiritualem describere, si quis apertius cognoscere desiderat quid sit, ipse talis euadat: Is uero qui euadere uult, his poterit uti regulis. Prima, quæ est omnium efficacissima, ut id maximè cupiat. Secunda, aliquid habeat, quo possit discere. Tertia, præceptorem attente intueatur, colat, ei credat, eiq; se subiiciat. Quarta, rem aggrediatur, seq; in hoc maximo studio exerceat. Ex his omnibus quantum inter se hi duo homines distent, & quæ sint inter eos differentiæ satis constare arbitror; in qua re latius explicanda, non est cur diutius immoremur.

Reomūd. Sebund.

Theologia German.

Io. Rauli ser. 1.

Quid, pater, in scriptura significet, & quotuplex sit generatio. Cap. 9.

CVm internum hominem, per ea, quæ in externo reperiuntur explicaturi simus, ut congruo procedamus ordine, primum de causis efficientibus, & constituentibus, deq; eius generatione, essentia, proprietatibus, ac natiuitate, scribendum esse uidetur. Et cum priore loco de patre a quo genitus est, scribendum sit, quid nam, pater, & generatio in diuinis scripturis significent, patefaciamus oportet. Pater, is primum dicitur, qui eandem naturam, uel numero, ut in diuinis, uel specie, ut in creaturis, genito communicat. Deinde, pater dicitur de gente, ut ex hoc loco patet: Ego sum Deus patrū tuorum. Præterea, dicitur quis pater ætate, & consilio. Interroga, ait scriptura, patrem tuum (cum deest, inquit Augustinus pater naturalis) doctorem nimirum, & senem. Hinc est, quod Hebræorum more, Regum con-

Gen. 31.

Deut. 32

August.

Locus ex pos.

Deut. 32

Gen.4. filiarij, patres appellantur. Item, uocant sacræ scripturæ, patrem, alicuius rei auctorem. Insuper, præceptor, & institutor, patres nominantur: qua ratione sacerdotes, & antiquiores doctores patres appellare solemus. In summa, pater dicitur natura, lege, genere, educatione, imitatione, inuentione, ætate, doctrina. Huius uocis etymon, si quis a me requireret, dicerem cum Gennadio scholari, si priuatim de Deo loqui uolumus, Deum appellari patrem ἀπὸ τοῦ πάντα τηρεῖν, id est ab obseruandis, & seruandis omnibus. Omnia nanque Deus optimus maximus sua prouidentia spectat, & conseruat. Generatio uero, idem sæpe ualet, quod res gesta, & historia: & liber generationis idem sonat, quod genealogia, & historia. Sumitur deinde, pro ætate, sæculo, tempore, populo, natione, creatione, resurrectione. Denique, interdum, generatio, mores, & uiuendi rationes, præsertim malas, sicuti uox, tempora, apud latinos, designat. Quo modo declarares illud Isaiæ: Generationem eius quis enarrabit? i. quis corruptas, & deprauatas uiuendi rationes eorum, qui contra filium Dei, & Christum suum conspirabunt, eumq; male accipient, explicare poterit? Aut, quis tam acerba, & tam uaria filij Dei tormenta, & cruciatus exponeret? Quamuis non me lateat, patres hunc locum de generatione æterna filij explicare solere. Generare uero, est simile in natura gignere, instituere, excitare, & producere. Ex his significationibus colligere licet, quotuplex sit generatio, quæ sic partiri potest. Generatio duplex est; altera vera, & naturalis; altera metaphorica, quæ ad ueram generationem proportionem habet. Prior duplex est; altera æterna & diuina, qua Pater æternus, non in tempore, quia non erat, quando non erat, non ex nihilo, non ex subiecta materia; filium uerum, & æternum eiusdem non similis substantiæ ὁμοούσιον, non ὁμοιούσιον generauit: altera in tempore, & humana, secundum

Margin notes: *Genadius*; *Gen. 11. 36.*; *Gen.6.*; *Psal. 2.*; *Locus explicatus.*; *Ps. 2.*; *Com. Nicæ. ephe.1 Calcedo.*; *Idacus Clarus.*; *Athan. disp. cõt. Ar.*; *Eugen. Carth.*

dum quam filius Dei ex B. Virgine, uere Deipara, natus est, & homines quotidie nascuntur. Metaphorica est triplex: prima est ea, qua Deus generat sibi filios per gratiam, quæ uocatur generatio iusta, nouus populus, populus Dei, hæreditas Dei, gens sancta, populus acquisitionis. Secunda est, qua Dæmon per peccatum suos filios procreat, quatenus se ducem, & præceptorem ad peccandum præbet, & peccatorum causas suggerit: quo fit, ut in scriptura interdum uocetur pater. Hæc generatio, dicitur peruersa, praua, & adultera. Huc facit locus apud Ezechielem capite decimo sexto, ubi Dæmon uocatur Amorrhæus, & pater Ierusalem: hoc est, Pater amarus, rebellis, & loquax, animæ peccatricis. Tertia generatio, potest appellari humana, qua homo, hominem, quantum ad mores, & doctrinam, gignit: quæ si bona est, posset uocari diuina; si mala, diabolica. Rursus, diuina generatio duplex est; una quasi passiua, cum quis filius Dei, sine cooperatione suæ uoluntatis nascitur, ut accidit in regeneratione paruulorum, in qua Deus uirtute sua, per sacerdotes, & aquam, absque motu mentis eius, qui generatur (quidquid stulte dicat Lutherus) sibi filios procreat: altera, quasi actiua, ad quam humana uoluntas diuino auxilio excitata, & mota, ut patet in iustificatione adultorum, concurrit. Neque enim sola diuina uirtus, sine hominis conatu, nec solus hominis conatus, sine gratia Dei; sed utrunque simul, magis tamen ad hanc generationem (ut nos sancti patres, & sacra Concilia docent) diuina uirtus confert. Et licet quandam spiritualem renascentiam reperiri exploratum omnino sit: tamen, ueritatem hanc ex uno tantum scripturæ loco demonstrare placet. De hac igitur generatione diuus Ioannes capite primo loquens, sic scribit: Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate

Cereal. episcopus Agnellus episcopus. Ioan. Maxen. Rust. Diaco.

1. Pet. 2. 1. Ioan. 4 Orig. ho. 8 in gen. Math. 12 16. 17. Mar. 8. Ezec. 16. Locus expos. Hier. 61. De cons. d. 4. si qs.

Celest. 1. ad epist. Galliæ. Mileu. Arausi. conc. Ioan. 1.

Ioan.3. carnis,sed ex Deo nati sunt.Et capite tertio,Oportet nos nasci denuo.Hoc generationis genus, cum Nicodemus ignoraret,quo modo iterum homo nasci posset,nõ intelligebat.Immo, si quis acutius inspiceret, generationem quandam spiritualem reperiri,etiam sensibus ipsis percipiet. Videret enim interdum hominem improbum, flagitiosum,omni peccatorum genere infectum,quem potius belluam,quàm hominem appellaret, cum nihil sapiat, nihil dicat, nihil agat, quo se hominem esse demonstret; hunc eundem, ubi per hanc generationem renatus est, uidebit prudentem,iustum,religiosum, quem magis angelum quendam,quam hominem esse censeret,cum diuina percipiat,de diuinis loquatur,& diuinas operationes exerceat.Quæ hoc loco dicimus, eleganter *lib. 4.ca. 16.& li. 6.c.5.* Lactantius Firmianus, locis in margine citatis exponit.Quã hæc generatio necessaria sit,intelligebat ille,qui conuersus ad Deum aiebat. Cor mũdum crea *Psal. 50.* in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus *Locus ex pos.* meis.Etenim,per peccatum se mortuum esse cognoscebat,& ideo per nouam cordis creationem, & recti spiritus innouationẽ, renasci per iustificationem *Rom.3.* cupiebat.Vocatur iustificatio,creatio: tum quia, ex nullis præcedentibus meritis fit; tum etiam, quod, qui iustificatur, transit a peccato, quod est nihil,ad statum gratiæ,qui est maximus. Et Saluator noster: *Ioan.2.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Quare,cum omnes homines per Adam mortui sint, (excipio tñ semper Beatissimam, & semper immaculatam Virginem,quæ semper tota pulchra fuit; ut significari ui- *Cant.4.* detur,cũ de ea dicitur esse absq; eo,quod intrinsecus *Locus ex pos.* latet,id est absque originali culpa, quæ lege Dei or- *Galati.* dinaria humanæ naturæ intrinseca est)hominem de nouo generari, ac renasci per generationem spiritualem,necesse est.Sed cum generatio ab aliquo generante,& genitrice facultate, aliisq; causis fieri debeat,

beat, de interni hominis parentibus, deque semine, quo generatur, agere aggrediamur.

Demonstratur, qua ratione Deus sit interni hominis pater. Cap. 10.

NOui hominis primus, ac supremus pater, est ille a quo in cœlis & in terra omnis paternitas nominatur; Deus uidelicet, semper benedictus; ea in primis ratione, quia uirtute & efficacitate sua ad dispositiones generationis huius concurrit. Nisi enim priuato Dei auxilio mens præpararetur humana, nunquam ueteris hominis forma, hoc est peccatum, auferri, ac noua forma, quæ est gratia, posset introduci. Præparatur, aiebat Cœlestinus primus, uoluntas à Domino; & ut boni aliquid agāt, paternis inspirationibus, suorum ipse tangit corda fidelium. Item Pontifex alius. Bonorum operum, & spiritualium studiorum Deum esse auctorem nō dubium est, qui eorum inuitat mentes, & adiuuat actiones. Et qua magis nefaria & impia oratione, homines uti erga Deum possent, quam si dicerēt: Tu nos creasti homines, iustos autem ipsi nos fecimus? Cum itaque is soleat dici alicuius pater, qui efficaciter disponendo ad generationem eius concurrit, merito Deus, sine quo homo ad renascentiam spiritualem peruenire nequit, hominis spiritualis appellabitur pater. Est deinde Deus uere pater spiritualis hominis, quia formam, qua hæc diuina creatura informatur, gratiam nimirum ipsam, creat. Gratiam siquidem, & gloriam dabit Dominus. Sicut enim animam rationalem, quam in hominem in ipsius productione infundit, procreat; pari ratione gratiam, & caritatem in humana mente producit. Propterea, inquit apostolus, caritatem diffusam esse in cordibus nostris per Spiritum sanctum. Ex quibus plane constat, Deum esse uere patrem interni hominis; cum non modo

1. Pet. 1. Ephes. 3. Celest. 2. episto. ad episc. Galliæ c. 8. Isa. 65. Felix. epist. 2. Anicetus episto. ad Episc. Galliæ. Episto. 5. episco ad Innoc. 2. Cor. 3. Psal. 83. Rom. 7. Concil. Arau. c. 6. Cyr. lib. 4 de trinit. Rom. 5. Tit. 3.

modo ad formam suscipiendam mentem disponat, sed etiam ipsam formam procreet. Hac gratia, ut clarius postea dicetur, ab humana mente suscepta, dici
Ioan. 1. potest; Homo nouus, uel interior, factus est: qui non
Locus ex pos. ex sanguinibus, neque ex uolūtate carnis, neq; ex uoluntate uiri; hoc est, non ex iniquis, & impuris hominis operibus, neque ex uoluntatis, aut rationis facultate tantum, sed ex Deo, id est ex priuato Dei auxilio, & ex gratia a Deo infusa, factus est. Sunt etiam ra
Deut. 32 tiones aliæ, propter quas Deus, pater huius hominis appellatur; ut, ratio creationis, gubernationis, redēptionis, resurrectionis, & prædestinationis; sed has explicare non pertinet ad institutum nostrum, cum hæ sint bonis & malis communes; de quibus in ex-
Lege Paulum ad Heb. 12. planatione dominicę orationis, quam fauente Deo, foras dabimus, fuse scripsimus. Cognoscat igitur internus homo dignitatem, nobilitatem, celsitatemq; suam, cum sit tanti parentis filius, cum ex Deo ori-
Trismeg. in Pimandro. ginem ducat suam: admiretur tanti parentis munificentiam, laudet benignitatem, commendet, & animaduertat caritatem; quam, ille sane animaduertebat, qui quasi stupore quodam defixus, dicebat: Vide
1. Io. 3. te qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur, & simus: Carissimi, nunc filij Dei sumus. Quis hic lætitia non exiliat, cum ad tantum dignitatis apicem intelligat hominem fuisse euectum, ut filius Dei nominetur, & sit? Quis non summo perfundatur gaudio, cum hominem, Deum, patrem appellare posse cognoscat? Hoc cum sentiret apostolus, suauitudine quadam affectus, immemor eius idiomatis, quo tunc utebatur, græci nimirum, in maternam
Rom. 8. Gala. 4. lapsus linguam, dixit: In quo, clamamus, Abba, id est pater. Et mater ecclesia a Spiritu sancto edocta, non ausa est dicere: Pater noster, nisi præceptis salutaribus monita, & diuina institutione informata. Quis ergo, hac voce, Pater, audita, omni seruili timore deposito, talem ac tantum parentem immortaliter non amet?

amet? Quis tam stultus erit filius, qui ad tanti genitoris non festinet complexus? Quis tam magnificum titulum, a tanto parente degenerando, amittere non uereatur? Quis tantæ celsitudinis memor, honesta quadam nō se efferat superbia, ut nolit amplius peccando, uilioribus creaturis sese subijcere, sed potius perpetuo in cœlis cum patre suo uersari uelit? Placet hoc loco ethnici cuiusdam sententiam quandam, quæ quod docemus ualde illustrabit, adscribere. *Epict. apud Arrianum.* Si quis, inquit ipse, huic opinioni exanimo, atque ita ut ipsius præstantia postulat, assentiretur, nimirum nos procreatos a Deo quodam insigni naturæ principatu, ac propterea Deum patrē esse Deorum, & hominum, haud dubie nihil humile, aut abiectum de seipso cogitaturus esse. Quod si Cæsar te adoptaret, supercilium tuum nemo sane ferret: ἂν δὲ γνῷς ὅτι τοῦ Διὸς υἱὸς εἶ, οὐκ ἐπαρθήσῃ; hoc est: si ergo Dei te filiū agnoscis, non te efferes? Ecquid dixisset si hāc supremam generationem cognouisset? Ista tamen elatio, sit sancta, & summa cum summissione coniuncta; ut dum nouus homo de se summisse sentit, in paternam magis sese insinuet gratiam, (semper enim huic Patri humilitatem efferre, mirum in modū placuit) *Francisc. Petrar.* & amplioribus donis, ab eo, qui humilia respicit in cęlo & in terra, donetur. *Psal. 11.* Quamobrem, cum tanti parētis erga se bonitatem, & amorem, curamq́; nouus homo considerauerit, memor sit muneris boni prudentisq́; filij, & ideo patrem hunc suum honoret, ferat, lætitia afficiat, defendat, laudet, ac amet; atque demum diligenter caueat nè perdite uiuendo, *Eccl. 22.* tanquam indisciplinatus filius patri suo confusionem afferat, & de eo iure hunc in modum pater conqueri possit: Filium enutriui, & exaltaui, ipse autem *Isa. 1.* spreuit me: sed potius in id totos ipsos dies enixe *Plotin.* incumbat, ut se patris similem, quantum fieri potest, *Epict.* reddat: in quo Philosophi non ignobiles positam *Porph. li.* esse huius uitæ felicitatem asseuerarunt: quo fiet, *de sacrifi.*

vt ab eo, magis, ac magis ametur, & ut in eum is pater perpetuo oculos defixos habeat: cum parentes eos filios magis amare, magisq; curare, ac fouere soleant, quos paternam similitudinem magis referre cognoscunt.

Quo modo Christus, sit interni hominis pater. *Cap.* II.

Brach. NON modo Deus opti.max. ut ante diximus, sed etiam Christus Dominus, ut homo, ut Bracharius epistola ad Ianuarium scriptum reliquit, est huius hominis pater. Qua autem id ratione intelligendum sit, paucis explanare conabor. Cum diuinum auxilium, sit ueluti semen quoddam, ac quædam formatrix uis, qua ut postea dicetur, hic homo generatur; & gratia, quam ui efficacitateque diuina accipit, sit ueluti forma; cumque hæc omnia a Christi merito & uirtute interno homini tribuantur (meruit enim Christus, & nemo alius nobis dispositiones omnes, & omnem gratiam) iure optimo patrem ipsius, vt ex iis quæ superiore capite scripta sunt constat, appellare debemus. Siquidem is pater dicitur, qui ad generationem proxime disponit, & formam, remque ipsam producit. Etenim ex plenitudine gratiæ ipsius accepimus omnes: ex plenitudine uidelicet illius, qui unctus est præ participibus, uel consortibus, id est magis quam alij, qui ab ipso accceperūt, gratia ornatus est: & gratiam pro gratia, id est iuxta Hebræorū phrasim, omnem gratiam. Et apostolus gratiam, secundum donationem Christi, nobis datam esse asseuerauit; quem etiam institiam & iustificationem nostram, nō quia ipse iustus est, sed quia nos iustos facit, appellat. Deinde, is dicitur pater alicuius rei, cuius res illa imaginem, & similitudinem in eadem natura gerit, & in se habet expressam; vt ex ijs quæ philosophi docent apertum, exploratumq; est. Atqui nouus & interior homo

Rom. 7. *Cõc. Tri.* *Gaius epist. 1.* *De consf. d. 4. baptismus.* *Ioan. 1.* *Hebr. 3.* *Psal. 44.* *Loc. exp.* *Ioan. 1.* *Ephes. 4.* *2. Tim. 2.* *Polycar. episto. ad Philip.*

homo imaginem similitudinemq; noui Adæ, id est Christi, sicuti uetus imaginem ueteris Adæ gerit, atque ad eius similitudinem formatus est: erit igitur Christus huius hominis pater. Nanq; eos iustificauit Deus, quos conformes fieri imaginis filii sui præuidit. Præterea, is pater alicuius dicitur, qui in eo est, & uiuit: est enim filius aliquid patris, & pater in filio uiuit. At Christus, auctore Paulo, in homine spirituali est, & uiuit. Viuo autem ego, iam nō ego; uiuit uero in me Christus: Erit igitur Christus, hominis spiritualis pater. Huc facit illud: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Postea, si cum quibusdā patribus dicamus, Christi carnem concurrere ad hanc generationem, tanquam uiuum & diuinitati coniunctum instrumentum, aliam habēbimus rationem, ob quam Christum, patrem appellemus. Etenim, hic est qui baptizat; & cum hic homo per baptismum generetur, a Christo tanquam a quodam parente generabitur. Ad hæc, uti mors Christi est causa mortis spiritualis, qua morimur peccato, ita eius resurrectio erit causa spiritualis resurrectionis & vitæ. Sequitur enim optime ex diui Pauli doctrina; si Christus resurrexit, etiā nos resurgemus; cum ipse resurrexerit ob iustificationē nostram. Ideo quidam, de hac generatione loquens, recte aiebat; Pater est Christus, uirtus generans est aqua; mater est Ecclesia, quam formauit ex latere suo, ex intimo uidelicet cordis amore; quæ postea facta est vxor, & multos ei peperit filios. Quare, merito uitam se appellabat, cum omnibus uitam tribuat. Insuper, si mors ueteris Adæ in omnes promanauit, cur uita per nouum Adam non promanabit ad omnes? Et si per illum nascimur filij iræ, cur per hunc non nascemur filij gratiæ? Si ergo uita, & gratia per Christum habentur, iure optimo Christus pater hominis spiritualis appellabitur. Verum, quæ hoc loco paucis complexi sumus ex his,

Rom. 8. *Hebr. 3.* *Rom. 8.* *Galat. 2.* *Gal. 4.* *Damasc. Syn. 6. act. 8. ex Gre. Nyss.* *Joan. 1.* *Rom. 6.* *1. Cor. 15* *Rom. 4.* *Francisc. Georg. M. Vigerius lib. 2 decacor. c. 26.* *Ioan. 14.* *Epist. 2. Rom. 7.*

quæ postea dicentur, multo clariora fient. Animaduerte hoc loco, o interne homo, quanto cum labore ab hoc patre genitus fueris. Ille enim qui te solo uerbo creauit, non solo uerbo regenerauit; sed multa ut te regeneraret perpessus est; dura & indigna tulit: dura inquam uerba, duriora uerbera, durissima, & indignissima supplicia: mortem denique obiuit atrocem, ut tuam moriendo uitam, repararet. Agnosce igitur tam amabilem parentem; esto subditus illi, qui ut te regeneraret, licet esset Rex gloriæ, parentibus subiectus esse uoluit: eius formam, & similitudinem in te conserua, sine qua nunquam saluus fies. Vide quæso quantum debeas Verbo æterno, quod te fecit, eidemq; pro te homine facto, quod sic refecit; ut cum senseris te totum ei debere, quia te fecit, cognoscas te nihil habere, quod ei reddas, quia te refecit; & ne omnino ingratus esse uideare, cum propheta dicito. Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo; calicem nimirum calamitatum, & miseriarum, quæ salutem continent, ac laudis sacrificium; quibus rebus nihil gratius cariusque ei retribuere poteris. Perge igitur interne homo post hunc tuum tam amabilem carumq; parẽtem; uocem eius exaudi, abnega te ipsum, tolle crucem tuam, & sequere eum. Inserui fideliter huic parenti tuo, qui ut te generaret, cum in forma Dei esset, formam serui accepit; cuius seruum fieri, ut quidam religiose scripsit, summi decoris est, & quasi quædam superueniens mundo nobilitas. Caue diligenter, ne unquam tanti parentis te pudeat; semper, & ubiq;, audacter hunc patrem confitere; atque te Christianum esse fatere. Ego, aiebat Theophilus lib. 1. contra Autolicum, libere quidem confiteor me esse Christianum, gaudeoq; istoc nomine, quđ gratũ, & acceptũ est Deo appellari, & nihil æque in uotis habeo, quã ut sim εὔχρηστος. i. bonus erga Deum, siue, ut me bonũ Deo exhibeam.

Bernar. | Luc. 2. | Rom. 8. | Psal. 115. | Locus explic. | Mat. 8. | Phil. 2. | Faustinus episcopus li. de fide. | In Centur. c. 79. | 1. Pet. 4. | Theophilus.

De cæteris parentibus spiritualis hominis.
Cap. 12.

HAbet etiam alios, quos hæc noua creatura parentes uocare potest, eos nempe omnes, a quibus sacri baptismi aqua, quasi quodam semine, generatur. Nam, cum hi ministri, uere baptizare, ut sacra definiuere concilia, ac proinde uere generare dicantur, genitores quoq; uere nominabuntur. Hoc, cum Ecclesia diuino spiritu acta animaduerterit, sanciuit, ne spirituales parentes, eos, easve, quos, quasve genuissent, cognoscerent: sicuti naturalibus parentibus, quos, quasve genuerunt cognoscere, nefas esse natura docet. Sicut igitur, ita ipsa natura docente (quamuis contra naturę legem apud nationes quasdam, secus factum fuisse legamus,) eis, qui strictiore carnis uinculo uinciuntur, matrimonium inter se contrahere non licet; ita, neque iis qui spirituali cognatione strictius se attingũt, nuptias inter se conciliare fas est, ut inter parentes & filios spirituales debita seruetur reuerentiæ ratio. Et cum nemo se ipsum generet, sed ab alio generetur (neq; enim, quod generat, & quod generatur idẽ esse possunt) eadem ecclesia, vt hanc esse ueram generationem ostenderet, neminem seipsum baptizare posse, declarauit. Sunt igitur qui sacro fonte lauant, spirituales spiritualis hominis parentes: tum quia catechizando, hominum mentes ad hanc generationem disponunt, donec formetur Christus in eis; tum quia baptizando diuinam illam formam, nimirum gratiam una cum Deo & Christo, producunt. Vt sicuti in philosophia uere dicitur, sol & homo generant hominem; ita in Christi schola, uere pronuntiatur, Deus & baptista spiritualem hominem generant. Doctores quoque, qui uerbo uitæ, tanquam quodam uiuifico semine Spiritus sancti calore foto, ad hanc generationem coeunt, patres nuncupares, ut passim pij scriptores

Conc. Araus. Mileuit. *Orig. homi. 16. in epi. ad Roma.* *Conc. Vormac. 30. q. 1.* *De consang. spir. Concil. Trid.* *De baptis. et eius effe. Debitum.* *Gal. 4.* *2. Phys.* *Cyrillus lib. 1. in Leuit.* *1. Thess. 2.*

nuncupare ſolent. Propterea diuus Ioannes, quos uitali uerbo genuerat, filios uocitabat. Filioli mei, hæc ſcribo uobis, ut non peccetis; & Paulus. Vt filios meos cariſſimos moneo. Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Habeat ergo internus homo pro parentibus ſacros doctores, & præſertim antiquiores, quos, qui non habent, ἀπάτορες, id eſt carentes patribus uocares; qua appellatione, per contemptum, olim fideles Arrianos nominabant. Hos igitur omnes internus homo tanquam patres agnoſcat, obſeruet, & colat; quandoquidem ipſemet Deus præclariſſimis titulis eos afficit, cum nunc ſuorum oculorum pupillas, nunc Angelos, nunc Chriſtos, nunc Deos appellet. Imitetur illuſtre exemplum pietatis magni Conſtantini, qui licet Imperatoria maieſtate fulgeret: tamen ſacerdotes, & Eccleſiæ Dei doctores, ut Eccleſiaſticæ docent hiſtoriæ, maximi ſemper fecit; ita ut eos, a ſacris literis edoctus, Deos, ſe uero hominem uocaret. Ad hanc obſeruantiam erga hos patres exhibendam facile excitabitur, ſi tantorum patrum præſtantiam & dignitatem, de qua non defuerunt, qui multa literis commendarunt, animaduertet. Hoc monuerim, quod non ignorem, quam ſoleant, hi parentes a ſuis filiis parui fieri, quos tamen, ut ſcripſimus, maximi Deus facit: ut merito paſſim, præſertim antiquiores ſcriptores, Chriſtianos ad obſeruandos ſacerdotes hortati fuerint. Caueat igitur ſpiritualis homo, ne unquam ſpiritualis ipſius pater ſibi uertatur in canticum; uel fiat in prouerbium; aut in faciem eius conſpuat; aut ſagittas iaciat. Demum, ne per ſingula percurramus horum filiorum officia, ita ſe erga ſpirituales patres gerat, ac erga naturales parentes gereret; & eo melius, quo hi digniores & excellentiores ſunt, & quo plura, ac ampliora bona, animi uidelicet, ab iſtis accepit. Seruet deinde, ut ſacra monent oracula, diligenter

horum

Clemen. Alex. lib. 1. ſtro. legendus.
1. Io. 1.
1. Cor. 4.
epiſt. ad Philem.
Niceph. lib. 11. c. 28.
Exo. 22.
Mala. 2.
Nicol. 1. ep. ad Micha. Imp.
Theodor. c. 10.
Ruf. lib. 10. c. 2.
Ignat. ep. 3.
S. Antiochi. hom. 124.
Raban. de gen. li. 1. ca. 10. in eccleſ.
Iob. 36.
Pet. Cri. lib. 4. c. 4.

horum parentum præcepta: liget ea cordi, circundet guttùri, cum eis loquatur, cum eis dormiat, cum eis ambulet: sunt enim lex, & uia uitæ, & a muliere mala, & blandiloqua hoc est a concupiscentia, & carne custodiunt. *Pro.6.*

Quam præclarum, quamque iucundum sit spirituali generationi operam dare. Cap. 15.

AB hoc argumento, quod tractandum hoc loco suscepi, abstinere equidem potuissem: uerum, cum uideam multos, & præsertim eos, ad quos hoc munus præstare pertinet, in re, quæ in Ecclesia Dei est præstantissima, & maxime necessaria negligentes, id leuiter attingere uolo; ut alijs ad hoc argumentum latius tractandum occasionem præbeam. Pulcherrimum igitur, ac iucundissimum esse huic generationi operam dare primum Clementis Alexandrini lib. primo stromatum docet auctoritas; quo etiam loco, quam id sit necessarium, ad quem locum reijcio lectorem, pluribus demonstrat. Et sane, quid magnificētius, & diuinius cogitari potest, quam cū Deo, Christo, & Angelis ad salutem aīarum, & spiritualium hominum procreationem cooperari? De hoc munere Christus dominus psal. 2. gloriabatur, cū dicebat. Ego aūt cōstitutus sum Rex ab eo. i. a Deo patre, prędicās præceptum eius. Idē sibi laudi doctor ille gentiū, cum non uno in loco ad hoc officiū se nominatim fuisse electum testatum reliquerit, adscribebat. Demū, ad hoc munus obeundū cęlestes illi spiritus, qui in cęlis maiestati adstant diuinæ a Deo opt: max. fuere destinati. Nonne oēs ait Paulus, sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hęreditatē capiunt salutis? Quis ergo tā præclarā functionem, una cum Angelis, cū Christo, & cum Deo obire nolit? Quis nō pręstantissimū esse dicat, quod Angeli, quod Christus, quod Deus ipse perpetuo efficiūt? Quantū uero hęc diuina functio secum

Anterus epist. decret.
Clemen. Alex.
Conc. Tolet. 8.
Simon. de Cass. lib. 9. ser. 44.
Psal. 2.
Heb. 1.
Ps. 103.

delectationis afferat, nemo est, qui uel semel huic procreationi congruenter operam dederit, non cognoscat. Nam, si natura ad animalium species conseruandas, tantum carnali procreationi uoluptatis applicuit; quantum huic spirituali generationi, ad homines spirituales procreandos, Deum applicuisse credemus? Quod si a multis non sentitur, id est causæ, quia, dum id agunt, quid agant non considerant, quid efficiant, non sentiunt, & dum non sentiunt, delectationem non percipiunt. Ecquid quæso, potest esse iucundius, quam filios doctrina, & spiritu genitos habere multos? in quibus, ueluti in quadam progenie spirituales patres sese conseruant, & uiuunt?

1.Thes.2 Quanta uoluptate in cęlo eos affici putamus, qui norunt se multos filios, doctrina, & moribus genuisse,

Phil.4. suumq; adhuc in eis spiritum uigere, sentiunt? nimirum Hieronymi, Augustini, Benedicti, Francisci, Dominici; de quo hominum genere scriptum est: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi fulgor fir-

Dan.12. mamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Vehementer igitur uituperandi, ac repræhendendi sunt, qui cum, & fœcunditate doctrinæ & spiritus multos, non sine sum-

Deut.23. ma sua uoluptate, & Dei gloria, ac proximorum uti-

Deut.25. litate steriles filios parere possent, esse uolunt. Cur

Locus explic. non timent legem illam, quæ contra nolentes semen de mortui fratris suscitare lata fuit? hoc est aduersus

Aug. lib. eos, qui Christi fratris iam pro nobis mortui, filios

4.ca.13. spirituales generare negligunt: cuius uxor, Ecclesia

contra uidelicet, eorum calceamenta tollet, & ne in nume-

Faust.& ro sint doctorum efficiet, inq; eorum faciem oppro-

lib.32.c. bri causa expuet; atque eorum domus, quod fratris

10. domum ædificare, hoc est prolẽ gignere noluerint,

Orig. ho- domus discalceatorum appellabitur. Et cum natura

mi.22, in nihil magis abhorreat, refugiatq; quam sterilitatẽ,

Mat. quantum eandem in re spirituali naturæ auctorem

Paulus. abhorrere, ac detestari putabimus? Hanc refugiebat

ille

ille gentium doctor & pater, qui dies noctesque hoc unum studebat, ut spirituales filios generaret, ad idemq; faciendum, filium quendam suum his uerbis excitabat: Prædica uerbum: insta opportune, importune argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Tanto itaque ardore gignendi filios spirituales hic bonus ardebat pater, ut etiã in carcere, & uinculis detētus huic generationi operã daret. Ideo aliquando scripsit. Obsecro te pro meo filio, quem genui in uinculis. Verum quid de ijs dicemus, qui nominari, & fieri patres uolunt; sed tamen nec filios generant, nec de generando cogitant? immo, etiam si cogitarent, cum procreatrice uirtute careant, generare nequirent? de ijs inquam, qui accipiunt curas, ut uiuant sine curis; qui uno die sapientes euadunt, & Theologi electione creantur; quibus solum velle sufficit, ut docti existant. Audiant, qui hanc filiorum spiritualium generationem negligunt, terribilem diui Gregorij super hac re sentētiam. Sunt nonnulli, qui magnis muneribus ditati, dum solius contemplationis studijs inardescunt, parere utilitati proximorum in prædicatione refugiunt: secretum quietis diligunt, secessum speculationis appetunt; de quo si districte iudicentur, ex tantis proculdubio rei sunt, quantis uenientes ad publicum prodesse potuerunt. Et Isidorus: Multis intercipit fraudibus Satanas eos, qui sensus, & uitæ utilitate præstantes, præesse & prodesse aliis nolũt. Huc pertinet id, quod duo uiri sapientissimi aliquando dixerunt; sine prole posse saluari neminem; sine prole uidelicet spirituali. Quibus uerbis eleganter quod hoc loco docemus demonstrasse uidentur. Et ne multa huc congeram, lectorem ad ea, quæ concilium Aquisgranense, ex diuersis patribus collegit, quæ in hunc locum cadunt, reijcio. Itaq; spirituales patres obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando, quibus possunt, prodesse festinent. Eorum lingua bonis fomentum

2.Tim.4. *Ad Philem. 10.* *Ber.* *Conc. Aquisg. c. 17* *Isidor.* *Mercur. ad Tatiã Zoar.* *Aquisgr. con.*

mentum sit, prauis aculeus: timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut quia doctores dicuntur, uiam gradientibus ostendant. Ex quibus uerbis a quodã summo patre scriptis, non modo doctores, & sacerdotes ad id, quod uolumus excitantur; sed etiam modum, quem docendo seruare debẽt, de quo, ne nimius sim, nihil dicam, eleganter docentur. Placet tamen, ad excitandum nostrorum negligentiam ethnicorum quorundam uerba quædam huc pertinentia adscribere.

Symacus in synodo Romana

Epist. 6. ad Luc. Cupio, inquit Seneca, omnia quæ scio in alium trãsfundere, & in hoc gaudeo aliquid discere, ut doceam; nec ulla res me delectabit, licet eximia, & salutaris, quam mihi uni sciturus sum. Si cum exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, non est tanti, ut sudem, & æstuem. Et alius: Quid ad te pertinet, nisi ut cuncta amplexus, dux fore uelis eorum, qui cura sint tua digni, ut humanum genus tuo munere diuinam salutem consequatur. Item alius. Non est diuinius aliquid, quo de quis consulere queat, quam de institutione sui, atque suorum: & non uideo ubi maiore diligentia opus sit, si quis modo mentem habet, quam ut filium optimum reddat.

Trismeg. in Pima.

Plato in Theage.

De semine quo nouus homo generatur. Cap. 14.

QVemadmodum ad animalium procreationem aliquo fecundo semine opus esse constat, ita, ad spirituales homines generandos aliquod diuinum & spirituale semen requiratur oportet. Et quamuis ex his, quæ dicta sunt, quodnam hoc semen sit, aliquo modo notum sit; tamen eadem de re, ut qua ratione internus homo procreetur intelligatur, quod multũ ad seipsum cognoscendum facit, fusius scribemus. Semen, uniuerse loquendo,

Clemen. Alex. lib. 1. Stro.

do, est generationis uiuentium principium, in quo uis, & fœcunditas quædam a generante promanans, qua animal paulatim formatur, residet. In sacris literis, hæc uox, semen, pro filijs & heredibus sumitur, & seminare, interdũ, est generare. Allegorice uero, aptitudinem ad bene agendum, & ipsa bona opera, & doctrinam, & in malam partem Dæmonis suggestionem, significat. Semen, cuius ui, & fœcunditate hæc spiritualis fit generatio, est diuinum auxilium: uiuifica uidelicet motio, & afflatus præparatioque diuina, cuius efficacitate ueteris hominis affectiones franguntur, ac noui hominis qualitates paulatim introducuntur; ut tandem ueteris hominis forma, hoc est peccatum, corrupta; gratia, noui hominis forma, introducatur; quo fit, ut spiritualis homo, non ex sanguinibus, sed ex spiritu natus dicatur. Etenim, ex intimis uisceribus misericordiæ diuinæ hoc diuinum semen promitur, & humanæ menti, dum super ea uirtute sua Spiritus sanctus cubat, infunditur; quod cognitione excipitur, & consensu retinetur; quo mens fœcundata, & disposita, concursum conatumque adhibet suum; atque ita paulatim, ut alibi apertius dicemus, internus homo formatur. Quare, sicuti ex malo semine, id est ex suggestione a Dæmone manante ij nascuntur, qui ex patre Diabolo esse dicuntur: ita ex semine, id est priuato auxilio a Deo fluente, ij generantur, qui filij Dei nuncupantur. Est etiam semen, quo fecundus homo procreatur, Dei uerbum, siue euangelium, & sancta prædicatio. Hoc enim semen ab anima susceptum, ac amoris diuini calore fotum, uim habet ad eam disponendum; ut tandem nouus inde homo emergat. Propterea, uerbo ueritatis, id est uera prædicatione uerbi Dei, genitus esse dicitur. Renati ait Petrus, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbum Dei uiui, & permanentis in æternum.

Gen. 3. *Leui. 18.* *Ioan. 1.* *Mercur. in Asclep.* *1. Ioan. 2* *Clemen. Alex.* *1. Cor. 4.* *Iacob. 1.* *Locus ex pos.* *1. Pet. 1.*

Aquam

Aquam præterea sacri baptismi, huius generationis quasi semen quoddam, nonnulli esse affirmarunt. Nam, sicuti in mundi fabricatione, ex aquis diuino spiritu fotis uolatilia omnia procreata sunt: ita in mundi innouatione, ex aqua baptismi, & Spiritus sancti uirtute, homines spirituales, qui meditationis, & contẽplationis alis terrenis rebus ad cœlestium considerationem quasi aues quædam se se tollunt, renascuntur. Est enim, ut Clemens Romanus scriptum reliquit, in aquis istis misericordia quædam, quæ ab initio ferebatur, aut cubabat, super aquas, ex quibus omnia gignuntur. Et Tertulianus; sanctum utique ferebatur super sanctum; ut ab eo, quod ferebatur, id quod ferebat sanctitatem mutuaretur. Itaque de sancto sanctificata natura aquarum, & ipsa sanctificare, id est sanctos efficere cępit. Et huius seminis uirtutem adhuc apertius exponens, sic scripsit. Sed nos pisciculi secundam ἰχθὺν, id est piscem nostrum, in aqua nascimur: nec aliter quàm in aqua permanendo salui erimus. Item Chrysostomus. Ex quo autem Iordanis alueum ingressus est Christus, non amplius reptilia animarum uiuentium, sed animas rationales & spirituales aqua producit. De eadẽ re sermone 4. de natiuitate hæc diuus Leo elegantissime scripsit. Omni homini renascenti aqua baptismalis instar est uteri uirginalis, eodem Spiritu Sãcto replente fontem, qui repleuit & Virginem. Et sermone quinto. Originem, quam sumpsit in utero matris uirginis posuit in fonte baptismatis; dedit aquæ, quod dedit matri. Virtus enim altissimi, & obũbratio Spiritus Sancti, quæ fecit, ut Maria pareret, fecit eadem, ut regeneraret unda credentem. En, ut sanctus pater, quæ hoc loco scripsimus, nobis luculenter exponit? Aqua igitur erit semen, cuius vis formatrix erit Spiritus Sancti efficientia. Magis sancti baptismatis aqua seminis nomen merebitur, si eam cum meliore scribentium sententia, in hac generatione, efficien-

Gen. 1. *Locus explic.* *Ad Iaco. fratrem.* *Tertul. lib. de baptis.* *Chrysost. homi. 25. in Ioan.* *D. Leo.* *D. Thom. 3. p.*

efficienter agere dixerimus; quam ueritatem illustris Cyrilli locus, ut cæteros nunc mittamus patres, illustrat. Quemadmodum, ait Cyrillus, uiribus ignis aqua intenfius calefacta, non aliter quàm ignis urit; sic Spiritus Sancti operatione, ad diuinam aquæ reformantur uirtutem, qua baptizati corpus abstergunt. Discitur demum ex ipsa scriptura, quod hoc loco docemus, cum ex aqua, & Spiritu Sancto renasci oportere, ait. Quare, merito, a sanctis patribus baptismus, regenerationis sacramentū est appellatum. Ex quibus inferre licet, cur Deus post primi parentis peccatum non maledixit aquæ, sicuti maledixit terræ; ea uidelicet de causa, ut prudenter quidam scriptum reliquit, quod aliquando aquarum ui, illud peccatum propter quod terræ maledicebatur, auferri deberet. Agnosce modo ò interne homo tuæ generationis præstantiam; quæ non est ex impuris sanguinibus, non ex fętido semine, sed ex singulari Dei operatione, ex diuino uerbo, ex aqua Spiritus Sancti uirtute fęcundata, cuius tanta est uirtus, ut non modo corpus tangat, sed & cor abluat: nec spectes aquæ naturam, sed Spiritus sancti uirtutem; non elementum, quod tamen summis laudibus aliquando a patribus celebratum fuit, sed sacramentum. O igitur singularem generationem, quæ seminibus, tam puris, tam candidis, tam nitidis, tam fęcundis efficeris? Tu corporis sanguine non es infecta, carnis uoluntate non es maculata, uiri libidine non es uitiata, sed tota munda, tota candida, tota nitida existis.

Cyril. li. 2. in Io. c. 42. *Ioan. 3.* *Iusti. apo. 2.* *Cypr. ep. 1. li. 2.* *Dam. lib. 4. c. 26.* *Ioannes Beleth.* *1. q. 1. De trahe.* *Tertul.* *Ambros. in Cētur. cap. 6.*

De matre, & utero, unde nouus homo nascitur.
Cap. 15.

DIximus de patre, & semine interni hominis, quæ uisa sunt notatu digniora; quæ, & amplificare, & augere facile quisque poterit: nunc, ut de matre, & utero dicamus, institutus ordo poscere.

poscere uidetur. Vox mater, ut eius notiones breuiter attingam, uniuerse, pro populi congregatione, & speciatim, pro synagoga, pro Ecclesia fidelium militante, & triumphante, pro impiorum cetu, pro uerbi diuini doctore, ac demum pro matrice, siue utero, apud sacros sumitur scriptores. Prima, ac suprema huius hominis mater, est diuina misericordia, siue Deus benedictus; qui in uisceribus pietatis suæ, tanquam in vtero quodam, hunc filium ab æterno concepit, & suo tēpore uolūtarie generat. Vt quemadmodum ex utero, hoc est ex occulto substantiæ, & deitatis suæ, memoriaq; fęcunda naturalem filium ab æterno concipit, & generat: ita ex utero misericordiæ suæ, hæc mater filios per gratiam prædestinatione concipit, & postea iustificatione generat. Hæc est mater illa, quæ filiorum obliuisci nequit: hæc est mater illa, cuius lex nunquam est dimittenda: hęc est mater illa, quæ filios enutrit, & exaltat. Potest deinde Christus Dominus, per allegoriam, mater interni hominis appellari. Ipse enim in utero mentis suæ, eos qui ex ipso iterum nasci debebant, concepit, & dum in hac uita fuit, non sine summis laboribus gestauit; ac tandem, summis doloribus in lecto crucis peperit: ita ut, exclamauerit; Circundederunt me dolores mortis, dolores inferni, id est acerbissimi, circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Hæc mater lacte doctrinæ educauit, carne cibauit, sanguine potauit, & ueluti gallina congregauit, & fouit, congregat, ac fouet sub alas suas filios suos. Dices preterea, matrem interni hominis esse eius uoluntatem, quæ in cordis secreto, quasi in quodam occulto utero semen diuinum excipit, spiritumq; concipit, quem deinde parit; qua ratione, etiam concupiscentia, Dæmonis semine suscepto concipit, & ueterem hominem, hoc est, peccatum, enititur. Amplius, alia huius hominis mater est Ecclesia; cuius uterus, ut Brachario placet, est sacer baptismus, in quo uitalis

Greg. lib. 38. Rom. 9. Iac. 1. Epiphan. legē. her. 65. Psal. 109 Locus explic. Isa. 49. Pro. 1. Isa. 1. Cant. 8. Psal. 17. Matt. 23 Iac. 1. Brach. Leo. loco supracit.

lis Sancti Spiritus uirtus residet; per quam hæc mater concipit, gestat, & parit filios suos; quos postea, nutricibus, & alumnis, nutriendos & instituendos tradit. Quo enim spiritu, ait Leo, de intemeratæ matris uisceribus nascitur Christus, hoc de sanctæ Ecclesiæ utero renascitur christianus. *Ser.9.*

Læta nouos, geminis partus Ecclesia mater
Excipit, & finibus quos aqua protulerit. *Paulin. ep.12.*

Hæc est, inquit Origenes, mater nostra, quæ sursum est, quia carnalia & terrena non cogitat, sed quæ sursum sunt sapit: Hinc est, quod fideles a patribus edocti, communi usu, eam matrem appellant; cum ipsos generet, nutriat, instruat, & defendat. Suo etiã modo cęlestem ecclesiam, interni hominis matrem appellares. Ex quibus constat, cur ecclesia a quibusdam mater uiuentium, quæ fuit formata ex latere noui Adæ in cruce dormientis, uocetur: quia nemo nisi ex hac matre, extra quam non est salus, renasci potest. Hæc est illa mater, quæ filios non deserit; quæ in filiorum educatione, cum sit magistra ueritatis, non errat. Ad hanc matrem qui decipi nolunt, confugiunt; quam, qui consulunt non errant; qui negligunt labuntur. Hanc matrem qui non habet, non potest Deum habere patrem. Et ut eam internus homo facilius internoscere possit, paucis describere non erit inutile. In primis, hæc mater, quicquid Armeni, Græci, Rex Angliæ, & cæteri hæretici dicant, est una: Vna est columba mea, perfecta mea, ait sponsus. Deinde, hæc mater est catholica. i. uniuersalis, populorum, locorũ. temporũ, & dogmatũ ratione. Est pręterea sancta; quia sanctitatẽ profitetur; quia sanctitatem per sacramenta tribuit; quia sanctos cõplectitur: & demum, quia sanctitatẽ docet. Deinde, hęc mater est Apostolica, quoniã per aposto lorũ doctrinam, & traditionẽ legitimam, a Christo acceptam, non autem per nouam doctrinam a nouis hominibus inuentam facta & cõseruata est. Item,

Locus ex post. Gala.4. *Tertul. li. de anima* *Cypr.* *Martin. Papa.* *Iren. li. 3* *Rustic. Diacon.* *Turrecre summa de eccles.* *Alphon. a Guid.* *Carm.* *Cast.* *Cant.6.* *Ecbertus cõtra Cartha.105.* *Tert. de præscrip.*

non

non latet hæc mater, cum uideri possit, quidquid Vuiclefus, Ioannes Vsus, & alij stulte dicant: quia, non solum est ab intus ornata, sed assistit Regi inuestitu deaurato, circundata uarietate, in fimbriis aureis circumamicta uarietatibus. Et si filius huic matri, aliquid ex Christi patris sui mandato dicere uoluerit, quo modo dicet, si eam nusquam gentium uidere potest? Quare non erit, ut stulte, & inepte ait hæreticus, inuisibilis. Et filiæ Tyri, id est paganismus totus, & gentium ecclesia, vultum Reginę quo modo deprecabuntur? id est, qua ratione, ad eam accedere, & ei se se coniungere poterunt, si eius uultus conspici nequit? Nec ignorare internus homo debet, ubi hæc sua mater resideat: residet autem in Romana sede; cuius tantam esse potestatem credat, ut in his, quę ad uitam spiritualem pertinent, errare minime possit; cum sit columna, & firmamentum ueritatis, & nullam supra se auctoritatem maiorem habeat. Quod si, aliquod eius membrum cognoscere cupit, sat nobis in præsentiarum erit, si caput indicabimus, Romanum uidelicet, Pontificem, totius ecclesiæ uniuersalem pastorem. Et ne latius a nostro proposito in describenda hac matre, quam multi elegan ter depinxerunt, diuagemur; monemus tandem internum hominem, ut hanc matrem tanquam bonus filius honoret, eius præcepta seruet, & summis laudibus, quibus a sponso suo in canticis, & ab alijs bonis, & gratis filiis laudata fuit, laudet, & exornet. Sacerdotes deinde, & doctores, noui hominis matres appellare possumus: quod aperte indicauit mater illa, quæ his uerbis filios alloquebatur suos: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. & alibi. In Christo per euangelium uos genui. Hi nāque, uirtute spiritus a Deo, ad quem cū quempiam concipere uolunt, se se conuertunt, accepta, mente sua, quæ ad aliquem generandum sunt necessaria cogitant; & ita illum paulatim, dum id uehementer

Psal. 44. *Conc. Constā. Tho. Vuald. Math.* 18 *Locus ex pos. Marc. Papa. Iulius Pa. Isa.* 59. *Mat.* 18. *Luc.* 22. 1. *Tim.* 3: *Epiph. lib. de fide. Berengarius. Galat.* 4. 1. *Cor.* 4. *Francis. Georg. in prob.*

menter

menter desiderant, & appetunt, concipiunt; quem postea docendo,& instituendo pariunt. Denique eosdem, quos patres esse diximus, matres ob diuersas tamen rationes, dum matris munera obeunt, appellare licet. Matris uero munera sunt fere ista; concipere, sanguine prius in utero, postea uero lacte nutrire, portare, defendere, a sordibus mundare, exosculari, diligere, perpetuo in oculis ferre. Hæc eadem, & multo diligẽtius spiritualis mater erga spiritualem filium præstare debebit. Eius rei præcipue, matres spirituales monemus, melius materno, quam alieno lacte infantem puerum nutriri; & matrem ex eo dici, quod mammam tribuit. Verum, o rem deflẽdam, quot nunc reperies matres, aut potius semimatres, quæ filios suos lactare nolunt? sed alijs mercenarijs mulieribus nutriendos tradunt: uel, quia humiliora, infimos docere, sibi uituperio esse ducunt; uel quia, nescio quam pulchritudinem amittere dubitant: uel, ut libidini suæ melius satisfaciant: uel denique, ut ualetudini accuratius incumbant suæ. Placet hoc loco illustrẽ quandam Damasi Papæ sententiam adscribere, quæ eos, qui suos spirituales filios deserũt, & alijs nutriendos relinquunt, elegantissime redarguit: quæ sic habet. Illi nanque qui talia præsumunt, uidentur mihi esse meretricibus similes, quæ statim, ut pariũt infantes suos, aliis nutricibus tradunt educandos; ut suam citius libidinem explere ualeant. Sic & isti infantes suos, id est populos sibi commissos, aliis educandos tradunt, ut suas libidines expleant .i. ut pro suo libitu secularibus curis inhient, & quod unicuique uisum fuerit liberius agat. Pro talibus enim animę negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses, & schismata prodeunt, ecclesię destruuntur, sacerdotes uitiantur, & alia mala proueniunt. Antequam huic capiti finem impono, de alia matre, quæ omnino cognoscenda est, internum hominem admonere uolo. Est autem hæc mater, quæ

Isa. 26. *Francisc. Georg. sect. 3. prob.* *Rabanus legen. li. 7. c. 4. in eccles.* *Isidor.* *D. S. c. fi.* *Damas. episto. ad Chorepis.*

Gaudia matris habet, cum uirginitatis honore,

Luc. 1. Maria semper uirgo; quã si Christus pro matre habuit, quo modo internus homo, qui frater est Christi, pro matre non habebit? ut sicut uetus homo pro
Gen. 2. matre habet Euam, id est matrem uiuentium secundum carnem; ita nouus habere debet Mariam, matrem omnium uiuentium secundum spiritum. Hoc alia mater eum docet, dum canit; Vitam datam per Virginé, gentes redemptæ plaudite. Et quæ unquam pura creatura erga nos miseros mortales plura, & maiora munera materno affectu, & pietate maiore, adhibuit semper, ac adhibet, quam Maria? ut merito ab omnibus, omni loco, omni tempore, omni ratione, atque pietate colenda sit, & coli, & laudari etiam
Rabbi Samuel epi. ad Isaac c. 26. ab infidelibus soleat. Iure igitur ad eam non modo noui, uerum etiam ueteres homines confugiunt, ad eam clamant, ad eam gemunt, & suspirant, & ut renasci eius auxilio possint, ei dicunt. Monstra te esse matrem; matrem nimirum misericordiæ, matrem diuinæ gratiæ, matrem pulchræ dilectionis, matrem timoris, matrem agnitionis, matrem sanctæ spei.
Gen. 2. Hæc, est paradisus uoluptatis, lignum uitæ, domus sa-
Pro. 9. pientiæ, porta cæli, scala Iacob, speculum sine macu-
Gen. 28. la, lilium inter spinas, ciuitas refugij, consolatrix af-
27. flictorum. Hanc Dæmones tanquam aciem ordina-
Sap. 7. tam timent; homines tanquam dominam colunt;
Can. 2. Angeli tanquam reginam uenerantur, Christus tan
Nu. 35. quam matrem obseruat. Hæc est Patris filia: Filij ma
Cant. 6. ter, & Spiritus Sancti sponsa: propterea, Spiritui Sancto est cara, Filio grata, Patri iucunda: dum Pater in ea tanquam in filia delectatur: Filius in ea matris munera agnoscit: Spiritus Sanctus fidem, & sinceritatem conspicit. Hæc mater spirituales filios lacte consolationis lactat; pane, quem eis, tanquam nauis in-
Pro. 31. stitoris de longe portauit, nutrit: leua & sinistra sustentat: sinu fouet: eis delicias facit; quia deliciæ eius
Pro. 8. esse cum filiis hominum; eos a patris furore liberat:

hauriunt

hauriunt enim per ipsam salutem a Domino: ut merito, hæc scripserit Anselmus: Si omnis peccator ad te conuersus, & a te sit despectus, necesse est, ut intereat. Si omnis peccator ad te conuersus, & a te conspectus, impossibile est, ut pereat, quia impossibile est, ut tu Beatissima Virgo mentiaris: dixisti enim uigilanti ad fores tuas. Vitam inueniet, & hauriet salutem a domino. O igitur beati, & perbeati, & beatissimi qui uigilant ad fores tuas quotidie, & obseruant ad postes ostij tui. Quæris fortasse interne homo, exempla eorum, qui salutem, ab ea hauserunt, plenæ sunt paginæ, plenæ sunt ecclesiæ, plena sunt sacella, quorū plenæ sunt ciuitates, plenę uillæ. Quæris deinde exempla eorum, quos beatissima Virgo, lacte doctrinæ & deuotionis lactauit? non desunt: & ut de multis pauca numerem. Ab ea Albertus ille Magnus, Bonauentura, Anselmus, Carthusianus, Bernardus lactati fuere. Et Bernardus a lacte ab hac matre accepto, mellifluus appellari meruit. Et ne latius a proposito diuagemur in laudanda ea matre, cuius laudes inexplicabiles esse scio, lectores ad auctores in marginibus citatos reijcio.

Ansel. B. Brigida lib. 6. ep. 39. li. 1. ep. 21. 41. 50. 51 Marcus Vigerius lib. 1. c. 9. 21. decacor. Clichtou. in ser. in fastis B. Virg. Canisius. Alber. in Euang. Missus: & in apocal. Mulier amicta. Ans in illud intrauit Iesus. Ber. hom. super. Missus est. Ant. 3. p. t. 31. Theophanes i hymno in die annunc.

De cæteris causis spiritualis generationis: de materia, forma, & fine. *Cap.* 16.

CVm perfecta cuiuscunque rei notitia ex omnium causarum cognitione, ut sapientes scribunt, haberi soleat; reliquas interni hominis causas, ut se plane cognoscere queat, postquam de parentibus, atque semine, ueluti de causis efficientibus diximus, explicemus oportet. A materia igitur auspicantes, dicimus, materiam, in qua forma interni hominis suscipitur, esse mentem, quæ gratiam diuinam, diuinumque spiritum, ac semen a quo omnino perficitur, ueluti fęmina maré, appetit. Est enim anima humana, ueluti materia quædam, quæ licet

Gerson li. de legen spir. nihil gratiæ habeat innatum, nec eam, ex se habere possit, sed tota foris, ex diuina liberalitate ei adueniat:apta tamen est,ad eam suscipiendam, ita ut nata, & apta sit eleuari ad spiritualem, & diuinum statum. Existimandum enim est, quidquid aliqui dicāt, una cum diuo Augustino, animam aptam, natamq; esse ad gratiam suscipiendam, & ad Deum clare uidendum,atque perfecto modo amandum. Quare,vt accipere gratiam, donū est Dei; ita, posse accipere, naturę est hominis. Præparatur tamē,& fęcundatur, ut supra scripsimus,hæc materia, diuinis auxilijs, & dispositionibus. Neque ipsa est omnino inepta, & ociosa,quin suo etiam conatu,per suas uires, cognoscendo,consentiendo, & contritione contrariam formam,hoc est corrumpendo, ad productionem noui hominis,concurrat. Expectat,& desiderat aliquid ab ea agens,id est Deus, qui non totum efficit, licet uires materiæ prębeat, ut concurrat. Quo fit,ut ineptissime, & pueriliter prorsus senserint philosophi illi,si modo hoc nomine nuncupandi sunt, qui stulte philosophantes,homini libertatē ademerunt; Chrysippus inquam, Cleāthes,Democritus,Philopater, & ut Gregorius Nyssenus scribit, Aegyptij,qui omnia fato fieri dixerunt, & ex hæreticis Bardesanes, Manes,Iouinianus,Albanenses, Ioannes Vuiclefus, Lutherus,Caluinus,Melanchthon,& alij,nostra tempestate hæretici. Contra quam stultitiam, causam hum anę naturę agentes,inter philosophos uiri præstantissimi, eruditissimique acerrime pugnauerunt; & inter Catholicos non defuerunt,qui latissime contra impietatem hæreticorum doctissime scripserint. De qua re, non est nostrum hoc loco disserere: fuit tamen necessarium de hac ueritate aliquid monere, cum sit totius spiritualis ædificij fundamentum. Vbi autem, ut ad rem redeamus, anima plane disposita fuerit,uno momento ipsa forma,id est gratia introducitur,ac animæ infunditur:& tunc dici potest:Homo

Caieta. p. p.q. 1. ar ti. 1. Capr. in q. prolo. Ferr. i. cō tra gen. c. 5. Aug. lib. de pred. san. ca. 5. lib. conf. Scot. Euseb. li. de pręp. 6. cap. 6. 5. 6. Epist. hæ. 56. Aen. Syl. de orig. Boe. c. 37 Diogenianus. Alexan. Aphrod. li. de fato Calcid. in Tim. Tacian. Assyr. contra græcos.

mo nouus genitus est. Sunt qui dicant, præter dispositiones, quæ ab auxilio pendent diuino, dari quasdam alias, quæ solum ab humana, & naturali uirtute proficiscuntur. Verum, licet concedamus, ut omnino concedendum est, hominē uiribus naturæ posse cum communi Dei auxilio, aliquid boni agere; cum hoc, quod potest, Deus ab ipso requirat (quamuis aliqui non ignobiles scriptores, quod diximus de humanę naturæ ui, pernegent) tamen, istæ dispositiones sunt omnino remotæ, & ex se inefficaces. Quare, non est hominis tollere se ad tam sublimem statum.

Nam, si te uirtute tua ad cęlestia credis
Scandere, de superis pulsus ad ima cades.

Forma, quæ est spiritualis generationis finis, per quam nouus homo a uetere differt, est gratia, quæ a Deo humanæ menti, non secus ac anima rationalis corpori, infunditur. Quando enim uetus homo corrumpitur, & nouus generatur, uera gratia, quæ est quædam diuina & supernaturalis forma, donatur; per quam ad statum quendam supernaturalem, & diuinum homo eleuatur. Quare, sicuti nemo potest dici, aut esse homo, per animam, quæ in alio est, sed per eam, quam ipse habet; ita, nemo potest dici, aut esse iustus, per alienam gratiam. De fine. Finis huius generationis, agentium omnium, quæ ad eam conficiendam conueniunt, primum, est æterni numinis, ac supremi parentis gloria, ad quam instaurandam, & conseruandam æternum filium misit; ad idque se uenisse, ipse fassus est. Deus enim opt. max. omnia propter se, id est in gloriam suam, fecit. Deinde, eiusdem iustificationis finis, est gloria illius, qui auctor fuit iustitiæ nostræ, Christi nimirum honor. Siquidem, filius est gloria patris. Finis uero omnium dispositionum, ac ipsius generationis est ipsa forma; gratia, uidelicet & iustitia. At finis hominis iustificati & renati, est æterna gloria. Hoc diuus Paulus epi-

Guid. Paris. p. 2.
Cælius Calcag.
Adria.
Cardin.
Petrus Aurelius
Ludo. Onerian.
Barth. Cameer. contra Calu.
Gregor. Arim. 3. s. d. 27.
Capr. ea. d.
Prosper.
Con. Triden. sess. 6. c. 7.
Lutheri error dānatur.
Ioan. 17.
Pro. 16.
Pro. 10. 15.

Rom.6. stola ad Romanos, cum de nouis hominibus loqueretur, his uerbis aperte indicauit: Nunc uero liberi a peccato, (cuius finem mortem esse dixerat) serui autem facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificatione, finem uero uitam æternam. Finis, quem spiritualis homo in hac uita attingere potest, est imperfecta quædam Dei cognitio, ac eiusdem Dei, & proximi dilectio; atque æmulatio quædam diuinitatis. Homo bonus, aiebat Gemistius, est, qui Deum sequitur quantum potest. Et Hippodamus ὁ μὲν ἑπόμενος τοῖς θεοῖς ἀγαθὸς εὐδαίμων, id est, bonus uir, qui Deos sequitur felix est.

Gemist. lib. de uirtu.

Hippod. lib. de felicit.

Quid sit spiritualis generatio, seu iustificatio, & quantum nouus homo Christo debeat, ab eoque pendeat. Cap. 17.

CVm nouus homo, ut ex antedictis constat, & patres etiam docent, nihil sit aliud, quam homo iustus, seu anima iustificata, qui iustitiæ status per ipsam iustificationem acquiritur; sequitur, ut iustificatio, & noua generatio, easdem omnino habeant causas, & sint idem prorsus. Quare, si iustificationem definiuerimus, noui hominis generationem nos finiuisse censendum erit. In uniuersum, hoc modo describi posset. Noua generatio, seu iustificatio, est quædam cõuersio, seu mutatio, & formatio spiritualis, qua qui erat impius fit iustus. Vel cum Tridẽtina synodo: Iustificatio, est trãslatio a statu in quo homo nascitur filius Adæ, in statum gratiæ, & adoptionem filiorum Dei, per secũdum Adam Christum Saluatorem nostrum. Hæc descriptio conuenit primæ generationi, cum quis primum a peccato originali per baptismum renascitur. Sed, si loco illorum uerborum, filiis Adæ, diceretur, filius iræ, omni iustificationi, tam paruulorũ, tum adultorum posset cõuenire. Rursus, sic definiri solet. Iustificatio, est

Trident. sess.6.c.4.

Trid. sess. eadem. c.7.

est renouatio interioris hominis per uoluntariam gratiæ, ac donorum susceptionem. Quam descriptionem omni regenerationi accommodare licet. Vel certe dicas, iustificatio, est gratiæ in animam infusio Deo, & ipsa agente; qua nouus homo Dei similis ad eius gloriam, & ipsius hominis salutem, nascitur. In qua descriptione omnes spiritualis generationis causas, de quibus supra egimus, inuenies. Hic peteret quispiam: cum nulla absque alterius rei corruptione generatio fiat; quid nam, cum nouus gignitur homo, corrumpitur? Facilis est responsio: Vetus homo, una cum actibus suis, & corpus peccati. 1. Cor. 3.
Verum, animaduertendum est; non statim, ac nouus homo genitus est, prorsus & omnino ueterem hominem secundum omnes actus suos, & omnem prauitatem suam corrumpi; quia licet per gratiæ infusionem omnia tollantur peccata; remanent tamen quædam peccatorum reliquiæ; & aliquid ueteris Adami, in illis maxime, qui recens nati sunt. Id autem quod remanet, ea ratione remanet, si de his prauitatibus loquamur, quæ a peccato primi parentis oriuntur; ut, & magis mereri, & Christo magis conformes, patiendo, euadere possimus. Quod autem post renascentiam aliquid uetustatis remaneat, aperte indicauit apostolus, cum interiorem hominem de die in diem renouari dixit. Profecto, ait Augustinus, qui de die in diem adhuc renouatur, nondum totus est renouatus. Quatenus ergo maiorem acquirere sanctificationem potest, ad quam acquirendam nos sacra hortantur eloquia, & quatenus, si quid uetustatis remansit, in dies remouetur, in dies renouari dicitur. 1. Cor. 3. August. Apo. 22.

Semper enim sanctis superest, quo crescere possint. S. Prosp.

Quātū ait Chrysostomus uetus homo corrūpitur, tantū interior homo generatur: quod qua ratione intelligendum sit, iam ex sui. exposuimus: ne quis ueteris hominis formam remanere arbitretur; cum uel. Chryso. hom. 1. in Genes.

minima gratia, omnia peccata deleat. Vt autẽ quantum internus homo, qui in Christo, & per Christum renascitur, Christo debet, intelligat, quot modis hæc sua generatio a Christo pendeat diligenter attendat. Primum, Christus, ut Deus, est causa primaria: ut homo, ratione humanæ naturæ uerbo unitæ, est causa instrumentaria: ratione passionis, est causa meritoria: ratione iustitiæ suæ, est causa exemplaris: & denique, quatenus iustificatio in eius honorem cedit, est finalis causa. Videat igitur quantum Christo reparatori suo est obligatus, & pro tam singulari beneficio, ei perpetuas gratias agat; perpetuoque eum laudet, & adoret: quod, eo diligentius faciet, si quot quantaque corporis, & animæ bona, per eundem sit adepturus animo præuidebit. Postremo, ut hanc partem de causis noui hominis concludamus; omnes causas per quas genitus est accuratius cõtempletur, ac sæpe cogitatione tractet, & hac ratione, ad sui cognitionem facilius perueniet.

Conradus Vimpinus de laudibus, & nobilitate Christi.

De essentia, proprietatibus, atque subsistentia, noui hominis. Cap. 18.

CVm ex causarum complexu, & efficientia, quælibet res suam essentiam, affectiones, ac subsistentiam habeat, consequens est, ut postquam causas interni hominis explicuimus, de essentia, affectionibus, & subsistentia agamus. Spiritualis hominis natura, siue essẽtia, in quodam statu eminentissimo, supernaturali, gratifico, & diuino consistit; quem explicare uerbis, aut cogitatione comprehendere hominum, ne dicam Angelorum, posset nemo. Hoc ego certe de statu interioris hominis sentio. Quis enim explicet illius celsitatem, & dignitatem, qui diuinæ naturæ concors est factus? Quis declaret, quanta sit dignitas eius, in quo Deus inhabitat? eius inquam, qui unus spiritus, ut dicunt

Lege Centuriam.

1.*Cor.* 6.

dicunt scripturæ, cum Deo est effectus. Hunc diuinum, & supernaturalem huius hominis statum, his uerbis diuus Petrus describere tentauit. Genus electum, Regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et diuus Ignatius, renatos homines, Deiferos, Spiritiferos, Christiferos, uocabat. Immo poetæ, ut est apud Clementem Alexandrinum, uiros bonos, diuos, deiformes, Deo æquales, Dei similes, consilio Iouis pares appellabant. Humana itaque natura, per hanc supremam generationem, diuina gratia conformata, ab statu suo naturali ad statum traducitur diuinum; ut homo non sit amplius homo, sed participatione diuinæ naturæ, Deus; a carne ad spiritum, a mortalitate ad immortalitatem, a consuetudine hac terrestri ad cœlestem translatus; cum sanctorum ciuis, & domesticus Dei sit effectus. Quædam alia, huc pertinentia, cum de pulchritudine supernaturali huius hominis agemus afferentur. Nunc de affectionibus. Sicuti ex ea re, quæ per physicam generationem procreatur, affectiones, seu proprietates aliquæ per quas naturales functiones exercentur, emanant: ita, ab hac supernaturali essentia, uirtutes, & proprietates eiusdem ordinis profluunt, quædam; quibus operationes supernaturales, & diuinas internus homo exercet: quæ sunt charitas, septem Spiritus sancti dona, & si quæ sunt aliæ uirtutes infusæ; quæ copulatæ cum gratia necessario esse debeāt: quæ facultates ab hoc diuino statu, non secus, ac intelligendi, & appetendi uires ab anima promanant. Hic diuinus homo hanc essentiam, & has facultates adeptus, uitam quandam supernaturalem uiuit, & diuinas operationes æternam felicitatem promerentes exercet, cum in eo Spiritus sancti, ac Christi uirtus inhabitet. Hanc doctrinam hoc loco a nobis, ut potuimus explicatam, diuine prorsus diuus Dionysius Areopagita, cuius quæ extāt scripta, quidquid garriant hæretici, tanquam ab eo edita, recipienda sunt,

1. Pet. 2. *Apoc. 5.* *Ignatius* *Clem. Alex.* *Thalassius hecat. 1.* *Ephes. 2.* *D. Tho. 1. par. q. 77. ar. 6.* *1. Cor. 6.* *Francis. Turrian.*

Dionys. Areop. de eccl. hier. cap. 2. sunt, his uerbis, nobis tradidit. Porro sacræ dilectionis ad diuina mandata facienda principalis omnino progressus est secretissima illa, & ineffabilis prorsus operatio, qua diuinus in nobis status efficitur. Si enim diuinus hic status, diuina natiuitas est, nunquã ille aliquid sciet, ex iis, quæ a Deo tradita sunt, neque operabitur, qui neque hunc diuinum statum consecutus est. An uero nobis quoque ipsis non dicimus prius esse necessarium humanæ uitæ statum, ut sic demum humana operari possimus? Hæc Dionysius: quæ, si diligentius perpendentur, multũ ad rem nostram facere uidebuntur. Si quis, quo modo hic

Ioan. 15. nouus homo subsistat, aut in quo sit, de me quærat, dicerem, primum, esse in Christo, tãquam palmitem in uite. Nanque sicuti palmes a uite amputatus, uita

Ephes. 2. caret; ita, qui non subsistit, & non est in Christo, mor-

Colos. 3. tuus est. Propterea apostolus dicebat nos esse conui-

Locus explic. uificatos in Christo, & esse in Christo; quod est pendere a Christo, & agi spiritu Christi. Et alibi: Vos in

Rom. 8. carne non estis, sed in spiritu. Subsistit deinde, atque

1. Cor. 6. est in Deo, cum unus spiritus efficitur: quia cum ma-

1. Ioan. 4. net in caritate, in Deo, qui caritas est, utique erit.

Num. 13. Diceres etiam subsistentiam huius hominis esse, fi-

Heb. 11. dem, quam hypostasim epistola ad Hebræos uocat

Locus explic. apostolus. Est enim fides, ut diuus Maximus centuria prima scripsit, hypostasis eorum, quæ mentem, & rationem superant. Totus enim status spiritualis hominis sustentatur, tanquam in basi & hypostasi in ipsa fide; qua sublata, totus homo spiritualis ruit. Merito igitur beatus Paulus fidem hypostasim uocat. Quanta sit interni hominis præstantia, & excellentia ex his, quæ diximus; quis non uideat? Quid

In Cẽtur. cap. 59. enim potest excogitari magnificentius? quid illustrius, quam a Deo pendere, in Deo, & Christo esse, unum cum Deo spiritum effici, ac Deum participatione esse? Agnosce ergo diuine homo dignitatem tuam: percipe sublimitatem: suspice celsitatem. Ca-

ue deinde, ne per te subsistere existimes: ne, dum per teipsum stare credis, corruas; & hunc diuinum statum amittas: quia, internus homo

Hoc ipso, quo se stare putat, periit. Prosper.

Cum itaque se stare cognouerit, uideat ne cadat: 1.Cor. 10 ne dum se cecidisse uiderit, exclamare cogatur.

Quo miser? unde abii? quo me de culmine summo Nicolaus
Deieci? ha demens; ut te Pater optime liqui? Grund.

Ad illustrandam eam doctrinam, quam de subsistentia interni hominis in Christo docuimus, faciũt quæ Tertulianus loquens de his, qui Christum negant, scripta reliquit. Tertul. Qui, ait Tertulianus, se christianum esse profitetur, Christi esse testatur: qui Christi est, in Christo sit necesse est: si in Christo est, in Christo utique confitetur. Hoc enim esse non potest, nisi sit in Christo. In Christo confitendo, Christum quoque confitetur, qui sit in Christo, dum & ipse in illo est, utpote Christianus. Vnde qui se negat Christianum, in Christo negauit, negando se in Christo esse, dum se in Christo negat, Christum quoque negabit. Itaque sicuti uetus homo est in ueteri Adamo, ita nouus in nouo, in quo eius uita abscondita est, esse dicamus oportet. Nicolaus Cus. lib. 5. exerci.

De anima, & uita noui hominis, & quotuplex sit uita. Cap. 19

CVM non semel hactenus de forma, & uita interni hominis mentio facta sit, quid nam ista sint, planius explicare necessarium esse uidetur. Forma, seu anima noui hominis est ipsa gratia; quę ita se ad hominem nouum habet, ut anima rationalis ad hominem naturalem: tribuit.n. ei esse, uiuere, & operari; quod ut melius intelligatur, analogiã, quam gratia ad animam habet explicare nitemur. Anima, rationis particeps, est res quædam a materia seiuncta, sui creatoris similis; quæ corpus uiuificat,

leue reddit, iuuatque; ac trium animarũ, uegetantis, sentientis, & intelligentis munera præstat. Vegetantis facul ates sunt hæ: posse augere, nutrire, generare, habetque alias facultates sibi inseruientes; ut est, quæ attrahit; quæ retinet, quæ digerit, quæ expellit. Hec eadem, gratia efficit: siquidem prębet uim generandi per uirtutes; uim augendi per merita; uim nutriendi per bona opera. Item huius animę ui nouus homo, conuenientia desiderio attrahit: attracta, discretione digerit: digesta, perseuerantia retinet: nocua, & superflua confessione expellit. Sentiendi uis, hęc corpori prębet. Primum, quinque sensus: ueluti, audiendi, uidendi, olfaciendi, gustandi, tangendi: deinde, uim appetendi, succensendi, ac mouendi; cuius etiam auxilio, animalia per somnum, quietem capiunt. Hęc eadem interno homini gratia largitur. Primum, ut suo dicemus loco, cũ de singulis interioris corporis organis & sensibus agemus, dat facultatem uidendi, & audiendi res spirituales. Eadem gratia mouet ad agendum & progrediẽdum in uia Domini: Dat facultatem concupiscendi diuina, ac succensendi, cum quid contra honorem Dei fieri uidetur. Zelus.n. Domini comedit, idest ingens quędam & sancta ira, ex desiderio diuinę glorię, exedit interiorem hominem. Per eandem gratiam, in somno contemplationis, quietem capit; & eo maiorem, quo arctior fuerit somnus: cuiusmodi esse solet, cum corpus melius est affectum, & quo suauius & maiori cũ quiete, dormit. Denique, ut anima rationis particeps uim intelligendi, & appetendi habet; ita gratia homini renato, qui propter peccatum factũ erat iumentum insipiens, cum non intelligeret, nec bene appeteret, uim intelligendi, & appetendi quę ad salutem conferunt, restituit. Et sicuti in uno, eodemque corpore, una est anima, ut uera philosophia & sanct docet ecclesia, quę non assistit extrinsecus, ut falsò quidam uoluere scriptores, cum uera sit corporis

Psal. 68. Locus explic.

Cant. 8.

Psal. 31.

Conc. Later. Auer.

ris forma; ita in quolibet homine una est gratia, quæ animæ essentiã dum ei inhæret, informat: siquidem non existit extra, ut stulte hæretici censent. Quæ gratia, sicuti etiam anima, est materiæ expers, & foris aduenit, estque Dei similitudo quædam, & interiorem hominem leuat, iuuat, atque uiuificat. Diximus de forma, siue anima; nũc pauca de uita. Et primum, si in uniuersum internus homo, quo modo sibi gratia uitam tribuat cognoscere cupit, animaduertat quantum suum corruptibile corpus ab anima pendeat: & eodem modo, suum spirituale corpus a gratia pendere existimet. Quemadmodum ergo corpus sine anima mortuum est, & uelut ignobile cadauer, mox terræ tradendum iacet; quod non mouetur, non nutritur, non sentit, non uidet, non audit; & denique multis, iisque præclarissimis muneribus expoliatum est; ita homo sine gratia, mortuus est, & in ignem ęternum conijciendus, iacet; & nullas functiones spirituales, cum uita spirituali careat, exercet. Hinc est, cur ij, qui gratiam amiserũt, cęci, claudi, & muti, a sacris literis nuncupantur. Verum, ut specialim aliquid de hac uita dicamus; uita, ut Gerson scripsit, quadruplex est: alia quam homo per causas naturales uiuit; alia uita gratiæ, quæ ut diximus, est uita quędam supernaturalis, per quam homo in Deo, & Deus in homine uiuit, quæ non per naturæ uires, sed ex Spiritus sancti dono habetur. Quid enim potest ineptius fingi, quam naturam a Deo se accepisse existimare, gratiam uero, qua natura mirum in modum perficitur, a sibi ipsi adscribere? quod ineptissime, & impie, contra scripturarum, & sanctorum patrum dogmata Pelagiani sensere. Alia uita est, quæ in actionibus meritorijs consistit; si uita, ut fieri solet a sapientibus pro ipsa operatione sumatur. Alia demum est, quæ duarum priorum, quasi confirmatio, & stabilimen quoddam est; quam uiuunt, qui æternam felicitatem, aut gratiæ perfectionem, uel confir-

Contra Calui. & Melan.

Mat. 11.

Gerson.

Arist. 1. de anima

confirmationem sunt adepti. Tres posteriores uitæ
Act. 17. partes sunt speciatim a Deo, in quo internus homo
Locus explic. uiuit; per uitam gratiæ; mouetur per uitam merito-
riam; est per uitam confirmationis, quam qui degũt,
1. *Ioan.* 3 non peccant: de quibus speciatim intelligeres illud:
Omnis, qui in eo manet, non peccat: quam uiuendi
rationem nemo a se habet, sed quatenus in uite ui-
Locus explic. ua uiuit, in Christo scilicet, tanquam palmes in uite.
Quandiu ergo quis in eo, in quo nullum est pecca-
Io. Bapt. Folengi. tum, manet, non peccat. Ex his colligere licet, quæ, &
qualis sit noui hominis uita; quam tres illæ uiuendi
rationes ei speciatim tribuunt, quæ uel uno lætali
peccato omnino tolluntur. Patet etiam, priorem ui-
uendi rationem, si cum posterioribus comparetur,
nõ esse eiusmodi, ut uita nominari debeat; cum eam
etiam, qui mortui sunt, uiuant. Vt merito quidam
cecinerit;

Paulin. *Viue precor, sed uiue Deo: nam uiuere mundo,*
Mortis opus: uiua est uiuere uita Deo.

Quare, omni cura internus homo inuigilet, ne
quid agat, quod aut Dei, aut proximi caritati aduer-
1. *Ioan.* 3 setur: quia is qui non diligit manet in morte, in qua
qui manent, Deum supra omnia ad quem potius,
Scot. 3. *s. d.* 23. quam nos ipsos amandum, natura, ut nobis cum me
liore scriptorum sententia uidetur, propensi sumus,
Sot. de natu. & gra. 2. *c.* 16. quidquid aliqui dixerint, diligere minime potest.
Et si tanta cura, tantoque studio corporis uita ali-
quando casura custoditur, ac conseruetur; cur non
maiore diligentia uita animæ, quæ perpetua esse po
Pet. de Aliaco. Dur. test, non custodietur?

De quatuor elementis, ex quibus nouus homo componitur. Cap. 20.

SIcuti ad uitam physici corporis non modo forma & materia, sed etiam quatuor elementa, sine quibus forma suscipi nequit, requiruntur: pari ratione

mysticum noui hominis corpus, ex quatuor elementis, ut formam nobilissimam, quam gratiam esse diximus, suscipiat, suo modo constare debet: quod, leuiter tamen, hoc capite exponere conabimur. Elementa physica, ut per rerum sensibilium cognitionem, ad mysticam intelligentiam ueniamus, huius fere naturæ sunt. Ignis est leuis, superiore loco positus, & propter summam, quam habet caliditatem, uehementer agit. Aer, qui licet sub oculos non cadat, tamen corporatus est, purus, mobilis, & summa humiditate affectus. Aqua fluens, pellucida, & maxime frigida. Terra demum stabilis, dura, ac supremo gradu sicca. Elementa, internum hominem conficientia, hæc cum quibusdam esse diceres. Ignis, est uirtus caritatis, quæ cæteris uirtutibus, & in terris, & in cęlo præeminet, quæ sua leuitate hominem in cęlum usque tollit, quæ efficientia sua purgat immunda, ac uehementer agit: est enim fortis, ut mors dilectio, & magna operatur. 1.Cor.13 Cant. 8.

Sancta agape gelidæ non cedens robore morti. Iacobus Bill.

Hoc elementum, quo mundus carebat, Christus dominus uenit mittere in terrā, quando caritate extincta, nō erat qui faceret bonum: & nihil aliud uult, nisi ut ardeat. Aeris uicem humilitatis uirtus gerit. quæ ab hominū oculis non uult uideri, facile mouetur, & humiditate sua omnia penetrat, & in omnes se se insinuat. Huc facit illud: oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec appropinquet non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Vide quæso quantum penetret hæc humilitatis humiditas; Immo, non modo cœlos incorruptibiles, sed & cœlorum fabricatorem immortalem, & impenetrabilē penetrat: ipse.n. dicit. Vulnerasti me in uno oculorum tuorum, de eo loquitur, qui humiliter orando, Deum mirum in modum delectat, afficitque. Item, in regnum cęlorum non ingreditur, nisi is, qui tanquam paruulus efficitur. Et sicuti aeris humiditas Luc. 22. Psal. 13. Eccl. 35. Cant.4. Mat.18.

tas aptam reddit materiam ad suscipiendā formam; ita etiam spiritualis humiditas ad suscipiendam gra-
Eccl.2. tiam animam disponit. Humilia te, ait scriptura, & inuenies gratiam coram Deo. Aquæ locum, timor diuinus obtinet, qui frigiditate sua concupiscentię calores restinguit, puritate pellucet, & facilitate, ad bene agendum moueri se sinit. Hoc etiam elementum, & in natura, & in re spirituali ad excipiendam for-
Eccl. 1. mam multum iuuat. Nam qui timēt Dominum, pręparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas: timor enim ut scriptura docet, ex-
Isa.26. pellit peccatum. Et hinc est, cur homo nouus a timore conceptus esse dicitur. Hæc de eo timore intelli-
1.Ioan.4. genda sunt, qui a caritate non expellitur, sed cum ea, ad interiorem hominem conficiendum, & conseruandum, conuenit. Terrę uim perseuerantię uirtutem habere diceres, quę est stabilis proposito, dura
Speusip. de defin. Plat. pertinacia; est enim affectio, quę perficit quodcunq; eligerit, sicca, & ab omni mollitie carnis aliena. Hoc elementum ad conficiendum spirituale corpus, ita est necessarium, ut sine eo interior homo, nec consi-
Mat.10. stere, nec saluus esse possit, cum scriptum sit, eos futuros saluos, qui perseueraturi sunt. His itaque quatuor elementis internus homo conficitur; caritate, humilitate, timore, constantia, seu perseuerantia. Ex his elementis duo sunt magis agentia, ignis, & aer. Nam spiritualis ignis impuritatem omnem consumit, aer uero concupiscentiam omnem restinguit. Alia uero potius patibilia sunt. Nam humilitas a quouis formam, & terminum, sicuti & aqua, recipit; constantia uero, ueluti quędam siccitas, continet. Et certe in interiore homine hęc duo elementorum genera, ut & agat, & patiatur, sunt omnino necessaria. Nanque ei, & bona agenda, & mala patienda sunt. Agere siquidem, & pati, Christianorum est. Immo,
Aul.Geli. lib. 17. etiam humana philosophia homini futuro bono, hęc necessaria esse cognouit.

Suffi-

Sustineo, abstineo, duo sunt, quæ quisquis habebit, cap. 17.
Perfectos homines inter habendus erit. Achil.

Sunt qui dicant, quatuor uirtutes, quas cardinales uocant, esse ueluti quatuor elementa ex quibus homo interior conflatur: Temperantiam terræ ob suam ariditatem comparant; prudentiam, perspicuitati aquæ; iustitiam subtilitati, & facilitati aeris; fortitudinem, & constantiam efficientiæ ignis. Et cum hæc uirtutes inter se connexæ sint (una enim sine alia, ut prudētiores scribunt, esse nō potest) aliasq; sibi annexas habeant, ex omnibus uirtutibus, ueluti ex elementis quibusdam internus cōstabit homo; quibus, quia aliqua ratione non est compactus, non modo interior homo, id est perfectus homo; Sed, nec homo quidem, etiam ab ethnicis ipsis, appellaretur: ut merito dixerit Phocion: Hæc diuina lex est; ut uirtus una sit potens, τὰ δὲ ἄλλα λῆρον, id est alia uerò nugæ. Ex quibus, quam præclarum, quamquam speciosum hoc mysticum corpus sit, cum ex omnibus uirtutibus constet, colligere licet. Verum, hæc accuratius, sine auctoritate patrum, rimari nōn placet. Ad explicandas igitur qualitates, quæ hæc elementa consequuntur, transitum faciamus.

Boch. Augus. ser. 145. de temp. Nicolaus Cusa. lib. 4. exerc.

Phocion.

De calore, & frigiditate spirituali. Cap. 21.

VT quæ sit spiritualis caloris natura melius aperiamus, aliqua de naturali calore, quo cū spiritualis calor magnam affinitatem habet, dicenda esse uidentur. Naturalis calor generat, uiuificat, cōseruat, leuat, & ita sursum uersus fert; acerbos fructus maturat, quo fit, ut amaritudinem remoueat; digerit, semper agit, & se per suos effectus ostendit. Calor spiritualis est caritatis feruor, qui bona opera, & filios spirituales generat, operationibus uitam præbet, & in uita spirituali cōseruat. Hoc enim calore extincto, gratia quæ est interni hominis forma, recedit; 1.Io.3.

quia qui non diligit manet in morte; acerbitatem im perfectorum operũ maturat, omnem amaritudinem difficultatis in agendo remouet; quia non sunt amari labores amantium: omnes cibos quantumuis duros, ueluti struthiocamelus ferrum, sua efficientia digerit, se suis flammis manifestat. Nunquid potest abscondere homo ignem in sinu suo, ut uestimenta illius non ardeant? Demum, otiosus esse nequit: immo nunquam est minus otiosus, quam cum est in otio.

Plutar. Opus. de utilit. ab inim. capien. *Pro. 6.* *B. Isac ser. 47.*

Solet calor, alios effectus in uarijs rebus, quas uarie dispositas, reperit producere, quos breuiter, eorum relicta enumeratione, spirituali calori attribuemus. Calor spiritualis uitia corrumpit, & merita generat, carnem mortificat, cor contritione rarefacit, commiseratione emollit, humilitate animi uires condensat timore constringit, custodiri, oppilat. Et quemadmodum ij qui calore abundat sunt parum pingues, ueloces, facile digerunt, tactu uigent, multum appetunt, colore sunt uiuido, intellectu pollent, & facile amant: Ita, qui caritatis ardore sunt incensi, humana opulentia & carnalitate non pinguent, in uia mandatorum Dei sunt ueloces: quia, cum hoc calore cor dilatatur, statim hanc uiam currũt; facile omnem acerbitatem molestiarum digerunt, quia caritas omnia sustinet; tactu spiritnali uigent, quoniam spiritualis uir discernit omnia; multum appetunt, quia nũquam bonis operibus satiantur, cum hic calor ab eo igne fluat, qui nunquam dicit, satis; sunt colore uiuido & rubicundo, & hilari uultu, cum suas lauent facies, & caput inungant, id est nihil simulate, & per hypocresim, vt uideantur ab hominibus, faciant: intellectu uigent, quia renati sunt ex illo sacramento, quo lumen fidei tribuitur; quod propterea a sanctis patribus sacramentum φοτισμάτων, id est illuminationum solet appellari. Demum, qui hoc calore sunt affecti, omnia amant, omnia in se cõuertunt, & in omnia agũt, & sunt facti omnia omnibus. Et quid mirum? cum

Franco. lib. 12. de grat. *Ps. 118.* *Pau. 1. Cor. 2.* *Pro. 30.* *Matt. 6.* *Locus explic.* *Clem. Alex. Diony. ca. 3. de cæl. Hieron. Chrysost. homil. ad bapti. Damas.* *1. Cor. 9.*

hic calor sit, ut ita dicam particula quædam caloris illius, qui omnia fecit, omnia conseruat, omnia ad se trahit; amoris inquam diuini. Hunc calorem internus homo, si uitam conseruare cupit, omni diligentia custodire debet; de cuius effectibus hæc, missis alijs, Cornelius Pontifex scripsit. Caritas exercet corda fidelium, sensus corroborat, ut nihil graue, nihil difficile, sed fiat totum dulce, quod agitur; dum eius proprium sit nutrire concordiam, seruare mandata, atque dissociata coniungere, praua dirigere, & cæteras uirtutes perfectionis suæ munimine solidare. De frigiditate, licet frigiditas interdum in re spirituali male sonet: tamen, a nobis in bonam capietur partem, pro ea affectione, quæ ex diuino timore oritur; quæ corpori mystico est maxime necessaria. Naturalis frigiditas hos fere producit effectus. Calorem expellit, graue reddit, ac proinde deorsum mouet, albe facit, decoloratione afficit, constringit fluuida, obliquc calorem producit, conseruatque. Ita spiritualis frigiditas, quam ex timore diuino oriri diximus, calorem concupiscentiæ extinguit, humilem reddit, & deorsum ab inanis gloriæ, & superbiæ altitudine deijcit; & a malo declinare facit; albedinem castitatis, & puritatis introducit; calorem omnem humanę fictionis & fucum remouet, ab appetitione multarum rerum, & humano luxu constringit, calorem caritatis, ueluti per quandam antiparistasim generat, & dum calorem concupiscentiæ, quo humiditas spiritualis exiccatur frangit, uitam spiritualem, quam peccata extinguunt, conseruat.

Ephrem de carit.

Pontian. epistto. 2. de fraterna dilec.

Ephræm ser. de timore domini.

Psal. 25.

Quisquis enim horrendum Christi cum morte tribunal
Cogitat, hic omnis criminis hostis erit.

In Cent. c. 14.

Voluat itaque interdum animo internus homo ea mala, quæ malis imminent; horrendum illud filij Dei iudicium, omnibus etiam iustis pertimescẽdum; acerbissimas inferni pœnas, quorum grauitatem, mentem humanam, sicuti nec beatitudinis magnitu-

Vincentius Gencharius ad Pau. 3

Timor bonus. *Clem. Alexan. 2. Strom.* *Tert. 2. contra Mar.* *Olympiod. in eccle- siast.* *Bas. in ps. 33.* *Richar. 5. inst. libro de prapar.* *Ps. 111.* *Isa. 66.* *In Cent. cap. 41.*

dinem, percipere nō posse arbitror; priuationem im- mensæ, & infinitæ beatitudinis, qua potientur boni u deat; & tunc spiritualis frigiditas in eo, quos diximus producet effectus. Neque in hoc timore sistet; qui ut bonus est, quod quidam non prudenter negant; ita non est omnino perfectus, ut aliqui non recte sentiūt; cum sit seruorum; sed ad eum perueniat, quem filios Dei habere decet; de quo dicitur: Beatus uir qui timet Dominum; qui non respicit nisi ad contritum, & tremētem sermones eius. Etenim, qui non timet, desidiæ uacat, solatia uenatur, consolationes conquirit, humilitatem dispicit, arrogantiam amplectitur, superbia extollitur, præceps denique in omnia uitia ruit. Et hæc breuiter de his duabus qualitatibus; nunc pauca de reliquis.

De humiditate & siccitate spirituali. Cap. 24.

HVmiditas naturalis est qualitas quædam patibilis, quæ quamcunque formam a quouis facile recipit, caloris auxilio in partes omnes se diffundit, & fluit, augmentationem & nutritionem iuuat, uitam animalis conseruat, & instaurat; calorem temperat; partes coniungit, & copulat, omnia facile penetrat; dura emollit, & sordes mundat, nec est tactu aspera. Hæc humiditas, in corpore mystico, est illa facilitas, & placabilitas; ac demissio, quæ ex uirtute humilitatis, obedientiæ; & deuotionis oritur. Hæc enim in seipsa non consistit, sed non secus ac aqua a uase se contineri, & terminari sentit. Siquidem humilis ait; non mea, sed aliena fiat uoluntas: facile patitur, seque omnibus subijcit; & caritatis calore se se in omnes proximos diffundit. Hæc humiditas nutrit, ac mirum in modum spirituale corpus auget; & dum pabulum calori spirituali præbet, quod calor concupiscentiæ consumpserat, instaurat; quo fit, ut spiritualem uitam magnopere conseruet; su-

Mat. 26. *Phil. 2.*

perfluum feruorem circa res humanas temperat, dif sociatas, parumq; inter se interni hominis cohærentes partes iungit, subtilitate sua in omnia, etiam durissima, penetrat, & cuncta emollit. Quid enim nō emolliat & penetret humilitatis mollitudo? ideo legimus: Responsio mollis frangit iram. Deniq; omnem peccati labem tergit, & tactioni æquabilem, ac lenem se præbet. De siccitate; siccitas in re spirituali sæpe male sonat, ac spiritus aritudinem designat: tamen, cum in natura sit maxime necessaria, ut ex effectis eius satis constat, non est a corpore mystico reijcienda. Siccitas, quæ fluxioni humiditatis est opposita, desiccat, consolidat, cōstringit, retardat, attenuat, asperum reddit, agile, ac uigil efficit animal. Spiritualis siccitas, qua sancti patres multum delectati sunt, est durior quædam per mortis considerationem, & pęnitentiæ asperitatem, atque abstinentiæ sobrietatem, uiuendi ratio. Hæc nanque luxum exiccat, imbecillitatem spiritus consolidat, prodigalitatem, & lasciuiam constringit, cursum ad malum retardat, appetitiones carnis attenuat, asperiorem consuetudinem dum hominem a profusa, & indulgenti uiuendi ratione constringit, reddit; agilem denique ad bona opera, & uigilem in his, quæ ad salutem animæ pertinent efficit. Hac igitur siccitate, qua mirum in modum spirituale corpus conseruatur, & perficitur, sanctorum patrum Antonij, Hilarionis, Benedicti, Romualdi, Francisci, aliorumque exemplo, internus homo delectetur. At uero nimia siccitas, quæ in uetere homine reperitur, qui est ueluti arida quædam terra sine aqua gratiæ, pessimos producit effectus. Etenim, humorem ad uitam necessarium nimis exiccat, corpus multum extenuat, pellem decolorat, cutem corrugat, caput capillis priuat, sitim excitat, æstum auget, membra contrahit. Quos effectus allegorice, ut internus homo eos uitare possit breuiter explanabimus. Nimiam siccitatem, indeuotionem si placet,

Prou.15 *Ps. 142.* *Porph.li. de abstin.* *Ps. 142.*

uel nimis asperam uiuendi rationem ab humanitate omnino abhorrentem appellemus, quæ humorem gratiæ,& affabilitatis exiccat, corpus uirtutum extenuat, pellem candidæ cõsuetudinis decolorat, cutem affabilitatis,dum hominem agrestem reddit,corrugat,caput capillis bonæ intentionis denudat,sitim rerum caducarum & cõcupiscentiæ calorem accendit, membra, & articulos bonorum operum contrahit. Et hæc de his qualitatibus dicta sufficiant: de quibus scribere uoluimus, ne hunc locum prætermisisse videremur:pauca tamen diximus,ne fastidiosi legentibus essemus. Et cum hactenus de his omnibus,quę ad constituendam naturam,& ad compositionem interni hominis requiruntur scripserimus,consequens est, ut de eius natiuitate, & de his, quæ ad natiuitatem pertinent dicamus.

De noui hominis natiuitate,& quando, & quomodo nasci dicatur. Cap. 23.

NAtiuitas, seu nasci, nihil aliud esse uidetur, quam in hanc lucem ex utero prodire.Tunc enim animalia nasci dicuntur,quando ex utero prodeunt. Quot autem sint hominis natiuitates sermone primo de ieiunio, his uerbis magnus ille *Leo.* sanctitate,& doctrina Leo,docuit. Prima uice nascitur homo de matre sua; secunda per baptismi gratiam;tertia per pœnitentiam.Et alibi. Duæ sunt natiuitates, una de terra; alia de cœlo: una de carne, alia de spiritu: una de mortalitate, alia de æternitate;una de masculo & fęmina, alia de Deo & Eccle- *Marcellus.* sia. Duas natiuitates, carnalem & spiritualem Marcellus epistola ad Manichæum numerat; & exponit: cuius uerba, ut breuitati studeam, non adscribam. Tunc internus homo nasci dicitur, ut ex uerbis Leonis intelligi licet, quando palam sacro fonte abluitur,& ab omnibus fidelibus,tanquam frater, cognoscitur,

scitur,& excipitur. Antequam enim quis sacro fonte abluatur, maxime si de adulto loquamur, est quasi in utero Ecclesiæ conceptus; cum uero sanctificatis abluitur aquis, in lucē mundi spiritualis uenit. Idem diceres de eo, qui per pœnitentiam renascitur, qui cum prius esset quasi per contritionem conceptus, cum palam sacerdoti confitetur, iterum nasci uidetur. Hinc est, quod qui huius sacramenti uim sentiūt, cum se prius mortuos fuisse animaduerterint, se renatos esse dicunt. Aut certe, tunc nasci secundum spiritum quempiam dicemus, quando, ubi per gratiam & uirtutē intus in utero animæ fuerit formatus, per honestas & sanctas operationes, in lucem uenit, & se, spiritumque suum per opera ostendit sua. Vulua ex qua egreditur, ut ingeniose scripsit Bacharius, *Brach.* sunt occulta ecclesiæ mysteria: quos, ait ecclesiastici fontis uterus (loquebatur de renatis) & secreti, ac perplexi uulua mysterij parturiuit. Per fidem enim sacrorum mysteriorum, quasi per occultam uuluam in eam, in qua uersantur lucem, qui a Christo sole iustitiæ illuminantur, ueniunt. Hæc uulua olim mortua erat in ecclesia gentium, quę ubi in uirum Iesum accepit, per assensum fidei, euasit fęcunda, & multos genuit filios. Hoc, cum quidam propheta, diuino spiritu actus præsensisset, clare cecinit. Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia multi filij desertę, idest Ecclesiæ ex gentibus, quam eius quæ habet uirum, id est synagogæ. Fecit enim Deus habitare sterilem in domo, & matrem filiorum lætantem, id est effecit, ut gentium congregatio, quę uitio sterilitatis non poterat uiros iustos gignere, euaderet fœcunda: hoc enim significat in sacris literis; facere habitare in domo, uel ædificare alicui domos. Vel dicamus ad similitudinem eorum, quæ scribit Gregorius de uulua intra quam concipitur, & ex qua prodit uetus homo, siue peccatum; vuluam, ex qua nascitur spiritus, esse occultam & sanctam cor-

Rom. 4. *Isa. 54.* *Gal. 4.* *Locus explic.* *Ps. 112.* *Locus explic.* *Exod. 1.* *Grego. in Iob. cap. 17.*

dis cogitationem, & latentem uoluntatis assensum; quo hic homo bene agendo, se prodit. Vt sicuti mens ueteris hominis ex semine Diaboli, hoc est, ex suggestione, cogitando, & assentiendo concipit, & per operis executionem generat peccatum; de quo scribitur; ecce parturijt iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem; hoc est; primum, desiderio uoluptatis percipiendæ, Dæmonis suggestione parturiuit, id est uehementer propositam delectationem appetiuit; deinde cogitando concepit, dolorem, id est peccatum, quod est allaturum dolorem: est enim peccatum suiipsius pœna; & perfecte consentiendo peperit iniquitatem, quæ est ueteris hominis filia, id est imperfecta & contra naturam rectamque rationem producta operatio: Ita etiam mens spiritualis hominis diuinum semen excipit, cuius uirtute concipit, & ubi concepit, consentiendo & bene agendo parit. Hæc fere omnia quæ hactenus de noui hominis generatione diximus, uerbis sane diuinis diuus Pacianus libro de baptismo expressit: ubi, cum uellet declarare quo modo Christi iustitia in nos transfundatur; sicut peccatum Adæ, a quo originem ducimus, sic scribit. Sed uide qualiter a Christo generemur; carnalia noli cogitare. Nouissimis temporibus animam cum carne accepit Christus, hanc uenit saluam facere, hanc uniuit spiritui suo, & suam fecit; & hæ sunt nuptiæ domini nostræ carni coniuncti, ut secundum illud magnum sacramentum fierent duo in carne una, Christus & Ecclesia. Ex his nuptiis Christiana plebs nascitur, ueniente desuper spiritu domini, nostrarumque animarum substantię superfuso, & admixto, protinus cœlestis uisceribus matris inolescimus, aluoque eius effusi uiuificamur in Christo. Vnde primus Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Sic generat Christus in Ecclesia per suos sacerdotes. Ideo apostolus dixit: In Christo uos genui. Atque ita Christi semen,

Tertull. de uera carne. Christi. *Psal. 7.* *Hieron. Iere. 14.* *Locus explic.* *Chryso. in hunc locum.* *Pacian.* *Ephes. 4.*

semen.i. Dei spiritus nouum hominem aluo matris agitatum, & partu fontis exceptum, manibus sacerdotis effundit, fide tamen pronuba. Neque enim aut insertus in Ecclesiam uidetur, qui non credit; aut genitus a Christo qui spiritum ipsius non recipit. Hæc ille. O felicem natiuitatem non maledictione, & execratione, ut illa, qua nascimur filij iræ, sed benedictione dignam? Non pereat hic natalitius dies, sed inter alios dies computetur, & principem obtineat locum; nullis inuoluatur tenebris; sed clarissima solis luce refulgeat: non amaritudine, sed dulcedine, & lætitia repleatur; & cum Deo sit gratissimus, requirat eum desuper. Hic, hic dies, sanctissime colendus, ac celebrandus, alboque calculo notandus est. Nemo sit qui in hac natiuitate, sicuti in natiuitate carnali, qui busdam fieri consueuit, fleat, nemo sit qui conqueratur: Imò uero, nemo sit qui non gaudeat, lętitia nō gestiat, cum in ea spiritualis homo, Dei filius nascatur, ac hæres uitæ æternæ efficiatur, omnipotentiamque quandam nanciscatur, cum ij, qui ex Deo nati sunt, & mundum uincunt, & ut ait scriptura non peccent. Gaude igitur, & exulta noue infans, cum ob natiuitatem tuam; in cęlo in illis beatis spiritibus magnum sit gaudium. Arride matri de tua natiuitate gaudenti; cuius gaudium his uerbis expressit Paulinus.

Iob. 3. *Ier. 20.* *1. Ioan. 3* *Luc. 15.* *Paulin.*

Hinc senior sociç congaudet turba cateruę.
Halleluia nouis balat ouile choris.

Et hæc de noui hominis natiuitate dixisse uolui: nunc de his, quæ in natiuitate reperiunt scribemus.

De obstetrice, cunis, pannis, & fasciis spiritualis infantis. Cap. 24.

QVemadmodum non satis commode sine obstetrice humanus nascitur infans; ita neque absque sua obstetrice spiritualis fœtus commode

mode in lucem prodire poterit. Quare summum illum parentem aliquam obstetricem ad infantes spirituales suscipiendos parasse credendum est. Vt autem cuinam obstetricis partes tribuendæ sint, melius explicemus, obstetricis munera recensere oportet. Ostetricis igitur partes sunt adesse partui, ut mulier facilius enitatur, & ut infans nascendo nihil detrimenti patiatur: & ideo uentrem parientis linit, & prodeuntem puerum manibus excipit, umbilicum aufert, & ligat, denique fouet infantem. Obstetrices huius diuini partus eos, primū esse diceres, quos susceptores uocamus. Hi nanque ex antiqua Ecclesiæ consuetudine parientem ecclesiam iuuant, dum assistunt partui, dum consensum pro puero præstant, dum pro eo respondent, ac alia obstetricum munera spiritualiter exercent. Deinde, Deus etiam obstetricis personam agit, dum spiritualiter parturientibus assistit, sine cuius ope non bene paritur, dum infantem suscipit, fouet, tuetur, uestibusque spiritualibus inuoluit. Huc facere uidetur illud psalmographi: In te confirmatus sum ex utero: de uentre matris meæ, tu es protector meus. Quem locum quidam hunc in modum spiritualiter exposuit. In te confirmatus sum: hoc est, in fide & gratia tua cœpi stabiliri: Ex utero, id est ex catechismo, ubi in Christiana doctrina instructus sum: de uentre matris meæ; hoc est, de uentre Ecclesiæ: nempe ex sacro baptismate, in quo spiritualiter regeneratus sum ex aqua & Spiritu sancto. Et, si ut scriptura ait, obstetricante manu Dei educitur de cauernis coluber tortuosus, quanto magis in hoc partu sibi gratissimo obstetricis uices Deus geret? Ethnici quoq; humano partui Deam quandam, quæ parientibus præsto esset, præesse existimarunt. Hunc igitur, tam supremum, tamquam difficilem partum sine diuina ope fieri posse, nemo sit qui putet. Obstetricatur autē per leges, quibus instruit, & erudit, & dum priuato auxilio regit, & sustentat.

Docto-

Ezec. 16. *De con. d. 4. in ca tec. vos ante. Quæris. Dionys. Areop.* *Ps. 30. Dionys. Carth.* *Locus explic.* *Ioan. 3.* *Iob 26.* *Beda.*

Doctores præterea, & animarum curatores, & omnes qui hunc partum aliqua ratione iuuant, quatenus obstetricum munera exercent, obstetrices appellares. Immo, quiuis, dum sibi nascenti, cõsentiendo, cenitendoque opem fert, personam obstetricis agit. *Orig. ho. 2. in Genes.* Sed ò rem lacrymis dignam. Obstetrices quasdam passim reperires pessimas, quæ natos infantes Pharaonis, id est Dæmonis iussu, exemplo corruptæ uitę, *Exod. 1.* & deprauata uiuendi ratione corrumpunt, & ueluti Herodis satellites erroris gladio necant; quibus, eo *Mat. 2.* sunt crudeliores, quod illi corpus alieno iussu; hæ vero animam, contra mandatum Dei, occidunt: ex illorum occisione infantès martyrio coronati felicitatem assecuti sunt; istarum uero opera sub Dæmonis iugo subijciuntur, ac ad æternos cruciatus obligantur. Sunt etiam ægyptiacis obstetricibus minus misericordes; cum illæ contra Regis crudelissimi mandatum, non sine magni supplicij periculo Hebræorum infantes seruauerint, hæ vero contra misericordis Dei præceptũ, Christi, & Dei filios perdant: quo quid scelestius? quid ve nefarius excogitari potest? Quid .n. est magis ab humanitate abhorrens, quam candidos & puros pueros uitijs inficere, malis moribus imbuere, simplices decipere, ad beatitudinẽ quadam naturæ propensione redeuntes a uia reuocare, filios Dei a Deo seiungere, & ad Dęmonem traduce, & tandem inermes, & imbelles crudeliter necare? Et quod deplores, plures & diligentiores, ad pueros corrumpendos, quàm ad eos in puritate conseruandos, inter christianos reperires. Vbi autem infans in hàc lucem editus susceptusq; est, linteo amiciri & fascibus ligari solet. Linteum, quo hic diuinus infans inuoluitur, est stola illa candidissima iustitiæ, qua obstetrices induunt,
Exod. 1. *Anterus Papa epi sto. decr.*

Infantes nineos corpore, corde, habitu.

Ad quam interiorem stolam significandam, mos est, ut recens nati infantes albo amictu inuoluantur.
Bruchar. Vormac. Ino. 1. p. cap. 143. De cons. d. 4 Post.

Abluit

Abluit enim baptismus omnes peccatorum omnium sordes, & innocentiæ, ac puritatis stolam præbet: ut merito quidam exclamauerit: Beati uos o Israel coram illo a quo mundati estis; & quis mundauit uos? Pater uester, q est in celis. Hinc Venãtius Honorius.

Rabbi Aciba. *Venant. Honor.*

Fulgentes animas uestis quoque candida signat.

Fascias, quibus circumligatur, non inepte quis diceret esse diuina præcepta, & leges: fidei inquam, spei, & caritatis, & sacramentorũ mandata, quibus continetur ne diffluat, & cadat, & aliqua mẽbrorum distortione turpior ñat. Cunæ, ut Brachario placet, sunt Christi crux, in quibus collocandus est hic ipsius filius: sic enim ille scribit. Quos natos crucis cuna suscepit, & euãgelij mammilla lactauit. O felicem infantem, cui tam preciosæ & speciosæ cunæ sunt preparatæ? O felicem infantem in Christi cubili iacentem? Dum in his cunis cubabis, ab omni eris fascinatione tutus: dum in his cunis iacebis, ab omnibus maleficarum artibus liber eris: dum in his cunis manebis, nullos terrores timebis: dum in his cunis morabe ris, eiulatus tuos benignus pater; diui, diuæque omnes clementer exaudient, ac statim accurrent: dum in his cunis stabis, festiuissimis crepundijs ab amantissimis parentibus donaberis: dum in his cunis uersaberis? Deus, ac sancti omnes tibi delicias faciẽt: dum in his cunis residebis, diuino calore fotus, ualebis, cresces, & pinguesces multum: demum, dum in his cunis recubabis, in pace in idipsum dormies, & requiesces. Valeant igitur auratæ filiorum regum cunæ: nullæ, etiam si ex auro & lapillis preciosissimis constarent, cum his conferantur cunis; illæ luxus & superbiæ, hæ sanctitatis, & uirtutum initia præbent; illæ nullam ad eludendas maleficarum artes uim habent; hæ etiam ipsos Dæmonas fugant. Panni in quibus hic diuinus infans inuoluitur, dum infantiam agit, & in his cunis cubat, est diuina protectio, aut certe humilitas, suiq; agnitio, qua inuolutus esse debet.

Brachar. *Drog. lib. de passione.* *Ps. 4.* *Hieron. Ezec. 16.*

bet, qui uult Christo uiuere, & in cruce quiescere: His pannis inuoluendus est infans, ne de cunis decidat, aut aliquam prauitatem contrahat. Vel dicas esse, rudia christianæ religionis elementa, quibus fouendus uestiendusque est hic spiritualis infans.

De mystico lacte, quo spiritualis infans lactandus est. Cap. 25.

VT is, qui ex carne nascitur infans, statim atq; in hanc lucem euasit, primũ flebili quodam sono, tum balbutienti uoce, mammas, & tatas appellando, lac quo se egere sentit, desiderare significat; ac pusillis manib. appetendo, ad illos naturę fontes os admouere connititur; nõ dissimili ratione, ubi spiritualis infans editus est, hac prima Christianorũ uoce; Abba. i. Pater, CREDO, spirituale lac se sugere uelle demonstrat. Quare si natura, ut sapientes scribunt, nõ modo de animaliũ generatione, sed ẽt de cibo, quo nutriri sustentariq; queant est solicita; multo magis Deum, de lacte, atq; nutrice huic spirituali fœtui prouidisse censendum est. Et, ut qđ sit lac spirituale explicemus, aduertendũ est hãc uocem in diuinis scripturis interdũ male sonare, & pro corrupta, & adulterata impiorũ doctrina, & adulatione sumi; sic etiam, lactare, quod est uitijs & uenenatis adulationibus corrumpere. Ab hoc lacte abstinendum esse monebat sapiens, cum dicebat. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Est eiam lactare, errata laudare, (laudatur. n. peccator in desiderijs animæ suæ) & in nimiam misericordiæ diuinæ spem homines adducere. Quod lac facile sugunt, qui se libidinibus, & luxui dedunt, ea tamen spe, quæ sæpe multos fallit, ut aliquando ad bonam frugem redeant; non animaduertentes misericordiam & iustitiã Dei esse pares, semperq; ueluti duas sorores in omni diuino opere esse coniunctas. Ex eadẽ scriptura lac, & lactare in bonã partẽ aliquando sumi, colligere licet;

Hosius Cardin. Varmię. Galat. 4. *Prou. 16* *Pro. 1. Psal. 9. Greg. Beda.* *Berengotius ser. de natiu. martyr.*

ut ex his quæ dicemus perſpicuum fiet. Lac,& mel, allegorice,rerum abundantiam, & futuræ gloriæ de licias uoluptatesque deſignant:& lactentes, dicuntur
Num.13 recens baptizati, & in Chriſto nati, innocentes, ru-
Iſych. des,& ſimplices homines. Lac autem, quo ſpiritua
leu. 20. lis infans lactandus eſt, ex Origenis ſententia, eſt a- pertior faciliorque doctrina, qualis eſſe moralis ſo-
Hebr. 4. let:quæ prẹberi conſueuit ijs, qui initia habent in di
ho. 27. in uinis ſtudijs,& prima eruditionis rationalis elemen
numer. ta ſuſcipiunt. De quo lacte dando,ac de modo,mul ta eleganter in quodam concilio Treuerenſi, & in Colonienſi anno 1536. celebrato,ſcribuntur. Hie- ronymo, lac,eſt tenuis ſacrarum litterarum ſenſus.
Hie. Pro. Hoc lacte prudentiſſima illa nutrix, quæ non in ſu-
39. blimitate ſermonis,non in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina ſpiritus uenerat,ſuos lactabat filios. At diuo Chryſoſtomo, lac, eſt illa prima eru- ditio, qua fideles inſtituuntur:& apud Paulum, lac
1. Cor. 2. eſt de minimis: & facilioribus rebus ſermo: ſi- cuti,panis,eſt ſolidior cibus,eſt de rebus altioribus,
Chryſ. & grauioribus diſputatio. Præterea, lac eſt diuina gratia,& ſpiritus, quo hic infans nutritur, & auge-
Auguſt. tur. Ipſum lac,unde fit caſeus, ut ait Auguſtinus,mi
in Pſ. 67. ro quodam modo ſignificat gratiam Dei: manat.n. ex abundantia uiſcerum maternorum, & miſericor- dia delectabilis paruulis infunditur. Sunt qui di- cant, lac eſſe Chriſtum, quod humilis & tractabilis
Auguſt. factus ſit pro nobis,ut lacte ſuæ humanitatis, & ſua- uitatis,lacteus puer eos enutriret,quibus poſtea ſuã
Iſa. 7. carnem uere in cibum & ſanguinem uere in potum, dedit. Nec male quis diceret,lac eſſe puram,ſimpli cem,& candidam conſuetudinem, qua recẽs in Chri ſto nati omnino imbuendi ſunt. Ad lac ſpirituale ſu- gendum apoſtolorum princeps ſpirituales infantes.
1. Pet. 2. his uerbis hortabatur: Sicut modo geniti infantes, & rationales,ſeu ut Græci legunt,rationale, & ſine dolo lac concupiſcite; ut in eo creſcatis in ſalutem;

ſi ta-

ſi tamen guſtatis, quam dulcis eſt dominus. Ratio- *Locus ex.*
nales infantes eos uocat,qui non more infantium &
puerorum,ſed prudenter uiuentes, doloſo lacte ab
hęreticis & impijs ſe lactari non ſinunt. Vel ſi le-
gis,rationabile lac;ſpiritualem notitiam, contra car
nalem ſenſum per lac rationabile intelligit:quod lac
non concupiſcit,niſi is,qui cognouit, quam χρηστὸς,
ideſt ſuauis uel dulcis eſt Dominus. Item,cum Gre
gorio diceres, lac eſſe diuinam conſolationem, qua *Greg.*
infantes recreantur,& ſuſtentantur;qua, recens nati
multum indigent; cum ad ſolidiorem tribulatio-
num cibum edendum apti nondum ſint. Plura, ſi
quis de lacte ſpirituali per analogiam ad carnale uel
let dicere,eos legat,qui de lactis natura & ad nutri-
endum ui,ſcripſerunt. Solet pueris dari etiam la-
ctis adeps,ideſt butyrum,quod ſignificat paulo ſubli *Anton.*
miorem ſacrorum myſteriorum ſenſum, fidei & ca- *Gazo lib.*
ritatis,ac bonorum operum abundantiam. Inſuper *de conſer.*
datur etiam mel:& ideo de Emanuele,id eſt de Filio *ſanit.*
Dei incarnato,& puero pro nobis dato, qui fuit no-
biſcum Deus, legitur: Butyrum & mel come-
det: quæ uerba, licet ad demonſtrandam, an- *Orig. ho.*
tequam hæreſes conſurgerent, ueram Filii Dei car *2 in Iſa.*
nem,pro nobis aſſumptam dicta fuerint, quia, qui
manducat,is uere uiuit, & ueram carnem habet: ta-
men myſticè, butyrum & mel comedere, eſt bo-
nis uerbis, & operibus uti: uel deſideria ſancta, *Iſa.7.*
cum pijs operibus copulare: Aut certe, mel & bu-
tyrum,eſt ſuauitas illa,quam noue inChriſto nati gu
ſtare conſueuerunt:uel demum, eſt ſuauis reſponſio *Locus ex.*
& dulcis conſolatio. Multum ſane congruenter fa-
cilis inſtitutio, moralis eruditio,gratia, conſolatio, *Orig.*
& alia quæ dicta ſunt lac appellantur:quia, ſicuti lac *Greg.*
eſt dulce,album,nutrit,& facile ſumitur; ita iſta om
nia ſunt ſuauia,candida,alentia, & ſumptu facilia.
De lacte gratiæ illud ſpeciatim dixerim, productum
fuiſſe ex ſanguine matris noſtræ, ſapientiæ inquam
incar-

incarnatæ, concoctione facta summo illo summi amoris calore, in eius pectore, dum in Cruce pendebat.

De huberibus, quæ spirituali infanti sugenda sunt. Cap. 26.

HVbera sunt lactis receptacula, & ueluti quidam naturæ fontes, in gratiam eorum animalium, quæ nata, a terra cibum capere nequeunt, instituta. In diuinis litteris interdum non bene sonant; & ij hubera mala habere dicuntur, qui pro bono malum, id est pro lacte uenenum, pro ueris falsas, ut supra de lacte diximus, uoluptates suggerunt. Hubera uero bona, quibus spiritualis infans lactandus est, primum, sunt duo testamenta, uetus uidelicet & noua scriptura: quę duo hubera sunt diligenda, & sugenda magis quam uinum; id est quam humana sapientia. Sunt quidem duo testamenta, quasi duo matris Ecclesiæ hubera, quibus suos filios lactat; sed tamen, non eodem modo, neque eodem lacte sunt plena; & multum inter se hæc duo hubera distant, licet sibi mutuo respondeant. Alia enim ratione sapientia mater infantes durę ceruicis & carnales, quam infantes obsequentes & spirituales lactare debuit. Deinde, ex quorundam sententia duo hubera speciatim sunt duæ tabulæ legis, in quibus simplicior doctrina continetur. Diceres etiam, duas mãmas, ad quas hic puer os suum admouere debet, esse duo caritatis præcepta, a quarum mammarum altera lac amoris diuini sugitur; ab altera uero amor proximi hauritur: & ad hæc duo hubera quicquid lactis est in huberibus superius explicatis, confluit. Beatus ergo puer ille, qui hæc suxerit hubera: quia, cum hæc suxerit, quidquid est in diuinis litteris succi, in succum sanguineumque suum conuertet. Philo in cantica, duo hubera, duo spiritus sancti signa, man-

Isa.5. Thre.4. Philo in Cant. Aug. Greg. Cant.1. Finis Ferrar. lib.4. cap.41. Luc.11. Philo.

sue-

suetudinem, scilicet & humilitatem cordis, esse dixit. Præterea de aliorum sententia, duo hubera sunt duo diuinarum scripturarum sensus, literæ nimirum, & spiritus notitia: uerum, ex his duabus mammis, altera lac dulcius, & magis ad nutriēdum pueros aptum effundit; illa uidelicet, ex qua notitia spiritualis fluit; qua, ut diximus spirituales infantes melius nutriuntur. Denique Apostoli, & Euangelistæ, & doctrina, & admonitiones eorum, quos uicem nutricis gerere paulo post dicemus, sunt ueluti quædam hubera ab hoc infante sugenda. Hæc enim sunt uiua matris Ecclesiæ hubera, quibus suos filios lactare solita est. Sacerdotes, ait Cæsarius Arelatensis episcopus, in ecclesia similitudinem debent habere uaccarum, & Christiani typum tenent uitulorū. Sicut enim uacca duo hubera habet, ex quibus nutriat filium suum, ita & sacerdotes duobus huberibus, ueteris nimirum, & noui testamenti, debent pascere populum Christianum. Et sicut uaccæ per prata, & montes discurrunt, ut depastis herbis cibum lactis uitulis præparent; ita sacerdotes, per amœna sacrarum literarum prata debent uagari, ut lac spirituale filijs suis præparent; & ubi præparauerint, ad ora uitulorum lactare cupientium se se accommodent. Vituli quoque ad matres, ut ab eis lactentur, accurrunt, ac etiam contentione quadam lac sugere conantur: pari ratione uituli spirituales matres suas importunitate quadam inquietare, & honesta uiolentia necessarium sibi lac sugere debent. Verum, o rem miserandam, quam paucas reperies uaccas, quæ lacte spirituali hubera gestent plena? Et quid mirum? cum in pratis sacrarum literarum non pascant; cum eo cibo non uescantur, qui quotidie cuiuis non modo sacerdoti, sed etiam Christiano capiendus esset, cibo uidelicet sacrarum scripturarum. Quo modo ergo infantes de earum huberibus lac requirent? & quomodo lac, quod non habent custodiūt? Magnum sane detri-

Iustus episcopus annotat. in cant.

Greg. Cæsareus.

Turonēus. conc. sub Carol. Mag. c. 1. 3.

Mala. 2.

mentum Ecclesię paruuli capiunt, ex eo, quod hæ ma
tres hubera gestent sicca: sed multo maius, quod interdum lacte non puro, ut leniter dicam, gestant ple
Ose.6. na. Ignorant siquidem illud scripturæ: Deum ab ipsis magis scientiam, quam holocaustum requirere;
Conc.Colon.c.20. & substantiam sacerdotij, esse eloquia diuinitus tradita. Vnde est, ait quoddam concilium, quod istis
Conc.Colon.c.7. nostris temporibus sacerdotes multi, pro nihilo habentur? An quia sunt, tanquam sal infatuatum, & propterea conculcantur ab hominibus? An quia,

Homo insipiens non est homo, sed imago hominis?

Ianus Anysius. O, quam desiderarem auribus sacerdotum quorundam altius inclamare, atque eos ad studium sacrarum literarum excitare? qua re, nihil suauius, nihil
Psal.1.
Gerson. utilius in hac uita homini accidere posse puto: ut merito quidam dixerit, nullam esse uiuendi rationem, quæ aliquam felicitatem in hac uita afferat, nisi in lectione sacrarum literarum assidue uersari.
Psal. 18. Et ille cui scriptura super mel & fauum dulcis erat, cum non ignoraret magnam esse inter sapientes de finibus bonorum & malorum concertationem, sta-
Psal. 1. tim in capite libri eam diremit: dixitque eos esse beatos, qui in lege Domini meditantur die ac nocte; hoc est, semper. Id cum patres nostri intelligerent, & exemplo, & uerbis ad sacrarum scriptura-
Adr. Cardi.lib. 3. & 4. rum lectionem nos excitarunt: de qua re, ne latius a proposito nostro diuagemur, nihil dicemus, sed solum uerba quædam Haymonis Halbersatensis epi-
Haymo. Halbersat. scopi, ex compendio historiæ ecclesiasticæ, huc pertinentia, adscribemus. Agimus gratias tantæ patrum diligentiæ, quorum circa sacras scripturas tam feruentissima occupatio & tam iugis solicitudo fuit, ut non solum scriberent libros, vel explanarent, sed etiam scripta quorumlibet uirorum illustrium diuinitus scripta, multis laboribus, multis quoque expensis in opus notariorum sibi coaceruarent ad profectum uniuersalis Ecclesiæ. Audiant huius temporis

poris Ecclesiæ personæ, & rubore confundantur, quia a uestigijs patrum tam impudenter, & imprudenter recesserunt, quod serui facti sunt ancillarum, ambitionis, & pecuniæ cum facilius scripturas indagare cum illorum diligentia exemplaribus copiosius abundent. Prho dolor? nunc ad infima rerum, & contemptibilia, ad ciuiles causas etiam conuertuntur. Hæc Haymo. Quid dixisset, si hæc nostra tempora uidisset? quibus, quo maior est librorum uarietas & copia, eo magis negligentia eorum, qui scripturę operam dare deberent creuit. Demum, ut hoc caput concludamus, si spiritualis infans sentiet se lacte egere, nec inueniet matrem, quæ ipsum lactare uelit, ad matrem misericordiæ & orphanorum confugiat, a qua proculdubio lactabitur. Nam,

Quisquis Virgo tuum numen reuerenter adorat Paul.
Participem optati muneris esse facis. Spinos.

Huius igitur beatissimæ matris hubera noue infans omni tempore te inebrient, & in amore eius te iugiter delectare. Pro. 5.

De nutrice, nutritio, & pedagogo spiritualis pueri. Cap. 27.

CVm ea sit infantis pueri conditio, ut uel hubera non cognoscat, uel si cognoscit, non possit per se sine nutricis ope lac sugere; propterea, quæ sint spiritualis infantis nutrices, ad quas lactis sugendi causa, ei confugere liceat, aperire necesse est. Possumus itaque primum, illas easdem, nutrices esse dicere, quas matres esse diximus. Nanq; spiritualis mater, si suo uult officio fungi, eas matres imitetur, quæ, quos genuerunt, lactant. Vereor tamen, ne multæ reperiantur matres, quæ suos infantes lacte, id est humiliore & faciliore doctrina

alere uerecundentur. Inuenires enim multas, quæ uel non alunt, uel si id præstant, cibum, id est difficiliorem doctrinam, pro lacte præbent. Siquidem, passim uideres bonam eorum partem, qui artem docendi fideles profitentur, apud idiotas de prouidentia, de prædestinatione, de mysterio sanctissime Trinitatis, & alijs obscurissimis quæstionibus, quas uix qui diu in scholis uersati sunt intelligere queunt, fusius disputantem. Sed, quo nam modo, tam durum cibum, qui nondum dentes contemplationis, & scientiæ habent, mandere possunt? Discant concionandi, & lactandi formulam a summis, & excellentissimis concionatoribus, a Paulo, & ab Apostolis omnibus, & a Christo domino, qui speciatim cum quippiam docturus erat, aliquam simplicem parabolam, ut ex sacris euangelijs constat, proponebat. Et Paulus: Sed in ecclesia uolo, id est more Hebræorum, magis uolo quinque uerba. i. pauca uerba sensu meo, id est ut Photius exponit, cum fructu mentis, & intentionis meæ, quæ est multorum utilitas loqui, ut & alios instruam, quam decem milia uerborum in lingua. i. dono linguæ, non intellectæ. Animaduertant hoc loco, qui non ut deberent uerbum diuinum tractant. Paulus paucis, ad utilitatem, non ad ostentationem linguæ, contentus erat: alij contra, multis, ad ostentationem materni sermonis, in quo limando & puliendo totos ipsos annos consumunt, & interim lectionem sacrarum scripturarum, sanctorum patrum, & canonum negligunt. Dicunt: Ita nunc sunt mores: alias te non audirent: non haberes frequentem concionem, non delectares. Rationem ergo concionandi ueram, ut auribus des, relinques? ut delectes, nõ iuuabis? An non Deus saluos facere uoluit credentes per stultitiã prędicationis? non solum, quia apostoli uisi sunt prędicare stulta, sed etiã per stultum quendam modum; hoc est, nõ per sublimitatẽ sermonis. Animaduertant, obsecro, concionatores Augustini sñiam, ex quarto

Gregor. Nyss. ora. 1. de paup. *1. Cor. 2. 3.* *1. Cor. 14* *Locus explic.* *Photius.* *1. Cor. 1.* *1. Cor. 2.* *August.*

quarto libro de doctrina Christiana, quos libros qui non legerunt non satis bene meo, quidē iudicio, concionandi officio fungi possunt: Bonus doctor uulgi more loquatur, ut ambiguitas obscuritasq; uitetur: non sic dicat, ut a doctis, sed ab indoctis dici solet. Quid.n. prodest locutionis integritas, quam non sequatur intellectus audientis? Et Gregorius cognomento Theologus, de eadē re sic scriptum reliquit: Mihi autem quinq; potius uerba in Ecclesia, cū prudentia loqui cōtingat, quam infinita in lingua, & uoce tubæ raucę, quę militē meum nequaquam ad spiritualem excitet pugnā. Eam.n. ego sapientiam laudo, & amplector, per quam ignobiles facti sunt gloriosi, & despecti honorē acquisiuerunt, ac cum qua piscatores orbem uniuersum Euangelij cepere retibus, dum sermone perfecto & succincto, sapientiam superarūt inanem: & paulo infra. Non qui verbis sapit, mihi sapiens est, sed qui pauca de uirtute loquitur, multa uero ostendit operibus. Siquidem præstantior est mihi formæ pulchritudo, quæ conspici potest, quàm quæ sermonis pingitur industria. Huc faciunt uerba quædā Gregorij presbyteri in uita Gregorij Nazianzeni. Nam, & patribus magis accepta est infantiū balbuties, præcipue cum ex animi procedit simplicitate, quam adultorum sermo articulatus & admodum sonorus. Et si Deus, ut supra scripsimus, ut nos eius orationē intelligeremus, quasi balbutiendo nobiscum locutus est, cur idem eius serui, & ministri non facient? Dicerent, si humilia dixerimus, si nullum adhibuerimus ornatum; nulla erit auctoritas nostra; nulla doctrinæ opinio; fama, & gloria nulla: & si quā acquisiuimus, amittemus. Verum, cum is auctoritatem habeat, qui doctus est, & is doctus sit, qui aptus est ad docendum (talem enim episcopum requirebat Paulus, διδακτὸν, id est aptum ad docendū) nescio quam auctoritatem habere, aut doctus uocari possit, qui ita docet, ut is quem docet, quid doceat non intelligat:

Gregor. orat. in funere Gorgoniæ.

Gregor. presbyter cap. 4.

Timo. 3.

Pallad. lib. de rust.

gat: cū sit prima eius qui docet prudentia, eius quem docet considerare personam. Illud uero de fama, & gloria, quam putant necessariam esse ad persuadendum; si de fama sanctitatis, & bonæ formulæ concionandi, intelligunt, id eis concedo; quam gloriam, non uolubilitate uerborum, & infantili oratione, sed simplicitate dicendi, integraque ratione uiuendi sibi acquirēt. Si uero de uana uulgi opinione, quā sæpe concionando damnare solent; caueant, ne ipsis dici possit: Tu, qui gloriam damnas, gloriam uenaris. Desiderantur itaque, ac necessarij sunt, qui Ecclesiæ infantes quorum maior est numerus, lacte simplicis doctrinæ nutriant: qui desiderio nutriendi pueros ad hubera blāditijs alliciant: qui cum Christo dicant: Sinite paruulos uenire ad me: qui sint tanquam bona illa nutrix, facti omnia omnibus; cum passim reperiantur, qui sunt facti omnia sibi. Etenim, quam paucas cernimus nutrices, quæ matris Ecclesiæ præcepto de lactandis infantibus lacte doctrinæ Christianæ pareant? ut liceat una cum Ieremia plorare, ac dicere: Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. De quibusdam uero nutritiis quid diceres? qui nihil curant, ut nutrices suis satisfaciant partibus. Per nutrices hoc loco animarum curatores, per nutritios uero episcopos, quibus sancta mater Ecclesia suos filios nutricandos tradidit, intelligo: qui omnes si diligenter legerent, quæ diuus Gregorius in pastorali, quæ diuus Chrysostomus in libris de sacerdotio, & quæ collecta sunt a patribus in Concilio Aquisgranensi, & quæ alij pij scriptores de ipsorum officio scripserunt, aliquando ad munus susceptum diligēter exercendum commonerentur. Sed, ne spiritualis infans unquam derelictus esse uideatur; ubi omni auxilio humanæ nutricis, uel alumni se destitutum esse sentiet, ad eam se conuertat matrem, quæ filiorum

Mat. 19.
1. *Cor.* 9
Conc. Constan. 6. c. 5.
Lateran. sub Leone X.
Trident.
Iere. 4.
Gregor.
Chrys.
Concil. Aquisgr. p. 6. c. 1.

rum nunquam obliuisci consueuit, ad sapientiam *Ps. 49.*
uidelicet æternam, & incarnatam, quæ suis huberi- *Origen.*
bus lacte infinitæ sapientiæ & gratiarum plenis, *Bern. in*
eum lactabit semper. Iacta ergo diuine puer ad *cant.*
hanc diuinam matrem eiulatum tuum, & ipsa te *Psal. 54.*
enutriet. Nunquid ab ea derelinqueris nutrice, *Ps. 146.*
quæ dat escam pecoribus suis, & pullis coruorum *Ps. 103.*
inuocantibus se? Cuius lacte omnia satiantur: a cu-
ius huberibus omnia expectant bonitatem. Nun- *Mat. 6.*
quid tu diuine infans non pluris uales, quam passe-
res omnes? & tamen hæc tua nutrix, quæ omnia *Ps. 146.*
portat, omnia nutrit, omnia fouet, singulos pa- *Locus ex*
scit. Clama igitur tanquam coruorum pullus a *plic.*
matre & nutrice humana derelictus, & nutrica- *Isa. 46.*
bit te, ea quæ ob pennarum candorem te agnoscit
mater & nutrix. Et ut mihi fidem habeas, eius per-
cipe uerba. A meo utero te porto, a me uulua te ge- *Osæi 1.*
sto, usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos
ego portabo: ego feci, ego feram, ego portabo, & sal *Isa. 49.*
uabo. Et alibi: Ego quasi nutritius Ephraim porta-
bam eos in brachiis meis. Item: Nunquid obliuisci
potest mulier infantem suum, ut non misereatur fi-
lio uteri sui. Et si illa oblita fuerit, ego tamen non
obliuiscar tui. Sed iam speciatim, quæ sint huius in-
fantis nutrices doceamus. Primum, hoc munus nu-
triendi spirituales pueros, ad eos, qui secundum car
nem genuerunt pertinet. Siquidem, non solum ad
filios procreandos, sed etiam ad eosdem bonis mo-
ribus imbuendos natura inclinat: quod munus suo
etiam modo, quæ ratione carent animalia, præstant. *Plato in*
Non uideo, dixit quidam, ubi maiore diligentia sit *Theage.*
opus, si quis mentem modo habeat, quam ut filium
optimum reddat. Parentes, diuus dicebat Ignatius, *D. Igna*
nutrite filios in eruditione, & disciplina Domini, & *tius.*
docete eos sacras literas, & artes honestas, ne ocio
gaudeant. Instituant igitur primum in doctrina chri
stiana, quæ est lac spirituale, ut supra scripsimus: in
quo ita negligentes sunt, ut nihil perditius excogita-

Acto.15 ri poſſit. Quo fit, ut interdum inueniantur pueri, & Sadol. li. infantes centum annorum; qui quid credant, quid de insti. ſibi pro ſeruanda lege chriſtiana faciendum ſit, prorpuerorũ ſus ignorant, immo de multis male ſentiunt; ueluti L. Lanones. de inferno, de paradiſo: & quod ego audiui, quidam ex nobili familia natus, iam ætate affectus, non omC. de ſpe- nino literarum ignarus, neque improbus, palam, do ctac. mi ſuæ, aſtantibus filijs, aſſeuerabat ſimplicem forClem. A- nicationem non eſſe lætale peccatum; & ita iuuelexan. pe nes meretrices cognoſcentes, a peccato excuſabat. dag. Alias, mihi multis rationibus, quibuſdam de hac Aeneas ueritate iam a principio naſcentis Eccleſiæ ſanciSylui. ta dubitantibus, fides facienda fuit. Quare, ſi noLudo. Vi ſtris temporibus in uſu eſſent pœnæ grauiſſimæ, quines. bus olim parentes in puerorum inſtitutione negliPetrus gentes afficiebantur, pauci, qui ab illis eſſent imPau. Ver munes, reperirentur. Quamobrem, ſi genus quodger. dam impietatis, & quidẽ horrendum uideretur, ſi pa Iacobus rentes infantes ſuos fame perire ſinerent; cur non Comes. erit cenſenda maior impietas, ſi in uita ſpirituali Maphe- cos ſpiritualiter nutriendo, conſeruare non curaus Ve- bunt? & eo quidem maior erit culpa, quo anima gius. præſtantior eſt corpore. Et quid quæſo diceres de Iachin. iis parentibus, qui non modo filios non lactant, Perion. ſed etiam exemplo corruptæ uitæ, & interdum daL. Vitru- ta opera, ſcientes & uolentes, ipſis etiam intermus Ro- dum filijs reclamantibus, inficiunt, & enecant? ſci9 Caſa Quod ſi quiſpiam, officio ſuo facere ſatis uellet, Heaman. ac rationem inſtituendorum filiorum a me requiSchoten. reret, cum non ſit hic de hac re diſputandi loIonas phi cus, eum ad eos auctores, quos in margine citatos lologus. uidebit, ex quibus omnia quæ ad pueros in omni Higinius genere morum recte inſtituendos pertinent haurire Papa. poterit, reijcio. Pertinet preterea hoc munus ad ſu Ino. p. 1. ſceptores, quos cõpatres uocant cũ; ij ad hoc officiũ 14. perſoluendũ, ſe obligẽt, & mater eccleſia id eis preci piat. Et, ut multa omittã loca. in concilio Arelatenſi

ſub

ſub Carolo magno celebrato, præcipitur ut patrini, quos de fonte ſuſceperunt erudire, magnopere ſtudeant. Inſuper, ludi magiſtris id oneris a ſacris concilijs imponitur, ut ex Lateranenſi concilio ſub Leone x. & Conſtantienſi conſtat. Præcipitur enim ut pueros non modo grammaticam, ſed etiam diuina præcepta, quæ ad religionem, & bonos mores pertinét doceant. Qua autem ratione filios, quos docendos ſuſceperunt, præceptores docere, & erudire debeant, non eſt noſtrum in præſentia oſtendere; nec defuerunt, qui de hac re ſcripſerint, quos conſulere poſſunt. Hoc unum ſcio, in hac re grauiter a bona parte eorum qui artem iſtam profitentur, non ſine magno puerorum, parentum, & reipublicæ detrimento peccari; quæ res, ut arbitror, publica correctione, & ordinatione egeret. Denique omnes qui conſilio & prudentia pollent, maxime inter Chriſtianos, qui & inter ſe ſunt fratres, & unius corporis membra, deberent nutrire cunctos, quos ſpirituali cibo egere cognoſcunt, cum cuique Deus mandauerit de proximo ſuo, & dederit præceptum de eleemoſyna ſpirituali facienda, id eſt de docendis ignorantibus, inſtruendisque peccatoribus. Quod officium ita Deo gratum exiſtit, ut Dauid non raro ab eo ueniam impetrare ex hoc loco nitatur, dum hoc officium ſe præſtaturum eſſe pollicetur: ut ex pſalmo quinquageſimo patet, cum ait: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur: ſi mihi nimirum peperceris. Vt autem hæ ſpirituales nutrices ſuo melius fungantur officio, non erit ab re nutricum munera breuiter recenſere. Nutrix, uicem matris gerit, & omnia efficit quę mater, baiulat, mundat, lactat, præmandit cibum, & præmanſum in os ingerit, una cum puero gaudet, & triſtatur: Etenim bonæ nutricis eſt, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: docet rationem loquendi, ad idque faciendum imperfectis utitur uocibus: uagientem conſolatur, eique delicias facit,

De conſ. d. 4. In catechiſ. Arelat. cõc. c. 19. Late. c. 3. Conſtantiens c. 5.

Claudius Baduel. epiſ. ad Sadoletum.

Pſal. 50.

Rom. 12.

facit, quo modo incedere debeat instruit, ac pueri errata patienter fert; quæ patientia, cum in omni re, tum in pueris instituendis pernecessaria est. Hos eosdem pedagogos spirituales appellares, si illis pedagogi conditiones accommodares, legesque pedagogiæ traderes. Reperiri quosdam spirituales pedagogos constat ex uerbis Pauli cum ait: Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, &c. Nec quisquam sit, qui hanc functionem humilem, & sordidam esse iudicet: quandoquidem, nemo sibi uituperio esse existimare debet, si ad instituendos & deducendos Dei filios fuerit uocatus; quod, cum uir sanctitate & doctrina illustris Clemés Alexandrinus intelligeret, hoc officio fungi, ut ex libris, quos de pedagogia in lucem dedit, constat, non est dedignatus. Quid? cum Deus ipse, hoc munus erga populum Hebræum præstiterit? Illud tamen omnes monerem, ne ij pedagogi & magistri esse uelint in re spirituali, qui pedagogo, cum adhuc pueri sint, egent. Propterea in quidam concilio sancitum legimus, ne quis ante trigesimum annum audeat docendi munus suscipere, cum nec Christus dominus sapientia infinita, id muneris ante hoc tempus, exercere uoluerit. γνοῦς πρᾶττε. idest ubi cognoueris, actioni incumbe, unus ex septem sapientibus dicebat. Nemo igitur eorum has nutricandi, & docendi partes uelit sumere, quibus magis discere, quam docere conuenit.

1. Cor. 4. Cle. Ale. Psal. 46. Os. 11. Mæcæsa. c. 11. Gre. Nazia. orat. in sanct. Laua. Sosiades. Celest. 1. epist. 1.

De necessitate, & ratione lactandi, & ablactandi spirituales pueros. Cap. 28.

QVamuis de ratione, & necessitate lactandi, hoc est de modo docendi christianam doctrinam latissime scribere possem: tamen, cum opus de doctrina christiana iam aggressus sim, ubi per duas & triginta tractationes in quibus, quicquid ad erudiendos Christi fideles pertinet, ex san-

ctis

ctis patrib.cōplexurus sum, ibique de modo docendi prima philosophiæ christianæ elemēta iā scripserim, in præsentia rem hanc paucis complectar. Quanta sit necessitas lactandi & nutriendi infantes spirituales ex eo aperte cognoscitur, quod mater Ecclesia, anteaquam spirituales filios pariat, doctrinæ lac in ipsorum ora instillat; dum pueros prius catechizat, quos per baptismum in lucem edat. Et olim ad baptismum non admittebat adultos, nisi prius, quæ ad uitam spiritualem acquirendam, & degendam sunt necessaria, probe tenuissent; ut ex multis scriptorum monumentis, & ex sanctorum patrum catechismis cognoscere licet. Et certe, sicuti infans in utero matris existens, & in lucem editus, ni lacte nutriretur, periret: ita etiam infans spiritualis, nisi nutriatur, & foueatur, moriatur oportet. Cōsideremus deinde animalium ratione carentium erga suos fœtus curam, ut ab ijs discamus, quanto studio filij, & maxime spirituales, curandi & fouendi sint. Primum, ut commodius pariant artificiosissime, ut de auibus loquamur, nidulantur, & oua assidue fouent. Postea, ubi pepererunt, diligenter nutriunt; & cibum, quo alias ipsæ egerent ex suo gutture educūt, & in os pullorum ingerunt; animalia quæ huberibus utuntur, ea patienter sibi exiccari permittunt. Præterea, ab aduersarijs omni solicitudine tutantur, & quæ alias inter cicures recensentur, dum filios defendere debent, eæ feritatem quandam induunt, ut priuatim de gallina constat. Postremo, solēt paulatim ad operationes suæ naturæ cōgruas, & filiis ad conseruandam uitam necessarias instruere, ut patet de auibus, quæ suos pullos ad uolandum prouocant. Quid hic dicerent, qui in cura puerorum spiritualium indormiunt? qui doctrinam tenēt in gutture? Quibus caneres illud. Guttur habent, & non loquuntur. Ad hæc, nonne genus maximum impietatis esset uidere infantem fame perire, & ei

Cyril. Ierosol. Amb. lib. de cate.

Deut. 32.

Ps. 113.

non

non succurrere? at quanto maior erit crudelitas spirituales Ecclesiæ, Christi, & Dei infantes sinere fame spirituali interire? Quare, merito Ieremias, quem supra citauimus, hac de re fletum, & lamentationem fecit. De ratione lactandi: Primum puro candidoque lacte ab omni fæce expurgato lactare studeant, ne lactis impuritate & corruptela uitam, quã puer a matre accepit integram, uitient. Opus itaque erit, ut nutrices bonis uescantur cibis: hoc est, lectione sanctarum scripturarum, & probatorum patrum, a quibus doctrinam accipiendam esse, & scriptura & sacra concilia, non uno in loco docent: contra quod præceptum faciunt, qui ex suo sensu & ex insuaui doctrina gentium nutrire fideles solent. Hos cibos ubi sumpserint feruenti meditatione concoquant, ut bono hubera succo repleant sua. Hinc est, quod multos cernimus grandes quidem natu, sed adhuc paruulos, & quasi nanos, quod hi uel bono lacte, aut certe bene, non lactentur, aut lactis loco solidior cibus eis tribuatur: aut certe, lacte quo crescere deberent, priuentur: quod quam perniciosum sit, indicauit propheta quando ad confirmandam innocentiam suam hoc sibi malum imprecatus est, cum cecinit: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: sicut ablactatus super matre sua, ita retributio in anima mea: hoc est, si non humiliter de me sensi, a lacte legis, seu misericordiæ tuę depellar, non secus ac infans a matre, ab huberibus repellitur. Vt sicuti se habet puellus ablactatus ad matrem suã, cum ab huberibus arcetur, ita tu retribuas mihi; id est ego me habeam erga hubera, quibus tu me lactare soles. Ad hæc, non erit contenta nutrix si altera tantum mammarum, illa nimirum, unde lac doctrinæ emanat, lactauerit: sed etiam altera, unde succus candidæ uitæ & probatorum morum emicat: quoniam huiusmodi lac facilius ab infantibus sugitur, eoque citius adolescunt, & pinguescunt pueri. Etenim,

Iere. 4. — *Turonẽs. conc. Rhemense c. 14. Lateran. sub Leone 10.* — *Gregor. Naz. ora. de modestia in disput. seruanda. Ps. 130. Locus explic.*

nim, nihil efficacius ad bene agendum excicat, quam si is qui docetur, docentem, non tam bene dicere, quam bene facere uiderit: magis enim mouent exépla quam uerba. Id, non solum ad facilius nutricandum puerum, sed etiam ad replendum lacte hubera iuuabit. Nam, *Prosper.*

Scriptorum Domini uidet omne profundum,
Implet qui factis cognita verba pijs.

Hinc est quod sapienter monebat Seneca, ut eum quisque sibi eligeret magistrum, quem magis admiraretur cum uideret, quam cum audiret. *Seneca epist. 35.* Est praeterea prouidae nutricis munus, dum puerum lactat, mammillas digitis comprimere, ut lac in os lactentis pueri huberius influat: quod qua ratione faciendum sit, perbelle Hieronymus exposuit, dum illa sapientis uerba declarauit: Qui premit fortiter hubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. *Pro. 30.* Hubera inquit, fortiter premimus, quando uerba sacri eloquij subtili intellectu pensamus: qua pressione dum lac quaerimus, butyrum inuenimus: quia dum nutriri, uel tenui intellectu quaerimus, ubertate internae pinguedinis inungimur. *Locus explic.* Aut certe, tunc nutrix hubera premit, quando ui feruoris, lac doctrinae in os infantis instillare conatur. *Cle. Rom. epis. 1. ad Iaco. Fra.* Iam uero, quando puerum gestat, caput eius laeua sustentet, & dextera amplexetur: hoc est, timore poenae quasi laeua, & amore quasi dextera in officio contineat. *Locus explic.* Demũ saepe ad hubera portet, & ad genua blandiatur. Caueat accurate, quod iam supra monuimus, ne infanti cui opus est lacte, cibum duriorem tradat: quia cum nec deglutire, nec mandere queat, uerendum est, ne suffocetur, aut macie conficiatur. *Isa. 66.* Discant ab ea peritissima nutrice, quae hunc in modum suos alloquebatur filios: Tamquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis &c. *1. Cor. 3.* Vbi uero puer ad eam peruenerit aetatem & magnitudinem, ut a lacte depellendus sit: id non

repente, sed pedetentim faciat: quod faciet, si interdum aliquid solidioris cibi ei tradiderit: si loco lactis escam, sed præmansam præbuerit; si mammillis aliquid amari apposuerit: quia amaritudine percepta, ad alium cibum sumendum facile se conuertet.

Heb. 4. *Orig.* Solidior cibus, ex Origenis sententia, est abstrusior rerum diuinarum disciplina, tribulatio & angustiæ omni suauitate consolationis uacuæ: ac demum, grata pro Christo molestiarum perpessio. Hoc loco illud adnotatione dignum esse uidetur, *Gen. 21.* antiquos patres ablactationis diem celebrasse, natiuitatis uero nequaquam: quod qui nascuntur, filij iræ nascuntur, qui a lacte depelluntur, ad perfectiorem statum transeunt. Et ut mystice rem explanemus: qui ablactantur iam spiritu consolidati, ad perfectionis uitam degendam transmigrant. Tunc enim lacte post *Locus explic.* habito, ad mensam paternam, id est ad sacrarum scripturarum & mysteriorum intelligentiam admittun- *Isa. 28.* tur: quod Isaias apertissime his uerbis patefecit: Quem docebit scientiam? & intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab huberibus. Rursus ad labores in honorem patris, & utilitatem totius domus, ad magistratus gerendos, ad res serio *Heb. 12.* tractandas uocantur. Flagellat enim Deus omnem filium quem recipit, quos diligit castigat: quo, ut arbitror, homini interiori in hac uita, nihil potest accidere commodius. Solicitat namque nos hic benignus Pater, ut intelligamus in hoc mundo, nihil esse firmi, nihil boni: ut id intelligentes, celeri cursu ad cœlos redire conemur.

Describuntur infantes & pueri spirituales, & eorum conditiones indicantur. Cap. 29.

POst ea, quæ hactenus explicata sunt, sequitur ut de conditionibus infantis & pueri spiritualis aliquid dicamus, ut his cognitis, quisque facile in-

le intelligere queat, an aliquando renatus sit. Infans, qui sic dictus est, quasi fari nequeat, in sacra pagina cum interdum designat, qui eas conditiones habet, quæ in infante uituperari solent; ut infans sit is, qui facile labitur, qui insipiens est, qui nugis delectatur, qui est immundus, qui huc illuc ob animi impoten Pro. 1. tiam omni perturbationis motu facile flectitur, seque quouis fucato bono decipi sinit. Interdum in eadem scriptura infans is nominatur, qui conditiones, & mores qui in infantibus laudantur habet, & de hoc infantium genere nos locuturi sumus. Infantes ergo agi se & tractari facile sinunt, sunt dociles, amabiles, festiui, cantu placantur, fallere nesciunt, timent, rident, flent, fugiunt, cum omnibus facile se cõiungunt. Has conditiones & id genus alias in spirituali infante reperies. Nam spiritualis infans, humilitatis & obedientiæ uirtute agi, & tractari se permittit, docilem se præbet, ab omnibus doctrinæ lac sugere cupit, & cum suauibus moribus, & affabilitate quadam sit imbutus, & spirituali pulchritudine ornatus, mellitus, ac bellus existit; & proinde gratiosus, & amabilis omnibus est: & cum in Domino gaudeat, festiuum ac lepidum omnibus, quibus cum uersatur, se se exhibet: suauibus uocibus, si quid indignationis, aut iræ in ipso natum fuerit, placari se sinit; simplicitate sua potius decipi se patitur, quam aliquem decipiat, ob parentis minas contremiscit, & ad piam matrem confugit: ad eam inquam matrem, cui quidam uere cecinit.

Viderunt similem sæcula nulla tibi. Andr.

Præ lætitia spirituali ridet, & arridet omnibus; flet Dact. cum flentibus, quibuscunque offensiunculis in lacrymas prorumpit, & tunc maxime, quando lacte doctrinæ & gratiæ priuatur: quicquid turpitudinis speciem habet fugit; & a peccato, uelut a facie colubri, Eccl. 21 se auertit. Denique omnes tanquam mammas & tatas appellat & amplectitur, dum ab omnibus opem

im-

implorat, ac iuuari cupit. Solent etiam diuinæ literæ per infantes, eos significare, qui sibi nihil arrogant, qui sua opera pro nihilo ducunt, qui simplicitate delectantur, & se Deo docendos, & tractandos subijciuntur; quod qui non faciunt uituperantur.
Prou.22. Pertinebit itaque ad infantes, modo fletu, modo blanditiis, ad dandum sibi doctrinę lac matres & nutrices
Cef.ho.1 prouocare; ut ipsorum sugendi lactis cupiditate cognita, ad lactandum excitentur magis. Et hæc de infantibus. Nunc pauca de pueris. Vox, puer, in scriptura sępissime pro famulo, ministro, & pro carnali
Ps. 112. homine sumitur. Item puer, cum designat hominē, qui parum sapit, qui uera bona diligere nescit; de
1.Cor.14 quo dicitur. Stultitia colligata est in corde pueri; ut est is, qui est centum annorum puer, & qui fluctuat
Pro. 22. & omni uento doctrinæ circunfertur. In bonam
Eph. 4. partem, puer is dicitur, qui non est malitia infectus, qui simplicitate & puritate, a qua dicitur puer, delectatur; & ideo, aliquando ista uox uirum pium significat. Puerorum conditiones hæ fere sunt. Solent esse flexibiles, placabiles, humiles, & simplices, calore abundantes, & sine solicitudine uiuentes; facile amant, & misericordia afficiuntur; solent cum pa-
Luc. 11. rentibus in eodem lecto dormire, & eis, quod belli sunt, multum placere. Ita spirituales pueri obedientia flectuntur, mansuetudine se placari sinunt, dum illatas iniurias parentis sui causa facile condonant; & cum simplicitate, sine fraudolentia & dolo cum aliis uersantur; quæ uirtutes, quam sint necessariæ, docuit eorum pater Christus, cum dixit, oportere eos esse simplices ut columbæ, & neminem posse in-
Mat.10. trare in regnum cœlorum, qui non efficietur ut par uulus. Sunt etiam abundantes calore diuini amo-
Mat.18. ris; quo fit, ut sint mobiles, agiles, & celeres. Et cum toti pendeant a cura paterna, non sunt soliciti de cra
Mat.16. stino. Expectant enim ab eo, a quo aluntur omnia,
Ps. 103. bonitatem, i. gratias, auxilia, & dona. Norunt enim
illud,

illud, se pluris esse passeribus, quos beneficentissimus *Luc. 12.*
pater alit. Sciunt etiam uanum esse ante lucem sur- *Ps. 126.*
gere, & non ponere spem suam in Domino. Itaque *Psal. 36.*
reuelat spiritalis puer uiam suam patri suo, ac sinit
eum facere. Facile etiam amat, cum eo amore cor e-
mollitum habeat, quo amantur omnia: & certe non
potest non amare omnia, qui amantē omnia amat:
ac proinde nullam cernit in aliis calamitatem, quin
commiserescat, cum omnes æque ac se amet. Cubat
etiam cum patre suo in lecto tribulationum; in quo *Psal. 4.*
in pace, in idipsum dormit, ac requiescit, & pater ob
eius elegantiam & nitorem ei delicias facit. Mentio-
nē hactenus fecimus, ac etiam posthac faciemus de
spirituali fœtu tanquam de masculo, quod masculi
conditiones præstantiores sint quam feminæ. Est. n.
masculus fortior, calidior, uelocior, prudentior, ac
multis aliis uirtutibus præstantior quam fœmina: qđ
etiam ex scripturis sacris discitur; apud quas, femina,
quæ sunt imperfecta, denotare solet: & Deus ex ani- *Leu. 1.*
malibus masculum sibi offerri uoluit; ut mirum uide
ri debeat, cur aliqui fœmineum sexum præstātiorem
quam masculinum esse, dicere sint ausi. Sit ergo hic
nouus fœtus, masculus: qui ex matrice ecclesiæ. i. ex
fide, & embrione. i. ex aqua baptismi, & ex uolunta- *Chrys.*
tis consensu, ueluti ex materia, & ex semine. i. ex gra
tia ui caloris Spiritus sancti, in parte dextera uentris,
ad quam partem collocantur filii Dei, quadraginta *Aug.*
diebus, ueluti Dei templum quadraginta annis, for-
matus, sanguineque Christi altus est. Qui quidem in
uolutus est in pellicula imperfectionis, ex qua tamē,
dum eam frangere conatur, emergere contendit; &
tandem post septem menses, idest post adeptionem
uirtutum omnium, in lucem per opera bona, uel ad
aliquem dignitatis gradum, non sine fletu procedit.
Quod si peteres, quos nam fratres habeat hic nouus
homo, respōderem, omnes Christianos; cum omnes
ex iisdem oriantur, ut ex ante dictis satis constat, pa-

Paul. rentibus. Quod ex antiqua consuetudine, quae olim inter Christianos uigebat, cũ inter se, fratres appel- *1. Cor. 6.* labant, manifestũ est: quae appellatio olim suauissi *Henr.* ma & dulcissima extitit: quę nunc uix in religiosis re *Maury.* peritur: sed in eius locum seruus, & dominus per adu *par. 1. c.* lationem intrusa sunt. Seruum fratris, & cõseruũ fra *18.* tris, inquit Paulinus, se appellare, est magis adulatio *Proclus* nis peccatum quam humilitatis iustificatio. Omnes *cõst. epis.* igitur Christianos internus homo, tanquam fratres *Pau. epis.* amet, eorum curam quantum fieri potest, gerat, ita tamen, ut nihil eorum causa contra parentum uolũtatem agat. Siquidem amicum esse licet, sed usq; ad *Pericles.* aras; hoc est, ut hoc Periclis dictum exponamus, amici causa religio uiolanda non est.

De ordine eorum quae dicenda sunt, & de diuisione partium humani corporis. Cap. 30.

SCripsimus hucusque de iis, quae ad generationẽ, essentiam, natiuitatem, conseruationem, ac institutionem nouae creaturae pertinere uidebantur: nunc eandem iam in lucem editam, quasi oculis cerneremus, per singulas eius partes & membra, externa, & interna, membrorumque functiones, ueluti per anatomiam explicabimus: ut cum hęc enucleata fuerint, multo facilius se quisq; cognoscat. In hac parte explicanda, hanc fere scribendi methodum seruabimus. Primũ de toto corpore spirituali in uniuersum, & de his quae ad totum corpus pertinent, ueluti de statura, mole, pulchritudine, & figura, agemus. Deinde ad singulas partes exponendas transitũ faciemus: & prius de partibus externis, auspicantes a capite, usque ad pedes, postea de internis disputabimus. In singularum partium tractatione hunc ordinem tenebimus. Primum, aliquid de structura, & qualitatibus partis, quando id necessarium esse uidebitur dicemus: secundo loco, illa pars mystice exponetur:

netur: postremo, de usu, & functione illius partis secundum spiritualem intelligentiã disputabimus. His quæ ad cognitionem membrorum & partiũ faciunt explanatis, de ætatibus, de uestimentis, de habitatione, de cibo, & potu, suo ordine scribemus. Reperiri corpus quoddam spirituale interni hominis pluribus demonstrare nihil attinet. Quoniam, si datur internus homo, suum corpus, suo modo habeat, necesse est. Quare sicuti ex diui Pauli doctrina, quoddam mysticum Ecclesiæ corpus datur, in quo sunt oculi, pedes, manus, & cætera mẽbra, ex quibus unũ quid cõstitur; ita, corpus hominis spiritualis mysticum, quod explicandum nobis est, reperietur. Et qui de morali philosophia scripserunt, affirmant remp. esse ueluti corpus quoddam, cuius partes sunt omnes ciues; qui uarias functiones exercentes, uicem membrorum gerunt. In his metaphoricis corporibus, ut in humano corpore, uaria sunt membra, uaria munera obeuntia. Sunt autem membrorum corporis, alia naturalia; quæ corpori nutrimentum subministrant, & hi in corpore mystico ecclesiæ, sunt seculares: alia sunt animata, quæ corpori motum & sensum præbent, & hi sunt prælati: alia sunt, quæ spiritalia nuncupãtur, ut sunt, quæ spiritus uitales præbent, ut cor, & pulmo, & hi sunt patres spirituales: item alia quæ præparant, & hi, sunt qui corrigunt, & instruunt: alia quæ purgant, & hi sunt animarum curatores & episcopi: alia, quæ defendunt, hi sunt principes: denique, alia sunt superiora, alia media, alia infima: superiora regunt, media ligant, infima sustentant: quæ corpori hominis spiritualis sic aptari possent. Sapientia & prudentia dirigunt: pax & caritas ligant: humilitas & spes sustentant. Quod sit ecclesiæ corpus, & quo modo sit compactum, & quibus cõstet, Cyrillus in Leuiticum satis commode exponit. Et hæc breuiter de ordine in hac parte seruando, ac de membris in uniuersum dixisse sufficiat.

Rom. 12. 1. Cor. 10. 12. Eph. 4. Ioan. Salesb. lib. 6 Tur. cre. li. 1. sum. c. 44. Th. Vua. li. 2. ar. 3. Cyrill.

Quid, corpus, in scriptura significet, & quod sit interni hominis, Ecclesiæ, & Christi corpus. Cap. 31.

Ambros. in hexa. *Lact. de opif. Dei.* *Lippus Brädolin. lib. de nu. hu. cond.* *Ioan. Argic. orat. de præst. corporis.* *Galē, de usupar.* *Tertu. li. de uera Christi carne.* *Ioan. Arquer. in dictiona. Theologico.* *Locus ex pli.* *Sap.* 9. *Heb.* 10. *Psal.* 39. *Locus expli.* *Complut. bibli.*

NEmo a nobis internum corpus explicaturis de humani corporis structura & excellentia disputationem requirat: quia, id si efficere uellemus, longe ab instituto nostro diuagaremur. Quod si quispiam ad amplificanda ea, quæ de mystico corpore dicuntur, que de humano corpore, eiusq; mebris dici solent cognoscere ue'it, quos in marginibus citatos uidebit, eos legat auctores: & apud Mercurium Trismegistum sermone ad Tatium elegantissimam humani corporis descriptioně legere speciatim poterit. Nos igitur propius ad rem nostrã accedentes, quibus modis uox, corpus, in scripturis sumatur, prius explicemus. Corpus, primum significat substantiam, quæ sub sensum cadit, ut cœli, & elementa, & quæ ex his componuntur mixta. Aliquando pro toto ho mine sumitur, ut patet ex uerbis diui Pauli ad Rom. capite octauo. Corpus quidem, idest homo, mortuum est propter peccatum. Interdũ pro altera hominis parte, quæ est ab anima diuersa, & est eius terrena habitatio, eamque aggrauat. Ab Hæbræis, corpus, sæpe translate pro ipsa ueritate, & pro re significata sumitur; cuius contrarium dicitur figura, & vmbra. Hoc modo accepit Paulus epistola ad Hebræos, cum declarauit illud psalmi: sacrificium, & oblationem noluisti, idest umbras ueteris legis, cuius sacrificia erant umbra futuri sacrificij; corpus autem (ita enim Paulus, Chrysostomus, & Theodoretus, & complutensis codex legunt) aptasti, seu coaptasti mihi. i. ueritatem, & uerum sacrificium. In Ecclesia enim non est amplius umbra, sed ueritas, uerũ scilicet sacrificium & Christi corpus; ut sacra concilia, sancti patres, & innumeri scriptores, contra impiam & nefariam hæreticorum doctrinam nos docent.

cent. Ipſi igitur in umbra, & caligine peccati immerſi, umbris ſe decipiant, in umbris uerſentur. Ex hac Hebræorum loquendi ratione intelligitur illud, quod Paulus de Chriſto dixit: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt uere, ut Cyrillus Alexandrinus egregie expoſuit. Hunc hebraiſmum ſi quidam recentiores hæretici, quos Vbiquitas appellant, intellexiſſent, non incidiſſent in illum errorem puerilem, dicentes, humanitatẽ Chriſti eſſe ubique, ſicuti Deus ubique eſt: quam ſtultitiam ex hoc diui Pauli loco, ſtulte confirmant. Sed ut arbitror, eo iſtorum ſtulta opinio ſpectat, ut ueritatem de uera corporis Chriſti præſentia in ſacramento Euchariſtiæ, negent. Nec quidam dixiſſent Tertulianum uirum doctiſſimum, in eo erraſſe, qđ cenſuerit Deum eſſe corporeum, ideſt uerani ſubſtãtiam: cum Deum omnis materię expertem apertiſſime faciat. Amplius, corpus alicuius rei, in diuinis litteris pro re ipſa ponitur: ut corpus peccati, ſit ipſum peccatum; uel ut placet Ambroſio, corpus peccati, ſunt peccata omnia. Corpus mortis, eſt lex peccati, ſiue fomes, qui reſidet in membris & animam ad tranſgreſſionem trahit. Et hoc poteſt uocari corpus ueteris hominis, quod Paulus carnale & φυσικὸν.i. naturale uocat: & eſt illud, quod naturalibus affectionibus & motionibus eſt obnoxium; & ſolum ea affectat, quę natura appetit: ut edere, deliciari, dormire. Reperitur corpus quoddam huic omnino contrarium, & eſt corpus interni hominis, quod ſpiritua le uocatur; quia ſpiritu Dei uegetatur, & ſpiritualibus appetitionibus ducitur. Ex quibus inferre licet id, quod hoc loco quærimus, quod nam ſit hominis ſpiritualis corpus, illud nimirum, quod Deo & ſpiritui eſt ſubiectum. Præterea, de ſententia diui Maximi, interni hominis corpus, eſt cumulus uirtutum omnium, quæ ueluti in unum corpus coeunt. Sunt enim uirtutes omnes, ut ſupra ſcripſimus ſimul iun-

Ant Mõchiac. contra Cal. De conſ. d. 2. Baſil. Conſtã. Trl. ſeſſ. 13. Coloſ. 2. Gab. Prat. lib. de hęreſ. Tertu. li. de tri. cõtra. Prax. lib. 2. contra Marc. Ambr. Rom. 6. D. Max. cent. 1. nu. 78. cap. 20.

ctæ; quarum complexu & coitione corpus quoddam spirituale, ut dictum est, conficitur. Huc facit, quod
B. Isaac. beatus Isaac sermone 46. dixit; unamquamque uirtutem matrem esse fecundæ. Item dona omnia diuinitus infusa cum uera sint, ac diuersas functiones habeant, conformia tamen & ad unum spectantia, quasi diuersa membra, & partes, spirituale corpus conficiunt, ut ex his, quæ de singulis membris dicemus, liquidius apparebit. Huc fortasse pertinet, quod qui
Boet. 4. de cons. dam scriptum reliquit. Viri sacri corpus, uirtutes ædificauere. Hinc est, quod corpus in scriptura per metaphoram, pro tota uita & actibus sumitur. Huius corporis lucerna siue oculus, est mens, seu intentio;
Luc. 11. quo oculo existente lucido, totum corpus .i. tota ui-
Locus expositus. ta, & operationum secundum uirtutem cumulus, erit lucidus. Et sicuti corpus peccati est tota uitio-
Orig. rum moles, ita corpus spiritus, est tota uirtutum con-
Ro. 6. geries, & omnium bonarum operationum fabrica. Vel, si simplicius loq. uolumus; quemadmodum sancti dicere solent, hominem externum constare trib' rebus; uidelicet corpore, anima, & spiritu, pari ratione dicamus internum ex tribus esse conflatum; ex fide, tanquam ex corpore; ex spe, tanquam ex anima; ex caritate, tanquam ex spiritu. Nanque sicuti corrupto corpore anima & spiritus recedunt, ita corrupta fide, spes & caritas remouentur. Quare merito Pau-
Heb. 11. lus fidē uocauit ὑπόστασιν .i. substātiam solidam, fir-
Locus expositus. mam, per se subsistentem, humanæ rationi non hæ-
Iacob. Nacl. rentem; siue basim & fundamentum hominis spiritualis: substantiam inquam expositam omnibus contrariis, mundo, carni, & dæmoni: substantiam, cui inhæret spes ueluti sanguis in corpore, quæ duo a spiritu caritatis, tanquam ab anima uitam capiunt. Videat ergo internus homo, quam nobile, quā illustre, quam speciosum corpus habeat; ex omnibus uirtutibus, & diuinis donis, non ex putri & patibili materia, coagmentatum. Id igitur mundum ab omni labe

con-

conferuet,ut totum sit nitens & lucidum. Erit autem lucidum,cum omnia eius opera rectæ & sanctæ intentionis lumine erunt illustrata, & a tenebris peruersi propositi prorsus & omnino expurgata. Siquidem peruersum propositum,totum corpus spirituale tenebrosum reddit. Quod si internus homo lucidum corpus se habere consenserit,caueat ut hominibus apparere uelit;& eam,quam a Deo expectat gloriam,a mundo non requirat; sed cum se a Deo,non secus ac luna a sole,quando cum ipso coniungitur illustratum senserit, suum splendorem in Deum referat,& ita hominibus non apparebit. Quod quidam his carminibus eleganter expressit. *Luc. 11.* *Origen.* *Aug. epi. 119.*

Esse Deo quisquis cupit ergo fulgidus, ipsi
Hæreat,& mundi spernat inane decus. *Iacobus*
Nam, quo mortales quisque est mage fulgidus inter, *Billius*
Hoc,minus est magno fulgidus ille Deo. *ectast. 2.*

Operam etiam dabit, ut uirtutes omnes perfecte acquirat,si uult suũ corpus omni prauitate & repræhensione carere; atque illud fixum animo habeat, non minus esse turpe uisu, corpus spirituale aliqua prauitate affectum, ac corpus externum aliqua ratione deprauatum. Hoc accuratius præstabit,si intelliget,ut ait Apostolus,corpus suum esse Christi mẽbrum, quod aliqua ratione turpificare impium est. Ita igitur uiuat,ut glorificet & portet Deum in corpore suo. Et hæc de corpore interni hominis. Corpus Ecclesię,ut ex dictis constat, sunt omnes fideles, qui inuicem sunt membra, cuius corporis caput est Christus; collum per quod omnes gratiæ in reliqua membra a capite defluunt,est beatissima Virgo. Solet etiam Ecclesia uocari corpus Christi, quam qui persequitur & offendit, Christum iniuria afficit: qđ tunc aperte Dominus demonstrauit,cũ Saulo Christianos persequenti dixit: Saule,Saule, cur me persequeris? Diceres etiam, corpus Christi mysticum esse scripturam,in qua ipse tanquam anima in cor- *1. Cor. 6.* *Bernard.* *Actor. 9.* *Luc. 17.*

Locus ex positus. Amb. Amalari cus Treueren.ca. 30. pore residet. Ad hæc Christus, est corpus illud, ad q̃d aquilę.i. Angeli, & sancti congregantur, ut illud reuerenter adorent, & spiritualiter pascātur. Ad quod corpus speciatim Angeli confluunt, quando Deo patri in sacrificio missæ offertur, ut doctores non ignobiles nobis scriptum reliquerunt.

Vualafr. cap. 10.

De quantitate & dimensionibus spiritualibus corporis spiritualis. Cap. 31.

CVm naturale corpus, ut omnibus exploratum est, molem, ac trinam dimensionem, longitudinem uidelicet, latitudinem, ac profunditatem habeat, & aliud magnum, aliud pusillum dicat̃; quo modo ista in mystico corpore reperiantur, demonstrandum esse uidetur; vt his cognitis, melius se quilibet cognoscat. Nec quisquam nobis uitio det, quod hæc curiosius rimari uideamur, ni etiam sanctos patres, qui idem fecerunt damnare uult. Nec ẽtdum hæc perquirimus, illud Socrati cum nobis obijciat. ἃ ὑπὲρ ἡμᾶς, τί πρὸς ἡμᾶς; i. quę supra nos, quid ad nos? cum hæc quæ hac tota tractatione quęrimus, multum ad nos pertineant. Verum, cum de quantitate huius hominis agimus, nihil cogitandum est uere longum, aut latum, aut profundum: sed omnia ista de quantitate uirtutis perfectionis, & de factorum magnitudine intelligenda sunt. Itaque eo modo quo diuus Augustinus de quantitate animę disputauit, nos de quantitate interni hominis disputaturi sumus. Quantitas huius hominis, in primis posita est, in quadam honesta animi celsitate, & ut ita dixerim granditate, ut nulli rei sibi inferiori subiectus esse uelit: & tunc maior & grandior existit, cum plura, & maiora, & magis contemnit. Quoniam nihil maius in hoc mũdo reperit̃ ea mente, q̃ magna facit nihili. Is maximus erat, qui oĩa pro stercore reputabat: is cui mundus erat crucifixus. Et ille

Aug. lib. de quan. animæ, cap. 1.

Aug.

Phil. 3.

Psal. 72.

qui nihil ſuper terram, id eſt nihil a Deo terrenum, & caducum requirebat. Conſiſtit deinde hæc ſpiritualis moles, in magnitudine, ac amplitudine, atque cumulo quodam uirtutum omnium, quibus corpus hoc myſticum conſtare diximus: ut magnus, & ſucci plenus is dicatur, qui maxima iuſtitia, fortitudine, temperantia, prudentia, cęteris uirtutibus, iiſq; maximis, eſt ornatus. Huius corporis longitudo eſt μακροθυμία, id eſt longanimitas, qua patienter, & tolleranter in bene agendo perſeueratur. Latitudo, eſt caritatis amplitudo, qua Deus, & proximus, & omnia quæ ſunt in mundo propter Deum diliguntur. Ea, ait Hidelbertus, nihil ſuſius; par enim latitudo eſt caritatis, & mundi. Profunditas, eſt uirtus humilitatis, quæ in intimas ſuæ magnitudinis partes ſe colligit, ac in centrum, ſeu punctum, cuius nulla eſt magnitudo ſe ſe conſtringit: per quam, dum quis magnus exiſtit, minimum ſe eſſe exiſtimat, & dum hac ratione decreſcit, mirabiliter a Deo augetur. Vis, eius quod hoc loco docemus, ſingulare exemplum? Conſidera, quanta beatiſſimæ Virginis fuit magnitudo, quæ digna extitit, ut magni Dei mater euaderet; &, vt quem totus orbis capere non poterat, ſuo gremio contineret: tamen, cum Dei matrem ſe futuram eſſe audiuit; ita per humilitatem ſe ſe depreſſit, & contraxit; ut dixerit: Ecce ancilla Domini. Nouerat enim hæc glorioſiſſima Virgo ſe omnem celſitudinem ab excelſo Deo accepiſſe, quam humiliando ſe, ut ex eius cantico cognoſcitur, ei acceptam retulit. Deo ſiquidem omnis debetur gloria cum ab eo, uirtus perfectioque naſcatur omnis: quod ita uerum eſt, ut ethnicus poeta merito cecinerit.

Hidelbertus epiſt. 21.

Luc. 1.

Ex Dijs enim conatus omnes
Humanarum uirtutum.
Et ſapientes, & manibus fortes,
Et eloquentia eximij ſunt.

Pindar.

Pro ratione huius quantitatis inter ſpirituales ho-

Orig. mines alij sunt maiores, alij minores; quod Origenes tractatu quinto in Matthæum eleganter his uerbis exposuit. Sicut in hominibus quędam differentia est, ut quidam eorum sint pusilli, alij autem magni, alij uero mediocres: sic in animabus sunt quædam pusillæ, aliæ autem magnæ, secundum spiritualem mensuram, secundum quam uidet solus Deus, & iudicat. Sed in corporibus non propter culpam hominis, sed propter rationes aliquas seminis, alius breuis, alius magnus, alius uero mediocris. In animabus autem ex nobis est, esse aliquem, uel paruum, uel magnum; aut secundum opera, aut secundum fidem, aut secundum aliquos motus: & arbitrij nostri est, si uolumus in statu animæ, & fieri magni, aut non proficere, & *Eph.4.* paruuli remanere. Vnde Paulus: Vt occurramus omnes in uirum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi; secundum interiorem hominem intelligendus est ille, qui transcendit, quæ paruuli sunt; & euacuans ea peruenerit ad uirum perfectum. Sic Moyses & Ioannes dicti sunt magni. Pusilli sunt, qui adhuc in Christo nati sunt, qui adhuc carnales sunt, qui capere non possunt escam uirilem, & seruitutis habent spiritum. Hæc Origenes. Quo modo autem hoc spirituale corpus crescere debeat, & quousque, cognosci potest ex his, quæ de cremento animæ scri- *August.* psit Augustinus. In animo, inquit, quædam quasi naturali cremēta sunt, cum honestis, & ad bene beateq; uiuendum accommodatis disciplinis augeri dicitur. Alia, quæ hoc loco dici super hac re possent, legere licet apud Augustinum lib. de quantitate animę cap. 19. ubi etiam docet, quæ crementa animæ fugienda *hom. 1.* sint. Diuus etiam Basilius explanãs illud, Crescite & *Basil.* multiplicamini, quædam huc pertinentia scripta reli*ho. 10. in* quit. Si Deo, & spiritibus, quantitatem tributam esse *hexam.* leges, de quantitate uirtutis, & potentiæ, per metaphoram intelliges. Ita ut Deus magnus & infinitus ob suam summam perfectionem dicatur.

De rectitudine statura, atque figura spiritualis corporis. *Cap. 33.*

MVlta non modo sacri, sed etiam profani scriptores de humani corporis statura, cum & admiratione, & laudibus non mediocribus digna sit, memoriæ prodiderunt. Nam, licet humanum corpus ceterorum animalium corpora multis modis præstet: tamen ipsa statura longissime antecellit: ut merito poetæ cecinerint: *Fabius Pictor de aureo sæcu.* *Solinus.*

Non uides hominum ut celsos ad sidera uultus
Sustulerit Deus? ac sublimia finxerit ora. *Syllius*
Cum pecudes, uolucrum genus, formasq; ferarum, *Ital. lib.*
Segnem, atque obscœnam passim strauisset in aluum. *15.*

Item alius.

stetit unus in arce
Erectus capitis, uictorq; ad sydera mittit *Manil.*
Sydereos oculos: propiusq; aspectat Olympum *lib. 4.*
Inquiritque Iouem.

Item alius.

Pronaque cum spectent animalia cætera terram *Ouid. 1.*
Os homini sublime dedit, cęlumque uidere *met.*
Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus. *Boet. lib.*

Quare, si ista exterior hominis statura, ita admirabilis hominibus uidetur, quãto admirabilior, ac laubilior interior, si cerni posset uideretur? Hinc est, quod sacra pagina non alia ratione structuram, ac præstantiam hominis a Deo primo formati exprimere uoluit, quã per rectitudinem, in qua ab ipso formatus fuit. Ait enim Deum fecisse hominem rectum. Quæ uerba, non tam de rectitudine externa, quam de interna, quę a gratia habetur intelligẽda sunt. Hãc ergo rectam interni hominis staturam paucis explanabimus. Recti, in diuinis oraculis, in quibus sæpissime mentio de rectis fit, ii dicuntur, qui fide, obedientiaque recta incedunt, nec uariis, ac incertis opinionibus *5. de cõs. met. 5.* *Eccl. 5.* *Orig. in cant.*

nibus & omni uento doctrinæ se flecti sinunt. Item, recti sunt, qui recto corde Deo, ipsum debito cultu colendo, & puro amore amando, proximumque constanter diligendo, inseruiunt, & ab ipsius mandatis
Ps. 50. non declinant. Hanc erectam staturam petebat ille, qui per peccatum se se inflexerat, cum dicebat: Spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Hanc laudabat in illo rectissimo homine Deus, quem in scriptu
Iob 1. ris his uerbis nobis descripsit: Et erat uir ille simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens a malo: Vir a
Locus explic. uirtute & robore: simplex, a simplici uiuēdi ratione; iasciar, id est rectus, a rectitudine fidei, amoris, & intentionis: timens Deum, a cultu & reuerentia: recedens a malo, ne aliqua ratione se se inflecteret, & deprauaret. Ex his colligere licet, cur diuina mandata
Psal. 118. sæpissime recta appellentur; ea uidelicet de causa, quod hominem rectum efficiunt. Hanc rectam statu-
Cant. 7. ram in sua sponsa laudabat sponsus, cum eam compa rabat palmæ: statura tua, statura palmæ, quia hæc arbor nulli ponderi cedit, a nullo pondere flectitur: sed sursum uersus eleuatur: statura palmæ, cuius trun-
In Cant. c. 58. cus, quo magis a terra eleuatur, eo maiorem solidita tem, & firmitudinem habet: quia dum altius surgit non extenuatur, sed crassior efficitur. Solent quæ re cta sunt, esse stabiliora, uisu pulchriora, simpliciora, ac tactu minus aspera: & denique quicquid rectum est, sui, ac aliorum regula existit: quæ, facile quiuis animaduerteret, si rectam arborē, aut quippiā aliud rectum, inspiceret. Si itaque internus homo, fuerit statura rectus, ut paulo ante scripsimus, stabilis, ac firmus erit, non facile frangetur, nec ad dexteram, uel sinistram flectetur, insultibusve inimicorum cedet. Erit etiam uisu pulchrior, mirumq; in modum oculos Dei delectabit, deq; eius pulchritudine gloriabitur, atque ad ipsum conspiciendum cœlestes, & beatos spiritus inuitabit Deus. Animaduerte quæso interne homo, ut de rectitudine, & pulchritudine

Iob glorietur Deus, dum Satanæ inquit: Nũquid con siderasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo? O quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde? Nanque saluos facit rectos corde. Erit præterea simplex, & mollis tactu, absque ulla asperitate; quia cum rectus sit, non se immiscet quæstionibus multis. Postremo rectitudine sua, omnium qui obliqui sunt, erit quasi regula, & uiuendi ratio. Nanque, ut qui de moribus scribunt docent, uir iustus & probus, est humanarum actionum norma. Perseuerabit internus homo in hac recta statura, dum similitudinem ad quam factus est, conseruabit; similitudinem inquam dominij, donec dominabitur omnibus, nulliq; rei se inferiori se se subijciet; donec ipse subiectus erit Deo, ac pars rationis expers parti rationis participi obtemperabit; donec non ex terra, sed ab arbore uitæ, sola manus porrectione decerpet fructus. Conseruabit hanc staturam, si uultum, oculosq; ad Deum conuertet, ut ille, qui dicebat: Oculi mei semper ad Dominum: cum animaduertet, se non esse factum ad pastum, sed ad contemplanda cœlestia: quam ob causam, homo, a græcis ἄνθρωπος, ab ἄνω, id est sursum, & ἀθρῶ, id est aspicio, id est ab aspiciendo sursum dicitur: denique, cum intelliget se esse quandam imaginem Dei: quia tunc, nihil tanta celsitudine indignum efficiet: a qua imagine & rectitudine, sic sybilla, ueluti Dei scriba, hominem descripsit.

Psal. 72. *Arist. in eth.* *Gen. 1.* *Tert.* *Bas. in ps. 115.* *Catha. in Genes.* *Gulielm. Amenrus in Genes.* *Sybilla.*

Imago est homo mea, rationem rectam habens.

Et hæc habui de statura dicere. Nunc pauca de figura adscribam; cnm quælibet quantitas necessario aliquam figuram habeat. Ethnici scriptores cum de figura interni hominis locuti sunt, teretem, & rotũdam esse debere dixerũt. De qua re, M. Antoninus Imperator, libro undecimo uitæ suæ, hæc eleganter sapienterq; scripsit. Animus, inquit, globo similis est, *M. Antonius.*

figuræ

figuræ æquabilis, quando neque effert se, neque contrahit. Per animum autem, internum hominem intelligit, quem solum, hominem esse, tota Platonica & Stoica schola docet: & certe, si cũ philosophia, quæ de moribus est, loqui uolumus, ita dicendum est. Iisdem fere uerbis eundem hominem quidam poetæ descripserunt.

Emped. *Horat.*

Se solo exultans, totus teres atque rotundus.

Iob 1. *Locus explic.* Hac eadem figura factus fuit a Deo, hominũ perfectore ille, quem scriptura tam, id est integrum appellat: quasi diceres, globosum, rotundum, suisq; numeris absolutum, & omni ex parte perfectum, atq; rotundatum. Figurauerat enim & tornauerat illum Deus: quod cum ipse agnosceret dicebat Deo: Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: hoc est, perfecta quadam, & præcipua fabricatione & innouatione me formasti, & reformasti; & qualis qualis sum, opera manuum tuarum, id est potentiæ, & misericordiæ tuæ, sum. Vt autẽ internus homo sit hac figura uere formatus, non erit contentus externa tantum significatione, & operatione, hanc figuram præ se ferre; sed intus talis existet. Cum figuræ externæ circumscriptio nõ satis sit, ut rem aliquam ueram esse pronunciemus. Neque enim is uere homo dicitur, qui hominis nasum, oculos, & alias id genus partes & partium figuras solum habet; sed is, qui, ut hominem decet, sentit, & uiuit. Neque statim se perfectum esse putet, ubi alios imperfectiores se esse uiderit; quoniam ex alterius imperfectione nemo fit perfectus: qua in re mirum in modum multi passim decipiũtur. Nam genus quoddam sanctitatis in populo Christiano reputatur, minus esse uitiosum. Potius itaque se imperfectum esse existimet, atque manibus artificis a quo formatus est, se tractandum, & perficiendum subijciat; qui ita cũ perpoliet, & intus forisq; liniet, argẽto auroq; exornabit, ut Deus ipse eius speciẽ sit desideraturus.

Iob 10. *Locus explic.*

Arian. li. 4. *c.* 5.

Saluian. lib. 3. *lib.* 4. *cap.* 76.

Psal. 44.

Quid,

Quid, caro, in scriptura significet, & de quibusdam loquendi modis ab hac uoce sumptis. Cap. 54.

VArij admodum apud sacras literas sunt usus huius uocis, caro, quos breuiter recensere, multùm ad rem nostram facit: quādoquidem ex hac enumeratione, non pauca diuinæ legis loca, quæ de hoc homine intelligenda sunt, manifesta fiēt. Primum, caro, sæpissime carnalitatem, concupiscentiam, & animi affectus, ad quos philautia trahimur, significat; & ut simpliciter dicam, omnes animi motiones, quæ sunt sine diuino spiritu; ex quibus motionibus, carnis fructus procedunt, quæ sunt flagitia. Deinde, caro, quę est hominis pars, ꝓ toto homine, & pro persona, capitur. Caro mea, dicebat Dauid, requiescet in spe; hoc est, ego. Rursus, idem sæpe significat, quod uox, homo; ut ex his locis patet: Ad te omnis caro ueniet; & omnis caro, id est omnis homo uidebit salutare Dei; & aliquando ponitur pro omnibus animalibus. Quando accipitur pro homine, ut plurimum peccatorem designat, & interdum etiam uirum probum. Præterea, caro, imbecillitatem, & omne quod ex carne natum est, notat: est enim omnis caro fœnum. Postea, hæc uox non raro externum, seu ueterem hominem, qui spiritui reluctatur, & quidquid est extra gratiam significat; ut dicantur caro, quæ non consentiunt spiritui; ut est praua uiuendi ratio; & peccata omnia. Hinc prudentia carnis, uoluntas carnis, sapientia carnis, & carnis opera; quæ omnia ex carne, in qua seminatur a carnalibus, non ex spiritu, nascuntur. Iustitia uero carnis, est externa & apparens iustitia, quæ spiritu, & ueritate caret. Carnes item, ut Gregorio placet, sunt opera infirma. Ab hac uoce fluxerunt quidam dicendi modi, ut uti: esse in carnę, quod est inique operari, & exercere opera carnis, uel aliquid efficere, quod lege prohi betur,

Gal. 5. ubi carnis fructus numerātur.
Psal. 15
Psal. 54.
Aug. ser. 4. de uer. dom.
Gen. 8.
Isa. 40.
1. Pet. 1.
Galat. 5.
Ephe. 2.
Ambro.
2. Cor. 9.
Greg. 5. mor.
Pro. 14.

Rom. 8. betur; uel uiuere ſpe rerum carnalium. Studere carni,& ſecundum carnem uiuere,idem,quod modo dicebamus,ſignificant. In carne ambulare, eſt duci af-
2. Cor. 1. fectu carnis. Secundum carnem cogitare,eſt ex leuitate,& inſtabilitate aliquid decernere; aut ſecũdum carnalem prudentiam aliquid ſentire. Carnem crucifigere,eſt ueterem hominem exuere,& abnegare ſeipſum. Ponere carnem brachium ſuum, eſt nimis hu-
Gen. 2. mano auxilio fidere. Iam uero, caro, interdum pro
Locus explic. corpore ipſo ponitur,quo modo,intelligendum eſſe uidetur illud:& erunt duo in carne una, in uno uidelicet corpore; uel erunt unum corpus. Vſurpatur
Iſa. 58. etiam uox iſta ad ſignificandum proximum, conſan-
Ephe. 5. guineum,ſeu conſanguinitatem; quo modo explica-
Matt. 6. res,miſſis alijs,hunc locum;carnem tuam ne deſpexe-
Ro. 9. 11. ris,id eſt proximum tuum ne contempſeris. Poſtre-
Gen. 37. mo.caro & carnes, eſcam & ſubſtãtiam temporalem
Mich. 3. ad uitæ uſum neceſſariam ſignificant: & carnalia arma ſunt arma temporalia. Carnales uero homines, ſunt qui uitia ſectantur, qui nondum operibus carnis renunciarunt; qua appellatione deſignantur in-
1. Cor. 15. terdum ij, qui recens ſpiritualiter nati ſunt;cum non
2. Cor. 10 omnino carnis opera reliquerint, ac omnem uetuſtatem exuerint. Si quis ergo nolit hoc nomine, quod neſcio quid prauitatis ſignificat,uocari,ita uiuat,ut
Proſper lib. epig. diuus Proſper monuit.

Nulla in te maneant hominis ueſtigia primi,
Nec formam ueteris geſtet imago noui.

Solent aliquando in ſcripturis diuinis hæ duæ uoces,caro,& ſanguis copulari;quæ locutio, uel homi-
Gal. 2. nem, uel ſenſum humanum, ſeu humanam ſapien-
1. Cor. 5. tiam,uel affectus & cõcupiſcentias carnis, deſignat.
Matt. 16 Ex quibus exponere licet illa Chriſti uerba Petro
Polydor. Verg. adagio 323. dicta. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi,ſed Pater, & c. i. non ſenſu, non ſapientia humana, ſed diuina gratia, ueritas de Filio Dei tibi manifeſtata eſt. Inuenitur etiam caro legis,

quæ

quæ nihil aliud eſt, quam literæ intelligentia; quam qui edunt, ut Hæretici, moriũtur ſpiritu, licet ſecundum carnem uiuere uideantur. Et hæc de ſignificationib. huius uocis, caro: &, ſi quid hoc capite, quod ad huius uocis uim explicandam pertineret omiſſimus, ſequenti capite afferemus.

De carne, & pelle corporis ſpiritualis, & quæ ſit Christi caro. *Cap.* 35.

Explicatis uariis ſignificationibus huius uocis, caro, quæ ſint interioris hominis carnes expli cemus oportet; quod ut melius intelligatur animaduertendum eſt, carnem in animali eſſe partem quandam mollem, quę humoribus nutritur, pelle tegitur, neruis & uenis contexitur, oſſibus adhæret, animal replet, eiusq; uitalem calorem conſeruat. Reuocandum eſt deinde in memoriam, quod capite quinto ſcripſimus; hunc hominem, dum in hac uita degit, non poſſe eſſe omni ex parte perfectũ, ita vt ſit omnino extra carnem, & ſine carne: quia, ſi quis dixerit, ſe peccatum non habere ſeipſum ſeducit, & ueritas non eſt in eo. Et ſacra concilia, ſanctique patres docent, omnes poſſe dicere: Dimitte nobis debita noſtra. Omnes enim quotquot ex Adam naſcuntur, aliquid, etiam ſi in gratia conſtituti ſint, ſaltem leuiter peccarunt, & peccant. Excipio tamen ſemper beatiſſimam Virginem, quæ nulla, uel leui labecula unquam maculata fuit; ut inepte quidam dixerint, ſolitam fuiſſe confiteri ob leuiores culpas. Quare, recte quidam cecinit.

de conſ.d. 4. por baptiſ. *1. Ioan. 1* *Conc. Tri. ſe. 5. c. 3.* *Aug. lib. de gr. ca. 26.* *Hier. ep. ad Theſiph.* *Con. Mil. c. 6. 7.*

Innatum antiqua, primaque ab origine crimen
Non habuit, toto corpore pura fuit.

Petrus ca nis.

Ex quibus conſtat, internum hominem in hac uita non eſſe omnino ſine carne; hoc eſt, abſq; aliquo humano affectu, & animi motione, atq; appetitu carnali. Quæ caro eſt mollis, & rebus fluxis huius mũdi nutritur: uenis, & neruis, & oſſibus, hoc eſt, actionibus omnibus,

Roſella' Io. Taul. trvc. x. de coecis. Io. Rauis.

omnibus, quas dum hic uiuimus non ita exercemus,
Rom. 7. ut sint omni ex parte a carne seiunctæ, obtẽditur. Et
hæc est illa caro, quæ calorem fomitis, quem etiam
D. Paulus in seipso sentiebat, cõseruat. Hęc igitur est
caro, quam secum gestat internus homo, quę pugnat
aduersus spiritum; quæ spiritui debet esse subiecta;
Ps. 118. quæ diuini timoris stimulo est configẽda, & cruci af-
figenda. Hanc carnem quantum fieri potest internus
2. Cor. 7. homo mundet, a sordibus abluat, ne dum eam per ne
gligentiam corrũpi sinit, cum propheta dicere coga-
Psal. 6. tur. Non est sanitas in carne mea, hoc est, in affectib.
meis. Diceres præterea carnẽ huius hominis esse uir
tutem pietatis, seu deuotionis, quæ est mol is & tra
ctabilis; quę sanctis meditationibus, & meritis nutri
tur; & pura, candidaq; consuetudine, & uitæ actione
Iob 30. ueluti quadã pelle, siue cute cõtegitur, quę omnibus
mẽbris, & partibus spiritualibus est intexta, corpusq;
spirituale crassum, ac succi plenum reddit, caloremq;
caritatis conseruat. Hanc carnẽ, qui habet, potest dice
Luc. 24. re cum Christo. Palpate, & uidete quoniã spiritus. i.
res uana, carnem & ossa non habet. Reperires. n. quos
dam, qui de numero hominũ spiritualium esse uiden
tur, quos si tangeres, nec carnes, nec ossa, hoc est, ni-
hil solidi, & firmi, reperires habere; cũ sint uani, & ut
ita dicã, aerei, & solida uirtute uacui. Pellis qua hæc
caro tãquam cute tegitur, est, ut dicebamus, externa
conuersatio, bonaq; uitæ actio, cum caritate coniun
cta: quibus si quid uetustatis in hac carne reperitur,
1. Pet. 4. tegitur: operit. n. caritas multitudinẽ peccatorum: in
Iac. 5. qua cute, deuotio, ac pietatis splẽdor & pulchritudo
Psal. 27. apparent. Hæc caro in dies reflorescere, ac instar car-
Iob 33. nis adolescentiæ innouari debet: a cuius cute, si quid
pilorum, hoc est prauitatis succreuerit, eradendũ est.
2. Cor. 7. si quid maculę, eluendũ. Mundemus. ait Paulus, nos
ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficiẽtes
sanctificationẽ in timore Dei. Id si fiet, pinguedo hu
Isa. 17. ius carnis. i. abundantia spiritus, nõ minuetur. Quod
si caro

si caro pro uetustate ueteris hominis sumatur, caueat intern⁹ homo, ne in carne sit, in carne ambulet, carni studeat, carnis curam habeat: quoniam, ni id faciet, ex spirituali fiet carnalis. Postremo, diceres cum Gregorio, spiritualem carnẽm esse bonam famã qua confici & tegi debet spirituale corpus. Huius carnis candor & integritas diligenter conseruanda sunt; ad quod faciendum & sapientes omnes & sacræ nos hortantur literæ. His carnibus detractores & maledici, ueluti anthropophagi uesci contra naturam solent, dum integrorum hominum famã caninis morsibus lacerant, & conficiunt; ut non modo in uiuos, sed etiã in mortuos interdum deseuiant: cum tamen inter humana bona, bonum nomen, ni primum, saltem secundum obtineat locum: & ut quidam dixit, alterum sit patrimonium. Vt merito cecinerit Pindarus.

Rom. 8, *Rom.* 13. *Greg.* 14. *mor. c.* 25 *Pro.* 20. *Eccl.* 41. *Ps.* 21. *Publian.*

Virtute eminere primum premium,
Bene audire secundum,
Qui uero utrunque adeptus fuerit,
στέφανον ὕψιστον δέδεκται, id est,
Summam coronam is suscepit.

De hac crudelitate contra suos aduersarios cõquerebatur Iob, cum dicebat, eos non posse satiari carnibus suis. Quare, comedere uel edere carnẽ in scripturis, est famã dilacerare, & interdũ in bonam partem, est amare, & bene de aliquo sentire. Orandus igitur Deus est, ut ab his canibus, hanc carnẽ tueri, aut si id permiserit, gratiã ad hanc calamitatem æquo animo perferendã, prebere uelit. Cauebit autẽ internus homo, ne unquam ulla ratione carnes fratrũ suorum, immo carnẽ suam, (unum.n. corpus sumus) laceret, aut comedat. i. ne famã alterius lędat; aut ullo crudelitatis genere erga alios utatur, siue aliena bona arrodat, & expilet. Dabit etiã operam, ne sua cutis nigra fiat; hoc est, ne exterior cõuersatio ulla nigrescat culpa. Dicitur etiã Christus habere carnem; quæ ut Gregorius scripsit, sunt eius discipuli & Ecclesię docto-

Iob 19. 13. *Psal.* 21. *Ezec.* 5. *Psal.* 13. 14. *Greg.*

res, quas carnes lacerãt, qui sacros ecclesię magistros
Iob 3. mordẽt, & vituperãt: qua ĩ re multi, nõ solũ inter hęre
ticos, sed ẽt inter Christianos nequiter peccare solẽt.

De naturali pulchritudine interioris hominis. Cap. 36.

QVamuis de ea pulchritudine, quę in homine per gratiam renato reperitur, de supernaturali, uidelicet, priuate ad nos disputare pertineat: tamẽ, de naturali animæ specie aliquid dicendũ esse duximus, quod huius pulchritudinis cognitio, ad illius notitiã non parũ conferat. Nec me latet multos de pulchritudine, ac de pręstãtia humanę naturæ integros libros confecisse; & propterea nos rẽ hanc, solum locos quosdã indicãtes, paucis cõplectemur. Plura si quis desiderat, loca & auctores in marginib. citatos consulere poterit. Primum, si quis quanta sit humanæ naturæ præstantia cognoscere uellet, id ex eo intelligeret, si quanta sit huius mundi, & singularum creaturarum pulchritudo animaduerteret. Et cum, omnia propter hominem facta esse sensisset, in eam profecto opinionẽ ueniret, ut in homine, qui est omnium, quæ in hac rerum uniuersitate continentur, finis, quod etiã philosophi docuerũt, cunctarũ creaturarũ pulchritudinẽ esse existimaret. Immo nõ modo est finis, sed ẽt in se, quasi quidam paruus mundus, & omnium rerũ creatarum epilogus, omnes earũ perfectiones continet. Ratio nanq; id recta docet, ut id sit pręstãtius, quod est alterius finis, illudq; cõplectitur. Pulchri flores, pulchra prata uarijs floribus picta, pulchrę arbores, pulchri colles arborũ uarietate ornati, pulchri cęli, stellarũ, Lunę, & Solis splendore nitentes; at, cũ hęc oĩa pulchra in usum hominis cõdita sint, hominẽ multo pulchriorẽ, & pręstantiorem esse fateamur oportet: ut solis pulchritudo, ad eã, quæ in homine est cõparata, fere nulla sit. Vt quemadmodũ, uel minimi flosculi pulchritudo, etiã ipsa ueritate, ut
Matt. 5. est apud Matthęum, affirmãte, maior est, quam fuit

Io. Picus Ianocius da Manett. Nemes. Episcop. cap. 1. Gregor. Nys. lib. de creat. c. 17. Zenos sermo. 4. Arist. 7. Phys. Cicero.

illa Salomonis, etiã quando omni gloria sua erat ornatus: ita, hominis, seu humanę mẽtis species, nõ modo Salomonis gloriã, sed, & flosculorum decorẽ, & solis ẽt ipsius splendorem, quã longissime superat. Posset deinde animę pulchritudo a corporis specie satis bene cognosci, cũ corpus sit ueluti quædã animæ domus. Quare, si tanta est domus pulchritudo, quod ẽt ipsis oculis cernimus, cũ aliquem speciosum hoĩem intuemur; quãta, quęso, erit inquilini formositas? Pulchrum.n. hospitiũ pulcherrimo hospiti paratur. Maximã esse corporis pulchritudinẽ admirabileq; structurã, ij priuatim notant, qui eius sectionẽ uiderunt; ut merito Galenus ob tantã humani corporis speciẽ, & concinnitatem uehemẽter admiratus fuerit. Intelligeret facile aliquis, qđ hoc loco dicimus, si cadauer cũ uiuo corpore cõferret: cũ cadauer, uix sine nausea conspiciatur; corpus uero uiuũ ad uidendũ se oculos alliciat; quã uim a pulchritudine, quã ab aĩa accipit, habet. Pręterea, quãta sit hominis formositas, nõ male ex loco ubi a Deo formatore suo collocatus fuit, dignoscitur; a loco uidelicet deliciarũ, quẽ paradisum terrestrẽ appellamus; ad quẽ, hanc terrã, in qua nunc exulat, nihil habere existimãdum est. Si ergo locus in quo homo collocatus est ornatissimus & pulcherrimus, ut creditur, existit, quãta erit species eius, cuius gratia fuit fabricatus? Ad hęc, id qđ hoc loco demonstrandũ suscepimus, nõ obscure ex eo cognoscemus, si hoĩem paulo inferiorẽ Angelis, qui tamen natura, pulcherrimi sunt, esse animaduertemus. Immo licet ratione corporis homo sit Angelo inferior; tamẽ quibusdã titulis, de quibus fusius disserẽdi non est hic locus, humana natura superat angelicã. Nec propterea, (ut quidam, mea sententia, nõ satis prudenter faciũt) hominem simpliciter, nobilitate naturæ, Angelũ superare affirmo. Intelligeres etiam quãta sit hominis dignitas, ex eo, quod Angeli in curam & custodiam hominũ a præpotente Deo cõstituti sunt; quod non

Nico. Cus. li. 6. exer.

Moses Bar. Cepha Syrus lib. de paradiso.

Psal. 8.

Franc. Georg.

Psal. 103

Calcid. Epist, modo sacra, sed etiam profana monumenta testātur: quamobrem, iustis de causis, canticorum cap. primo, anima pulcherrima inter mulieres .i. inter creaturas speciosissima nominatur. Insuper maximā esse homi nis præstantiā ex dominio, quod homo in creaturas *Can. 3.* omnes habet colligere licet; ob quā causam ad simili *Locus explic.* tudinē Dei fact⁹ esse, dicitur. Sic.n. multi, & belle qui dem, exponunt locū illum geneseos, ubi dr̄, factus ad *Gen. 1.* imaginē & similitudinē Dei. Ac si diceretur: ideo ho *Locus explic.* mo est similis Dei, quia habet dominiū rerum oīum, ut Deus habet. Et hanc esse congruā illius loci exposi *Euseb. li. 7. de præpar. c. 7.* tionē, ex sequentibus uerbis haud obscure cognosci tur. Vt præsit piscib⁹ maris, &cęt. Qua dignitate, cum Angeli careāt, ex hoc capite inferiores hoībus aliqua ratione esse uidentur. Ab hac summa gloria & digni *Gregor. Nyss. lib. 4. de cre. c. 4.* tate, regius propheta hominem, ut ex psal. 8. constat, egregie laudauit cū Deo dixit. Gloria & honore coro nasti cū, & cōstituisti cū super opera manuū tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. Amplius, mo *Psal. 8.* dus quo factus est, candē hominis pręstantiā aperte demōstrat. Etenim, quasi quodā sanctissimę Trinita *Victor. Porc. p. 2* tis cōsilio factus fuit. Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinem nostrā; diuinæ loquuntur personæ. Su *Cyril. 2. contra Iulian.* per quo loco, ut cęteros nunc mittamus, legēda sunt, quæ Hericus de Assia in soliloquiis c. 8. pie, & elegan te scripsit: ubi inter alia, hæc habētur. Magnū est con silio Trinitatis esse conditū; sed maius, esse factum ad imaginē creatoris. Fecerat Deus elementa, cęlū, stel las, lunā, solem, & totū hunc uniuersum; sed dixit, & facta sunt: at cū ad creationē hominis uentū est, quia maximū quid faciendū erat, dicitur. Faciamus. O ho minis dignitatē? o præstantiam? o rē admiratione di gnam? Sol, luna, stellę, mundus deniq; totus sine con silio, non tamen sine ratione fiunt, homo uero, & ra tione, & consilio. Magno quidem opus erat consilio, ad efficiēdum quiddam magnum, hominē uidelicet, qui imago & similitudo esset factoris sui. Cętera ue

luti Dei vestigia sine mora & per modũ naturę creantur; homo uero, quia facientẽ repręsentare debebat, nõ sine cõsilio formatur. Faciam⁹ hoĩem (tres diuinæ loquũtur personę) ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã; non cęlorum, non stellarũ, non solis, nõ Angelorum. Et ut scite adnotauit Philo; non fit imago & similitudo Dei; sed, ad imaginem, & similitudinam Dei, ut expressę Dei imago in homine exprimeretur. Philo.

Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Vide, inquit Origines, tractãs hunc locũ, cuius pulchritudinis est aĩa, quæ imaginẽ habet & similitudinem Dei. Cogitet modo aliquis quãta sit diuinæ maiestatis pulchritudo; & tunc quanta sit hominis præstantia, eõ quo põt modo, intelligat. Quis igitur eam creaturam non putet esse pulcherrimã, quæ Dei consilio est facta? quæ ad imaginem artificis infinitę pulchritudinis est formata? quę est factoris sui similis? Ex quibus colligere licet quantũ homo deberet ab omni uitij inquinamento se pręseruare, ne naturã suã tam nobilem, tamq; excellentẽ macularet, cũ id sine magno factoris sui contẽptu, & sine quodã læsæ maiestatis crimine, cõtingere nõ possit. Constat etiã quãti seipsum facere, atq; honesta quadam elatione se se efferre deberet, ut nũquam creaturæ, se uiliori, succumbere uelle deberet. Ad quã rẽ amplificandã facit pulcherrima illa Epicteti sentẽtia, quã cap. 10. attulimus: ad quã addã hæc eiusdẽ sapientis uiri uerba. Quod si Phidiæ esses effigies, Minerua. s. aut Iuppiter, meminisses utiq; & tui ipsius, atq; sculptoris: ac si haberes sensum, nihil indignũ faceres tuo opifice, neq; etiã te ipso, &c. Item, ex eodẽ. Tu uero principale quiddam es, delibatũ ex diuina natura, habes aliquã partem eius in te ipso. Quare ignoras prosapiam tuã? nescis unde uenis? &c. Cum dicit hominẽ esse delibatu ex diuina natura, & esse partem Dei, id significare uult, quod nos dicimus esse imaginẽ & similitudinẽ quandam Dei. Verum, ut breuitati studeam, a multis & sci

Orig. ho. 12. in leu. Gregor. Nys. de crea. c. 17 Greg. Nazan. orat. in nat. domini. Epict. Arian. li. 2. c. 4. Mercur. in Pim.

tu dignissimis philosophorum dictis, quibus quę hoc loco docemus illustrarentur, abstinere uolo. Non tamen silentio pręteribo appellationes quasdã, quibus docti uiri, homines præsertim probos, appellãdos esse censuerunt. Vocarunt ergo hoĩem, Deo συγγενέστατον, i. cognatissimũ, & propinquissimũ: ὁμοιότατον. i. simillimũ, & οἰκειότατον. i. familiarissimũ. Appellarunt etiã animos ἀποσπάσματα. i. abscissiones & auulsiones a Deo: nõ quidẽ substãtiales, sed ueluti aspirationes, &

Philo. vt Philo loquitur ἀπαυγάσματα. i. afflatus, uel scintillas. Inspirauit. n. Deus in hominẽ spiraculũ ui-

Gen. 2. tæ, & idcirco est quidã diuinus afflatus. Agnouerunt pręterea philosophi in ãnimis hominum pulchritudinem aliam lõge maiorem, quæ superadditur homini per uirtutes, quas sibi inquirit, quæ formositas non nisi in honesto & bono uiro reperitur; de quo loquẽs

Diog. Diogenes, Dei simulacrũ esse dixit. Per theoseuiam, id est pietatem, homines Deo similes, & pulchros fie-

Iamblic. ri, aiebat Iamblicus; quam uirtutem optimam & speciosissimã appellabat: ut merito Simplici[9] omnis bea-

Simplic. tæ uitæ perfectionisq; principium, & finẽ, conuersionem, inclinationemq; ad Deum esse asseuerauerit: quæ conuersio pietatis uirtute efficitur. Et plato in Epimenide pietatẽ ueram animi pulchritudinẽ nominat; quã quidquã maius & melius mortalibus acci-

Agatho. dere minime posse docuit. Agato; rectam prudentiam, magnum Deum nuncupauit, qua qui carent sunt,

Orphe. *Gens indocta feris similis, cui cœlica nullam*
Mens, lucem irradiat.

Plato. in Phed. dia lo. 10. de rep. Itẽ Plato, non aliter similẽ Deo, & pulchram aĩam fieri asserit, quã per tẽperantiam & iustitiã: quã iustitiã causam esse oĩs pulchritudinis animę, atq; in Deo & Angelis, uel ut ipse loquitur, in Dijs regnare affirmat Proclus. Plotinus, uirtutẽ animę pulchritudinẽ

Plotinus. esse docet; per quã, quasi per imaginem, nos Deo si-

Alcin. c. 30. miles reddimur: cuius pulchritudinis finẽ, Deo frui, esse dixit. Et Alcinous de doctrina Platonis, hoĩem iustum,

iustum,prudentem,& sanctum,Deo similem esse ait: Sed,ne in afferendis uarijs Philosophorum locis ni mius sim,lectores ad Platonem,cui multi etiam ex nostris,multum tribuerunt, & ad Platonicos qui de animi pulchritudine, quæ a uirtute potissimum nascitur, multa cognitu digna, & Christianæ pietati multum conformia scripserunt, reijcio. Posset religiosus uir,quanti uel una anima facienda sit, ex eo intelligere, si animaduerteret, pro ea filium Dei in hunc mundum uenire,& tot annos pro eadem laborare, & tandem sanguinem uitamque fundere uoluisse;qui sanguis tanti ualet,quanti nec omnes huius mundi creaturæ ualent. Quamobrem,ut hoc caput concludamus, quanta sit hominis, & humanæ mentis pulchritudo,atque præstantia,ex huius mundi & corporis humani specie,a loco in quo conditus fuit,ab Angelorum a quibus non multum distat pulchritudine,a dominio,a suæ creationis modo,similitudineque quam cum Deo habet, ab Angelorum custodia,ad quorum sedes traducendus est,a sanguine Christi filij Dei pro ipso fuso, nec non etiam ab eiusdem carne,quam ei in cibum dedit, si quis hæc accuratius contemplaretur,haud obscure cognosceret. Nunc,multa hoc loco silentio inuoluentes,ad disputandum de supernaturali pulchritudine, cum unum,lectorem prius monuerimus,transitum faciemus. Naturalis pulchritudo,etiã si eam spectes, quæ a uirtute simpliciter naturali sumitur,non est huiusmodi,quæ animam Deo gratiosam reddat: quæ eã præcipuo quodam amore dignam efficiat: quæ ita Regis oculos afficiat, ut eam uehementer concupiscat. Quandoquidem,si solam hanc pulchritudinem spectes,dæmones, ratione naturæ, sunt hominibus pulchriores,cum in eis dona naturæ post peccatum, ut doctores scribunt, remanserint: & inter homines aliqui reperiuntur aliquarum uirtutum pulchritudine ornati;& tamen,cum supernaturali pulchritudine

Bessar.

Psal. 44.

Diony. Areop.

Epiph. her.70.u legen. dine careant, Deo inimici sunt. Alia igitur in homine interiori, qui ad similitudinem filij Dei est reformatus, inuenienda est species. Propterea quidam *S. Maxi. Driego.* ingeniose dixerunt, quod mihi multum placet; hominem dici imaginem Dei, ob naturalem pulchritudinem, similitudinem uero, ob supernaturalem; quæ species a gratia & supernaturalibus donis habetur.

De supernaturali noui hominis pulchritudine. Cap. 37.

TAntam interni hominis pulchritudinem esse arbitror, quantam humana facultas, aut uerbis exprimere, aut cogitatione asseq. nõ possit. Itaque, si quispiam, siue corporis, siue mentis oculis animæ in gratia existentis pulchritudinem semel cerneret, ab ea ad amorem mirifice raperetur. Propterea quidam dixerunt, ideo Deum animæ for*Dieg. Stel.* mositatem nos latere uoluisse, ne in ea amanda offenderemus. Hac de re in centuria de laudibus homi*In Cent. c.59.* nis Christiani latius scripsimus, quem locum lector consulere poterit. Et quamuis hæc dignitas tanta sit, ut nulla ratione plene explicari queat: tamen, aliquid in præsentia dicere conabimur, ut ea aliqua parte cognita, magis se se internus homo cognoscat, ac Deum a quo tantam uenustatem accepit, magis obseruet, & colat. Quod autem quædam spiritualis, ac supernaturalis pulchritudo in homine reperiatur, *Ezec.28.* ex sacris litteris apertissime constat: & Origenes de*Origenes* clarans illud Ezechielis, considera qualis fuerit, qui fuit corona decoris, id eleganter ostendit. Hunc, ait, decorem noli extra te quærere; sed circa animæ re*Locus ex positius.* ligionem, ubi cogitatorium, ubi intellectuale consistit, ubi uera est pulchritudo. Quod si uolueris ibi quærere decorem, ubi caro est, & sanguis, & humor, & uenæ, ubi materia corporalis, non poteris inueni-

re. Siquidem uerus decor in saluatore est, & ita ab illo iuxta largitionem, & misericordiam eius, in cunctorum diuisus est animas, &c. subdit postea concludendo. Est igitur aliquis decor in principali cordis nostri, & in anima. Et quod sit necessarium hunc decorem cognoscere, his uerbis demonstrat. Oportebit te nosse decorem, quem Rex concupiscit; oportuit te scire eum, qui aliquando fuit decoris corona: & tu cum fueris consecutus hanc gloriam, caue ne corruas. Ex quibus uerbis colligere licet, unde iste decor habeatur; a Christo nimirum, qui secundum mensuram donationis suæ, hunc decorem internis hominibus impertit. Et Anaxagoras, animi pulchritudinem a mente, id est ut aliqui exponunt, Filio Dei haberi dixit. Itaque interni homines, dum Christo induuntur, dum Christus in eis formatur, suam pulchritudinem a Christo accipiunt. Ad hanc supernaturalem & spiritualem pulchritudinem explicandã, quid sit corporis pulchritudo, & quæ ad eam conficiendam requirantur, prius explicare oportet. Ad pulchritudinem corporis, ut qui de pulchritudine scripserunt docent, tria conuenire debent: elegans, alta, erectaque statura: membrorum omnium apta inter se concinnatio; postremo quædam, ut Cicero ait, colorum suauitas. Quam pulchritudinem idem auctor sic describit. Pulchritudo est apta figura membrorum, cum coloris quadam suauitate. Timæus Locrus lib. de uniuersitatis natura, sic de pulchritudine scripsit. Pulchritudinis initium est commensurabilitas, quam symmetriam vocant, ad membra ipsa, atque ad animam. Sed de hac re longius disserere, nõ est instituti nostri: ideo ad demonstrandam spiritualem pulchritudinem accedamus. Est igitur in nouo homine pulchritudo quædam, quæ consurgit ex illa alta, & erecta statuta, atque figura, de quibus supra scripsimus: & deinde ex congruenti, & concinna partium. i. virtutum, & operationum ipsius constitutione:

Ps. 44. *Eph. 4.* *Anaxag.* *Rom. 13.* *Gal. 3.* *Cicer.* *cap. 33.*

ne:& demũ ex ſuauitate boni coloris, & floris uitæ. Itaque tunc nouus homo dicetur pulcher, quando maximis uirtutibus,& ſummis donis diuinitus infuſis erit ornatus,& bene erectus: quando diuerſis operationibus erit congruenter,& apte diſpoſitus: quãdo ſpirituale corpus, quod ex uirtutibus,& actionibus, quaſi quibuſdam membris coagmentatur, candidæ uitæ caſtique pudoris colore fuerit aſperſum,
Pſal. 50. & ſuper niuem dealbatum. Eſt ergo internus homo candido, rubroque colore ſuauiter tinctus, & ueluti Eſther roſeo colore perfuſus. Candorem ab innocen-
Eſter 15 tia & puritate uitæ, ruborem a ſancti deſiderij & caritatis flammis, necnon etiam ab honeſto pudore habet, ita ut inſtar ſponſi, ſit candidus & rubicũdus. Hic color, tunc dicitur uiuus, ſpirans, & rutilans, quando uirtutes,& actiones, a quibus naſcitur, & in quibus cernitur, ita micant,& ſplendeſcunt, ita intuentium oculos efficaciter afficiant, ac ad amorem mirabiliter excitent. Diceret etiam aliquis, ſpeciem, ſeu colorem huius hominis, eſſe ueritatem, quæ cum
Cant. 5. pulchra ſit, ut Tertulianus ſcripſit, amat ad lucem
Amb. lib. uideri: quia nullo fuco, nullis errorum maculis in-
de biſque ternus homo eſt infectus; ſed totus purus, ac nitens.
cate.c.4. Verum adhuc apertius hanc ſpeciem demõſtremus.
Gen. 2. Et primum ex uerbis diuinæ ſcripturæ, quæ ait: In-
Locus ex ſpirauit Deus in faciem eius ſpiraculum uitæ.i.gra-
pli. tiam in animam, qua uitam ſpiritualem uiueret, infudit,& ſupernaturalia dona, quibus, ut ſupra di-
Cyril. in ximus, Dei fieret ſimilis,& in ſimili ſimilem agno-
Ioan. c.7 ſceret, donauit. Quid, ait Cyrillus, eſt Dei inſpiratio, niſi ſpiritus ſancti ſanctificatio? Hanc pulchritudi-
I. Ioan.4. nem ſequitur decor,& ornamentum ſingulare caritatis. Nam cum Deus caritas ſit, & ex caritate ſe ſe
Pythag. communicet, animæque ſe uniat, eam decore cari-
Aug. Ste. tatis ſupernaturaliter exornat. Huc facit, quod Py-
de pern. thagoras & eius ſectatores, referente Plotino, dice-
philoſ. bant, caritatem eſſe præcipuam animi pulchritudi-
nem,

nem, quam omnium uirtutum complexum nominabant: a cuius ſpecie ſuos agnoſci & diſcerni Chriſtus, huius ſpeciei auctor, uoluit. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Quis igitur non putet eum eſſe maxime pulchrum, qui ab infinito pulchro pulchritudinem ſupra naturam recipit? qui cum infinito pulchro eſt coniunctus, & cum eo unus ſpiritus eſt effectus? ut alterum pulchrum in pulchro. i. alter Deus in Deo, dici poſſit, cum Deus in eo, & ipſe in Deo ſit. Cur ergo anima non erit pulcherrima, cum ſit in ipſo pulchro, & ipſum pulchrum in ipſa? Propterea ei per Ezechielem Deus dicit: Decora facta es vehementer nimis; & iterum: Perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te. Si filij parentum pulchritudinem per generationem, niſi conficiens cauſa deficiat, aſſequuntur, cur anima, quæ eſt filia eius, cuius perfecta ſunt opera, Dei inquam omnipotentis, diuinam pulchritudinem non referet? Quis deinde non cenſeat eam eſſe pulcherrimam creaturam, quam Deus in ſuam ſponſam eligit, & ſuis ornamentis exornat? quo fit, ut iure Regina euadat: de qua pſalmo quadrageſimoquarto dicitur. Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. Si igitur cum ignobilis fœmina nobili uiro in matrimonium coniungitur, nobilis euadit, & ornamentis ab eo acceptis elegantiſſime exornatur, cur pulcherrima, & nobiliſſima non erit, quæ cum nobiliſſimo & pulcherrimo ſponſo copulatur? Tantus ergo eſt hic decor, ut Rex. i. Deus ipſe, illum concupiſcat, modo anima ad ipſum ſe conuertat; ad quod faciendum his uerbis eam Rex hortatur. Audi filia, & uide per intellectum, & inclina aurem tuam, ſpiritualem nimirum, per uoluntatem, & obliuiſcere populum tuum, i. tuas appetitiones mundanas, & domum patris tui. i. ueteris hominis, & Adami: & cur? quia Rex, qui te genuit, & idcirco te uocauit filiam, concu-

Ioan. 13. *1. Cor. 6* *1. Ioan. 4 in cent. c.* *Ezec. 16* *Eccl. 39.* *Ezec. 16.* *Ioan. Gei lerius ser. super hoc loco.* *Psal. 44.* *Locus ex pli.*

concupiſcet decorem tuum,& te in ſponſam, ducet, efficietque Reginam. Illa ergo, quam Rex regum genuit, quam elegit in ſponſam,& in Reginam, nō erit pulcherrima? Quare ſapientiſſime, mea quidem ſen-
Ireneus. li.3.c.22 tentia,& diuus Ireneus gloriam hominis eſſe Deū, operationum uero Dei, & omnis ſapientiæ eius &
Triſmeg. uirtutis receptaculum, hominē eſſe dixit. Si anima, inquit Triſmegiſtus, ſubierit uirtutis omnis, pietatiſque mandata, certe, aut mens, aut Deus efficitur. Hæc omnia diuinis donis & gratijs exornata, uere illis appellationibus ſuperiore capite recenſitis appellari meretur: quibus, ut diximus, poetæ corroden-
Cle.lib.4. Strom. tes illud, ut ait Clemens Alexandrinus; fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuā, uiros probos uocandos eſſe cenſuerunt: Vt Deo cariſſima, Deiformis, Deo ſimilis, & feliciſſima iure nominari poſſit, cum ſit ueluti templum Patris, cubiculum Filij, Spiritus ſancti ſacrarium, & denique to-
Henr. de Haſſia. tius Trinitatis gratiſſimum habitaculum, in quo Pater, cum Filio & Spiritu ſancto ſibi manſionem elegit. Concludamus igitur eam eſſe pulcherrimam in qua Pater, Filius,& Spiritus ſanctus habitant, in qua Deus diuitias gloriæ ſeu collocati, eam, quam Deus in ſponſam elegit, & ſuis maximis ornamentis exornauit,& perpoliuit. Quæ bone Deus torques? qui lapilli? quæ inauris? quæ aurea monilia? quæ phrygionicæ,& inauratæ ueſtēs? qui denique muliebris mūdus, is eſſe debet, quem tam potens, tam diues, tam bonus ſponſus ſuæ donauit ſponſæ? O admirabilem præpotentis Dei erga animam humanam benignitatem? O ſingularem pulchritudinem? O quam ardentes ſui amores, ſi uideretur excitaret? Hic ſupernaturalis humanæ mentis decor in dies magis ma-
Ex ho.24 Iudith.x. giſque augetur, dum anima cum ipſo pulchro orando,& medicando uerſatur, quod exemplo Moyſis, & Iudith, facile diſcitur. Etenim ille cum a colloquio cum Deo habito reuertebatur, ita ſplendebat, ut populus

pulus eius faciem intueri nequiret. Augetur deinde ex bonorum operum exercitatione; cum dantur eleemosynæ, cum oratur, cum ceterarum uirtutum actiones exercentur, ut multo pulchrior sit uesperi ea anima, quæ bene honesteque agendo, uitam duxit, quam mane erat. Adhibeat igitur internus homo omnem diligentiam, ut in dies pulchrior euadat, ac magis magisque similem se Deo efficiat; quo fiet, ut ei magis placeat, ab eoque uehementius ametur, ac proinde maioribus etiam ornamentis donetur, qua in re Iudith diligentiam imitabitur. Sed ut id quod diximus, facilius prestet, rationem quãdam pulchritudinis acquirẽdæ ex Plotino adscribere placet. Age, inquit, te reuoca in teipsum, atque te contemplare: quod si nondum te cognosces pulchrum, statuarium imitabere. Hic enim ubi statuam optat pulchram, partim quidem abscindit, partim quoque dirigit, & expoliturus abradit, partim leuigat & abstergit, donec in faciem statuam exprimat speciosam. Ita & tu, tolle superuacua, obliqua dirige, obscura illustra, purgando collustra; neque desinas circa statuam tuam elaborare, quousq; diuinus uirtutis fulgor tibi subrutilet, quo temperantiam cernas firmiter in maiestate pura, sanctaque sedentem. Hæc Plotinus. Vbi internus homo hanc suam pulchritudinem aliquo modo cognouerit, diligenter cauebit, ne eam ulla peccati turpitudine fœdet, & maxime ingrati animi uitio, quod tunc peccabit, cum hanc suam speciem Deo optimo maximo, a quo eam accepit, qua ratio ne pulcherrimus Lucifer seipsum deformauit, accep tam non referet. Quare, huius uitij notam, qua nulla est turpior, qua nulla magis Deum offendit, in primis omni conatu fugiat, ne Deus ab eo oculos auertat, quibus auersis, omnia turbantur, atque ab eo recedat: nam,

Plat. lib. de pulchro c. 9.

Ezech.
Isa. 14.
Sap. 16.
Ps. 103
Campan. ora. de in gra.

Ingratus est uitandus vt dirum scelus:
Nil cogitari pestilentius potest:

Pet. Cri.

Nec

Nec esse portentosius quidquam puto.

1. Co. 15. Dicat igitur, cum se cognouerit, cum Paulo: Gra-
Isa. 45. tia Dei sum id, quod sum. Ipse enim format hunc hominem, qui laudes eius narrare debet, ad cuius
2. Cor. 3. imaginem formatus, ac decoratus est: hoc si faciet, a claritate in claritatem in dies transformabitur. Hanc pulchritudinem nouus homo non modo extrinsecus, sed etiam intrinsecus habet, & habeat oportet. Neque enim est, aut esse debet, ut is, cui dicere
Act. 24. possis; Paries dealbate: aut faciem exterminas, idest
Matth. 6 fucis cutem macerantibus & in rugas contrahenti-
Locus explic. bus demoliris atque corrumpis; ut tristior hominibus appareat: sed potius a patre suo edoctus, caput suum inungit, & faciem suam lauet; hoc est, uultum lætum, hilaremque præ se ferat. Siquidem candor
Leui. 13. ille, qui in sola cute, idest in solo externo conspectu,
Locus explic. uel externa operatione cernitur, potius latentis lepræ, idest peccati, & prauitatis, quam probitatis, est inditium. Viua igitur, ac vera, minimeq; fucata pulchritudine nouus homo esse debet. Et ne quis super-
Bar. 6. biæ, aut uanæ glorię fumus hunc suum colorem in-
Thre. 4. fuscet, diligenter curet: ne quando de eo quis dicat. Mutatus est color optimus. i. optima & religiosa uiuendi ratio. Dabit quoque operam ut honeste pieque uiuendo plus in dies gratiæ acquirat, ac ueluti
Ps. 102. aquilæ iuuentus innouetur, ne affectuum infirmitate, aut peccatorũ vetustate, eius vita, vires, & pulchritudo decrescant.

Quid caput in scriptura significet, & quod sit Dei, & Angelorum caput. Cap. 36.

CVm de ijs, quæ de corpore interni hominis vniuerse scribenda videbantur egerimus; ad partium explanationem uenientes, priore loco de capite scribemus. Antea uero quàm, quod sit huius hominis caput doceamus, quas hęc uox caput, notiones

notiones habeat,& quo modo de Deo,& de Ange
lis,dicatur exponemus.Caput igitur, ut breui dicā, *Thre. 1.*
sępe pro initio temporis,loci,operis,& ut aliqui uo *Gen. 3.*
lunt,pro summa alicuius rei,sumitur. Item, poten- *Num. 5.*
tiam,regnum,principem,primates,uitam, & periculum,non raro significat. Hinc, cadere, descendere, *Psal. 17.* *Isa. 1.*
conuerti in caput,est cedere in perniciem:qui loquē *Psal. 7.*
di modi etiam in bonam interdum capiuntur par- *Deu. 33.*
tem.Reperies quoque hanc uocem usurpatam fuis- *Gen. 40*
se ad significandum totum hominem.Leuare caput,
est gloriari,reminisci, in pristinum statum restitue-
re,ē calamitatibus emergere,& lætari. Caput moue-
re,nunc consolationis,nunc despicationis est symbo *Iob. 16.*
lum. Et hi fere sunt huius uocis usus, quos potuis- *Gen. 40.*
sem,afferendo ex scripturis exempla, planius expli-
care;sed breuitatis studio, sola notionum enumera-
tione contentus fui: quas notiones,si quis nouerit,
multa diuinæ legis loca ad hominem interiorem
pertinentia intelliget.Vt autem inuisibilibus rebus,
rerum uisibilium imagines aptare possimus,de ca- *Dion. de*
pitis natura aliquid dicamus. Caput, quod sic dici- *cæl. hier.*
tur,ut quibusdam placet,quod omnes sensus capiat,
est osseum,ac propterea durum,& parum carnis ha- *Isid. lib.*
bet, multum tamen medullæ intus continet: unde *11. etym.*
nerui,motus,& sensus oriuntur omnes. Septem ha- *c. 1.*
bet foramina,per quę uel recipit salubria,uel reijcit
nocua:in cuius laudē,ut mittamus ceteros; hęc scri-
psit Ambrosius. Quid sine capite homo, cum totus *Amb. lib.*
in capite sit? cum caput uideris hominem agnoue- *9. hex. c.*
ris.Si caput desit,nulla agnitio esse poteſt:iacet trun *9.*
cus ignobilis,sine honore,sine nomine.Huic cætera
membra quasi suo consultori, ac domino famulan-
tur,& tanquam numen in sublime locatum uehunt.
Ipsum uero membra dirigit, & obsequia singulis
decernit.Alia itaque portant, alia pascunt, alia de-
fendunt, & ministerium suum exhibent; parent ut
principi,ancillantur ut domino.Hæc Ambrosius: ex

quo, qui plura eadem de re cognoscere cupit, eius commentarium in psal. 118. super litera resch, quæ caput significat, legat. Multa de eodem capite medici, & alij scriptores, in eius laudem scripta reliquerunt. Nos, hæc pauca diximus, ut capitis interni ad externum caput analogia melius percipiatur. Nunc, quod nos facturos esse capite quinto polliciti sum⁹, quo modo caput de Deo, & de Angelis mystice dicatur, explicemus. Neque enim cum Hebræis in hac re, ut in multis alijs, stultis, stulte credere debemus, Deum habere verè humana membra, & proinde uerum caput. Mystice igitur, & translate caput de Deo dicitur; & de quorundam sententia diuinitatis designat essentiam; quæ, omnia quæ sunt, sicuti caput cetera membra præcedit, & omnia continet. Huic capiti omnia subiecta sunt, sicuti capiti nostro omnes subijciuntur partes. Ab hoc capite in creaturas omnes uis omnis dimanat, qua conseruantur omnia.

Alex. ab Ale. li. 2. c. 19. Synes. li. de somn. Petr. Al ph. cōtra hæb. Isych. in Leu. Eucher. Prosper.

Quæ sine nil rerum stare, vel esse potest.

Dicitur Deus speciatim caput Christi; qui est caput Ecclesiæ, & interioris hominis, ut paulo post demonstrabitur latius. Angelorum caput, est eorum mens, qua capiunt, & continent omnia. Solet autem Angelis humana figura tribui, uel quia apparuerūt ĩ hac forma, & parū humana natura ab eis distat; uel quia etiam homines Angeli appellātur, uel propter commercium, quod cum hominibus habent. Si quis eorum, sicuti & dæmonum imagines explicatas fusius legere cupit, Brunum consulat.

1. Co. 11 Dionys. Gal. 4. Mal. 3.

Quod sit interni hominis caput. Cap. 39.

CAput interni hominis de Philippi presbyteri sententia, ut ex eius commentarijs in Iob constat, est mens; quam sancti patres, spiritū passim appellant, scholastici, præcipuam rationis particulam; hebræi iether, idest partem præcipuam,

Iob. 4.

puam,& excellentiorem: græci ἐξοχὴν exochen. Mēs ergo dicitur caput, quod in supremo interni corporis loco resideat: & cętera membra, hoc est, agentes facultates, & operationes omnes diriget, & gubernet.

Mens regina caput summum uelit incolim arcem:
Hinc ceu de specula terras scrutatur, & altum.

Stephan. Forcat. epig. de præstantia mētis.

Hoc fortasse Romana religio olim significare uoluit, cum in arce capitolina Palladi, per quam mentem, & sapientiam repręsentabat, templum ædificauit. Quam rem quidam his elegantissimis carminibus expressit.

Cur capitolina Tritonia pallas in arce
Sedem habuit? caput hæc urbis, & orbis erat.
Mens Deus est hominis, diuinæ mentis imago,
Non ullis unquam sensibus exposita.

Achil. Boch.

Ab hoc capite, medullis diuinæ gratiæ referto, nerui dilectionis & amoris profluunt. In hoc capite omnes resident sensus, oculus intelligentiæ, auris attentionis, odoratus bonæ operationis, gustus deuotionis, tactus commiserationis. In hoc capite sunt septem foramina.i. septem Spiritus sancti dona, per quæ salutaria excipit, & nocentia respuit. Est hoc caput osseum & durum per constantiam, & a paucitate carnis, ac proinde ab appetitionibus carnalibus alienum. In hoc capite esse debent pori, ac rimę, ut si qui fumus, ab inferioribus membris, & a parte rationi contraria ascenderit, facile uaporet; ne ab hoc fumo male afficiatur, & capite laborante, cetera membra langueant. Inuigilandum itaque est, ne quid detrimenti hoc capiat caput; quia, eius usu amisso, spiritualis homo iumentum fieret insipiens, ac tandem periret. Huc facit illud Iob capite quarto. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt halo nisang ithrā bā, hoc est: nō ne, quia qđ præcipuum erat in eis, ablatum est ab eis? morientur, & non in sapientia sua? Ecce quomodo uir prudēs, mortem ex eo nasci do-

August. Steuch. Locus explí.

cet, quod huius capitis nullam homines capiant curam. Quæ res tunc euenire solet, cum mens, quæ est uir & caput mulieris. i. sensualitatis, sensui subijcitur, & Eua Adæ imperat: quæ tamen ex diuino præcepto uiro debet esse subiecta. Easdem ob rationes paulo ante dictas interni hominis caput, intentioné esse diceres, a qua ueluti a quodam capite totum corpus spirituale regitur, ac mouetur. Idem de prudentia & animi libera facultate dicas; quibus capitis cōditiones aptare facile posses. Nam, hæ facultates spirituales actiones dirigunt, cæteris partibus præsunt, easque in officio continent, ac instar capitis moderantur. In hoc capite quod mentem esse diximus, sapiens. i. interior homo (exterior enim stultus est) oculos. i. cognoscendi & discernendi uires, sapientiam & prudentiam habere dicitur: quos oculos sapiens in se conuertit, seque totum perlustrat, ut melius se, quam alios uideat: Vnde adagium: Oculos in pectus: qua in re ab exteriore homine peccatur, cum oculos in alio perpetuo defixos habeat; in se uero nunquā: cuius rei merito admiratur, quidam, cum ait:

Gen. 3. *Locus explic.* *Orig. in cant.* *Ecc. 2.* *Locus explic.* *Terent. Heaut.*

Ita ne comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius ut uideant, & iudicent quam sua?

Hoc caput de sapientis sententia, debet esse oleo semper inunctum: Etenim ait: Et oleum de capite tuo non deficiat. i. declarante Gregorio, caritas de mente tua. Namque excidente caritate, quæ est anima & uita interni hominis, caput necessario perit. Est quoddam oleum huic contrarium, quod non modo uitā spiritualem & spirituale caput non iuuat; sed lędit; a quo sibi internus homo diligenter caueat; ab oleo nimirum adulationis, & uanæ laudis; quo oleo mirum in modum spirituale caput læditur. Id cum Dauid intelligeret, dicebat: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Oleum, ait Cassiodorus, est dilectio simulata uerborum; quæ adulationibus & blādimentis nostras mentes ueluti olei pinguedo leniter

Eccl. 9. *Locus explic.* *Isa. 1.* *Psa. 140* *Locus explic.*

ter ingrediens, rigorem ueritatis emollit; & ad noxias cogitationes amoris ficti potius ostentatione perducit; sicut in psalmo dictum est; Mollierunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt iacula. Opus etiam est, ut hoc internum caput tondatur, hoc est, ut superfluæ cogitationes ab eo resecentur: Ideo, de Iob legimus: Et tonso capite, corruens in terram, adorauit. Caput tondere, ait Gregorius in hunc locum, est cogitationes superfluas a mente resecare, & tonso capite in terram corruit, quia repressis præsumptionis suę cogitationibus, quam in semetipso infirmus sit, humiliter agnoscit. Sunt præterea qui dicant, noui hominis caput, esse uiuam fidem; a quo capite operationes & motus omnes spiritualis uitæ deriuant: cui capiti, facile quisque capitis conditiones superius positas, accommodaret. Ad cuius capitis tutelam cuncta membra sese exponere debent; hoc est, spirituali homini omnia agenda ferendaq; sunt, ut hac ratione, ab ictibus inimici, hoc caput sæpe petentis, fides integra seruetur, ne hoc capite cōtrito totum corpus pereat. Ad hanc curam, christiane uir, de tuo capite habendam, caput tuum Christus dominus te monuit cum dixit. Estote prudentes, sicut serpentes: quasi diceret: imitemini in deuitandis periculis serpentis prudentiam, qui toto corpore caput occultat, ut illud in quo uita uiget, protegat; ita & uos totum corpus, uitam scilicet ipsam, pro fidei conseruatione exponite. Habet etiam hic homo pro capite prælatum, & spirituales patres, & omnes eos a quibus in uita spirituali mouetur, & dirigitur. Prælatos capitis locum obtinere ex locis superiore capite citatis, apertum est. Itaque in prælatis, tanquam in quibusdam capitibus, debent esse sensus omnes spirituales, per quos diuina excipiant, & membris, ea mouendo, & dirigendo communicent. In his capitibus Ecclesiæ decorem & uenustatem, qua cæteri capti, hæc capita ament, & reuereantur,

Psal. 54. *Pro. 18.* *Greg.* *Iob. 38.* *Locus explic.* *Mat. 10.* *Locus explic.*

esse oportet. In his capitibus inquam, debet esse sensus uisus, quo omnia circumlustrent ii, qui ab ἐπισκοπεῖν.i.a considerãdo & inspiciendo, & inuisendo epi scopi dicti sunt. In his capitibus sit sensus auditus, ut uoces pauperum & orphanorum audiant, cum ipsis relicti sint pauperes, & orphanorum debeant esse ad iutores. In his capitibus sit olfaciendi sensus, quo odores bonorum operum attrahant, ut de bona suorum uiuendi ratione Deo gratias agant; &, si quid fœtoris perceperint, remouere studeant. In his denique capitibus esse debet rerum diuinarum gustus & tactus; ut cum quanta sit earum suauitas, & facilitas senserint, ad eandem suauitatem degustandã alios incitare queant. Postremo, ut paucis multa complectar, quidquid præclari in aliis membris reperitur, in his capitibus iuueniatur necesse est. Nã alias, ut uere diuus Leo scripsit, totius familiæ Domini status, & ordo nutabit, si quod reperitur in corpore, nõ reperiatur in capite. Quare, ab his capitib9 regiminis motũ, doctrinæ sensus, integræ uitæ exemplum, manare necesse est: secus si res habebit, capitis uim, efficientiamque non exercebunt; ac proinde cetera mébra una cũ capite languescent: atq; cũ Isaia dicere licebit: Omne caput languens, & oẽ cor mœrens; a planta pedis, usq; ad uerticem, non est in eo sanitas. Monerem ẽt, si ego is essem, qui reipublicę Christianę capita monere possem ac deberem, ut enixe studerent, ne præstantiora & ornatiora sint mẽbra quã capita. Id ab eis fiet, si doctrina, si moribus, si uitæ exẽplo, si prudentia, & gubernandi peritia, ac deniq; uirtutibus omnibus, quos dignitatis gradu antecellunt, eos superabunt. Secus si res ibit, non modo Ecclesiæ corpus erit deforme, sed etiam inde maxima nocumenta capiet. Quia uehementer ecclesiam Dei destruit, meliores esse laicos, quã clericos. Interior uero homo, & spiritalia membra, suũ agnoscãt caput; &, ubi quãtum ab eo utilitatis capiunt, perceperint, illud

Leo epist. 85.

Isa. 1.

Io. Paul. Lancel. li. 1. c. de uita, &c.

illud sustentent, defendant, atque pro ipsius conseruatione, se suaq; omnia exponant. Diximus de capite spirituali, quæ uidebantur digniora scitu. nunc de cerebro, quod in capite reperitur, breuiter aliquid dicamus. Spirituale cerebrum diceres esse sapiētiam, uel prudentiam, quæ resident in mente, tanquam in capite: uel dicas esse mentem ipsam, seu potius uoluntatem. Hoc cerebrum, sicuti illud carnale, album per innocentiam, durum per constantiam, medullis sapientiæ, & spiritus refertum, sanguine carnalitatis uacuum, tribus cellulis, hoc est, tribus uirtutibus infusis, fide, spe, & caritate, siue tribus prudentię partibus, ut præteritorum recordetur, futura præsentiat, instātia ordinet, distinctū, dura deniq; & pia matre .i. iustitia & æq tate, siue clemētia, tectū esse dēt. *Petrus Ber. c.*

Quæ ratione Christus sit interni hominis caput. Cap. 40.

QVamuis de Saluatore nostro, ut est mysticū caput, a multis disputentur multa: tamen, ea solum hoc loco, quæ proxime ad rē nostram facere uidebūtur, a nobis afferentur. Duo itaque breuiter dicemus; primum ueri capitis præcipuas conditiones recensebimus; deinde quo modo Christo mystice conueniant, explanabimus. De primo, primaria capitis conditio est eius dignitas, & præstantia, de qua aliqua superi⁹ scripsi. Antecellit. n. ordine, situ, structura, uenustate, facultatibusque cætera mēbra. Deinde, caput, motum & sensum, cum a cerebro, qđ in capite residet, nerui omnes, tanquam a quodam fonte riuuli oriantur, quibus tactio, & motus omnis, in reliquo fit corpore, membris omnibus impertit. Præterea, caput est ueluti consultor, moderator, ac rector cæterarum partium: quo fit, ut ciuitatum præsides, per metaphorā, capita nuncupēt. Habet postremo caput, ut eiusdem sit naturę cum alijs mēbris. Hæc omnia in Christo, si cum Ecclesia, & inter- *Ant. 3. p. tit. 31. Turr. sum. de Eccle. Eph. 4. 1. Reg. 15*

no homine comparetur, inuenies. Excellit.n.primũ, ordine, dignitate, & perfectione creaturas oẽs. Quã
Pelegrin. lib. de symb. doquidem, sacrosancta illa Christi humanitas, indissolubili, & ineffabili unione, non accidentali, sed ut cũ Cyrillo loquar, naturali, hoc est intima & essentia
Gelas. de duab. na. li, cum diuina uerbi persona est copulata, & ad consortium Trinitatis euecta, & propterea a Deo singulariter dilecta, & præcipuis muneribus donata; ut iu
Colos. 1. re optimo Christus primogenitus omnium creaturarum, & primus prędestinatorum nuncupetur, & ei
Phil. 2. inferna, terrestria, & cœlestia, genua flectãt. Præstat deinde, qđ in ipso sunt omnes thesauri sciẽtiæ & sa-
Colos. 2. pietię Dei oẽs: ẽt sensus, & virtutes, & gratię spiritua les, tanquã in quodã fonte in eo continenť. Demũ, in eo est uenustas & decor oĩs spiritualis, cũ sit specio
Psal. 44. sus præ filijs hominũ, & processerit tanquã sponsus
Psal. 18. ornatissimus de thalamo suo. Cõuenit preterea huic capiti cõicatio motus & sensus in mẽbra oĩa, idque meritorie, & efficienter. Nam, & in nostro corpore,
August. episc. 57. ait Augustinus, inest sensus singulis membris, sed non tantus, quantus in capite, ubi prorsus oĩs est q.n queparti[t]us: in ceteris uero, solus est tactus. In Chri
Remũdo Sabund. dial. 6. c. 66. sto ãt est omnis plenitudo gratiarũ, tanquã in capite. Impertit itaq; Christus mẽbris suis, in primis, sensũ cognitionis. Illuminat.n.oẽm hominem uenientem in hunc mundũ: dat scientiã salutis: cæcos uidere fa-
Ioan. 1. cit. Hanc uim petebat is, qui dicebat: Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua: illumina tenebras meas: Dominus illuminatio mea. Impertit deinde motũ, quo ad gratiã ꝑuenitur. Nemo.n.accedit ad Patrẽ nisi ꝑ Christũ: id cũ optime intelligat Ec
Ps. 118. clesia, q̃ est corpus Christi, suo capiti inquit. Trahe
Psal. 26. me post te: conuerte me, & conuertar, dicebat alius.
Ioan. 14. Tribuit præterea motũ amoris, cum gratiam, & cari-
Cant. 1. tatem per quam ad Deum tendimus, & opera Deo
Ier. 31. grata operamur, largitur. Siquidem, de plenitudine
Ioan. 1. eius, qui unctus est præ participibus, seu consortibus

tibus suis, hoc est Christi, qui ampliorem accepit gra- *Psal. 44.*
tiam, quam ij, qui ab ipso participarunt, accepimus *Locus ex*
omnes. Item, dat uelle & perficere; ita ut sine ipso ni- *plic.*
hil facere possimus; sed in ipso inserti multum fru- *Conc. Mi*
ctum facimus. Per hoc denique caput uiuimus, mo- *leu.*
uemur, & sumus, ac ea, quæ Dei sunt, sentimus. Ad *Ioan. 15.*
hæc, in hoc capite dirigendi, ac gubernãdi rationem
inuenies. Nec enim nos ipsos dirigimus, & regimus, *2. Cor. 3.*
cum non simus sufficientes quidquam cogitare ex no- *Ps. 118.*
bis. Propterea uiri pij dicunt: Dirige gressus meos: di- *Psal. 17.*
rige in conspectu tuo uiam meam: qui docet manus
meas ad prælium, prohibet pedem a lapsu, qui perfi-
cit pedes meos tanquam ceruorum. Postremo, est
hoc caput conforme membris, cum habeat uere hu-
manam naturam, & humanam carnem, non fictam, *Tert. de*
sine ossibus duram, sine musculis solidam, sine san- *uera car-*
guine cruentam, sine fame esurientem, sine dentibus *ne Chri-*
edentem, sine lingua loquentem; non de cœlo dela- *sti.*
tam, sed ex utero uirginis acceptam; ac propterea po-
test compati nobis, quippe qui per omnia tentatus
fuit, & ex ijs, quæ passus est, didicit; talem enim Chri- *Hebr. 4.*
stum uolumus, qui pati, qui mori potuerit, impatibi-
lem, incruentum non agnoscimus, ne destruamus ne-
cessarium decus fidei: Cognosce igitur interne ho-
mo excellentiam, præstantiam, celsitudinem, uirtu-
temque capitis tui, & tuam: intellige, te per ipsum
esse, & uiuere: Defende diligenter hoc caput, a quo
omnis motus, & operatio omnis, dimanat tua: Lau-
dibus hoc sacrosanctum caput, quod omnes spiritus
laudant, exorna.

Laudate uestrum principem — *Prudent.*
Omnes beati, ac perditi — *hym. de*
Viui, imbecilli, ac mortui: — *epiph.*
Iam nemo posthac mortuus.

Cognosce inquam, hoc caput tuũ, ut ipsum agno- *Aug. tra.*
sci corpus & membra sua, Ideo ait: Quod uni ex mi- *21. in Io.*
nimis fecistis, mihi fecistis: Esuriui & non dedistis mi- *Mat. 25.*
hi

Act.5. hi manducare: Saule, Saule, cur me persequeris? Ergo
Marcel- gratulemur ait Augustinus, & agamus gratias, non
lin. epis. solum nos Christianos factos esse, sed Christum: ad-
decret. miramini, gaudete, Christi facti sumus. Neq; super-
1 Cor. 12 be hoc dicitur; cū id nos apostolus doceat: Vos estis
Augu. in corpus Christi, & membra. Huc facit luculenta quę-
psal. 61. dam diui Ambrosij in psalmum 118. sic scribentis, auctoritas. Mysticum caput Christus est, quia omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesiæ. Hoc caput qui amiserit, uiuendi sensum habere non poterit. Hoc caput humani seruate serpentes: etiam si omnia membra cedantur, totum uratur corpus incendijs, mergatur profundo, euisceretur a bestijs: hoc tamen capite custodito, uita integra, & salus tuta est. Nemo enim potest perire, cui non sublatus est Christus.

De capillis, seu cæsarie, & cincinnis spiritualis capitis, & quomodo capilli de Deo *mystice dicantur.* *Cap.* 41.

Postquam de spirituali capite scripsimus, singulas eius partes explicare ingrediamur; inter quas uertex, capillis & cæsarie ornatus, se se pri
Ambros. mum offert; in cuius laudē hæc scripsit Ambrosius. Ipse autem uertex capitis, quam suauis, & gratus? quam speciosa cæsaries? quam reuerenda in senibus? quam ueneranda in sacerdotibus? quam terribilis in bellatoribus? quam decora in adolescentibus? quam compta in mulieribus? quā dulcis in pueris? Alium sexum crinita non decet; alium tonsa non decet. Ex arboribus licet, quæ humani sit gratia capitis æstimare. In capite arboris omnis est fructus, ibi omnis est pulchritudo: illius coma nos, aut a pluuiis tegit, aut defendit a sole. Tolle arbori comam, tota arbor ingrata est. Hæc Ambrosius. Quod si tot laudibus humani corporis cæsaries, & capilli digni sunt; quibus

laudi-

laudibus, uertex, & cæsaries spiritualis, qua suum filium ornauit Deus erunt cumulanda? Vt autem doceamus quibus capillis, & crinibus, internum caput exornetur, animaduertendum est, capillum, per allegoriam in diuina lege, nunc in bonam, nunc in malam, sicuti & aliæ uoces huius similes, utputa, coma, pilus, & cincinnus, accipi partem; significant etiam capilli, maximam rei alicuius abundantiam. Item, luxum, & lasciuiam; & denique, *Psal. 39. 68.*

Crinis opes, crinis fluxos designat honores. **Iacobus Bil.**

Erant etiam apud antiquos lætitiæ symbolum; & ideo in luctu capillos tondebant, & barbam radebāt: quo fit, ut caluitium, pro mæstitia & pœnitentia ponatur, Capilli interni capitis, hoc est mentis, & rationis, uoluntatisq;, de Ambrosij sententia, sunt uirtutes, quæ capitis interni, ueluti externi capilli, externi capitis, sunt ornamenta: & ut capilli à capite fluunt, ita a mente, diuina gratia ornata uirtutes manant; quibus mirifice internum caput exornatur, quod sine uirtutibus, est omnino uisu turpe. De Isychij, & Gregorij sententia, capilli sunt animi cogitationes, ab eo ueluti capilli a capite enascentes. Hæ cogitationes, si honestæ sint, tanquam compti & bene pexi capilli internum caput elegantissime exornāt. Hi sunt capilli, qui non peribunt, & ueluti arboris, ad riuulum aquarum plantatæ folia, non decident: quia singulis his cogitationibus in die iudicij suum reddetur præmium: siquidem numeratæ sunt. Hi capilli, sicuti si nimis longi essent, & humeros aggrauarent, exemplo Absalonis abscindendi sunt; ita, non omnino eos abradere oportet; cum de his, quæ necessaria sunt cogitare sit necesse. Quod si interdum legimus capillos esse abradendos; tunc peccata, quæ abradere & prorsus euellere oportet, aut ignorātiā significabūt; quę solet mentis oculos, sicuti capilli oculos corporis, tegere & impedire, ut homo uidere nequeat. Pro eodē peccato, pilus allegorice sumitur: & idcirco, esse pi- *Paulin. epist. 4. Luc. 21. Psal. 1. Locus expositus. Luc. 12. Reg. Leuit. 14. Orig. ho. 8. in Leuit. Clement. Alex. 1. pedago. c. 2. Gen. 22.*

Isa. 13. losum male sonat;cum pilosus is dicatur, qui peccatorum pilis tegitur, uel rebus superfluis, turpibusq; cogitationibus est obsitus. Cum itaque capilli,id est cogitationes omnes,ut dicebamus,numerati sint ab eo, qui tuetur omnia, summa diligentia in illis pe-
Num. 19 ctendis, excutiendisque, ne quid turpitudinis in eis appareat,adhibenda est:quod quam difficile sit, Isychius centuria secunda docuit,cum dixit, cogitatio-
Iacobin. num curam esse artem artium, & scientiam scientia-
can. 40. rum.Et quidam uir uere perfectus, summum perfectionis gradum,in cogitationum nitore,concinnitate,compositioneq;, positum esse docuit.Quanta diligentia prauæ cogitationes, turpesq; animi motus, qui sunt ueluti quidam ueteris hominis capilli, frangendi,ac prorsus a capite mystico euellendi sint, indicarunt sapientes illi, qui furias, capillorum loco, serpentes habere finxerunt, qua re, perturbationes ab animo commoto nascentes, quasdam serpẽtes es-
Apud se, significare uoluere. Et quidam hæretici, turpes
Clemen. animi motus,esse Dæmones quosdam instar capillo-
Alex.lib. rum ab animo fluentes,dicere sunt ausi. Hos itaque
Strom. horridos & turpes capillos, si qui in capite interiore suborientur, internus homo, ne humeros grauent, oculos offendãt, & caput horridum reddant, statim resecet. Et cum omnis luxus, ac lasciuia ei fugienda sit,ne comam nutriat,cauebit. Nec ideo, cum id ad decorem pertineat, ei cincinnos gestare prohibemus;hoc est, collectas corrugatasque cogitationes, cum eas contrahere,de se cogitando,& curare ne defluant,ut diximus debeat. Vel cum Hieronymo, crispatos crines frequentes orationes, per quas homo
Cant. 5. spiritualis suas appetiones, & cogitationes colligit,
Locus ex esse dicamus. Hi cincinni, tunc illustriores & pul-
positus. chriores erunt,quando guttis noctium, hoc est rore diuinæ gratiæ fuerint aspersi.Erunt etiam hi capilli splendidiores, & magis aurei, si eos oleo misericordiæ inunget, id est si commiseratione erga pauperes

affi-

afficietur; si de iuuandis egentibus cogitabit; si uarias inueniet curandorum pauperum rationes: quia suarum inuentionum fructum accipiet: Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuētionū suarum comedet. Ad hoc faciendum facilius interior adducetur homo, si his suis capillis, id est cogitationibus cogitabit suos pulchros crines, id est honestas cogitationes, ab eo oriri capite, quod dixit: Quandiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis; quod caput cum esset ditissimum, & pulcherrimum, pro nobis factum est pauper, & flagellorum percussione deforme. Vt igitur parem amorem erga caput suum internus homo ostendat, pauperes, qui sunt Christi membra tueatur, subleuet, & si opus est, pro eo, qui pro ipso pauperrimus factus est, pauper fiat. Nam,

Isa. 3.
Matt. 25

Optimus ille, Deo similem qui praestat amorem,
Vt fiat pauper, factus ut ante Deus.

Bernar. Furm. de rerum abusu.

Hoc si faciet, non modo caput suum hoc oleo ungendo ornatius & nitidius reddet, sed etiam capillos, id est cogitationes & uirtutes, & uirtutum operationes a Christo capite nascentes, tanquam Samson, & Nazareus; hoc est floridus, seu coronatus, conseruabit; nec fortitudinem, quae in capillis latet, amittet: ac proinde ab inimicis non superabitur. Det ergo operam, ne inclementia, uel concupiscentia suum unquam caput tondeat, ne una cum capillis, fortitudine amissa, in manus inimicorum ueniat. Capilli de Deo allegorice dicti, sunt uel Angeli, uel beati, uel Filius, qui ab essentia Patris, tanquam a quodam capite nascitur, uel multa uerba, ab uno Verbo manantia. Sponsae cincinni, ut Philoni placet, est Christiani populi multitudo, caetusq; hominum unum uerum Deum colentium.

Iud. 16.
Num. 6.
Locus explic.
Dan. 7. 14.
Richard. de sanct. Vict.
Eucher.
Philo in cant.

Quid facies in scriptura significet, & quæ sit Dei, Christi, & Ecclesiæ facies. *Cap.* 42.

FAcies, quæ & uultus dicitur, ea est hominis
pars, per quam homo speciatim discernitur; in
qua omnes uigent sensus, & affectus omnes ap
parēt. Et licet has duas uoces, faciem & uultum, non
omnino idem significare sciam; noui tamen easdem
sæpe confundi, & translate pro eodem accipi solere.
Psal.21. Vox, facies, has fere notiones in sacra scriptura ha-
87. bet. Primum, iram, indignationem, uindictam, & pr̄e
Iob 15. sertim diuinam sæpissime significat: deinde, præsen-
Luc. 20. tiam, & maxime eius rei, quæ urget: præterea cogni-
Psal. 1. tionem, euidentiam, & id, quod est in prospectu ex-
Iudith 2. trinseco: postremo, superficiem & aspectum rei alicu
Luc. 12. ius: ut esse in facie, fit, esse e regione, uel, contra. Ab
hac uoce natæ sunt locutiones quædam, quas breui-
ter explanare non erit inutile. Facie ad faciem cum
Deo loqui, aut Deum uidere, est euidens apparitio,
siue ostensio, siue locutio Dei. Faciem suscipere, est
Locus ex exaudire, reuereri: non suscipere, est repellere, repul
plic. sam dare, despicere. Accipere faciem, est idem quod
accipere personam. Obfirmare & opponere faciem,
Ezech. est fidenter agere & resistere. A facie alicuius esse,
29.28. aut facere aliquid, est propter rem illam aliquid fa-
Leu. 26. cere. Verbi gratia: a facie peccatorum tristari est ob
peccata, tristitia affici: & facies peccatorum sunt ip-
sa peccata; uel peccatorum repræsentatio, quam sen-
Ps. 50. tiens propheta, dicebat; Peccatum meum contra me
Sadolet. est semper. Nanque ubi peccatum detectis laruis,
in hanc agnitū. repudiatumq́; est, omnem suam mōstrosam
psal. affert informitatem; urget, terret, angit, quò te cūq;
Locus ex uerteris, obuertitur, teque nec uigilare, nec in som-
plic. nis patitur requiescere. Ideo alibi dixit: Non est pax
Psal.37. ossibus meis a facie peccatorum meorum, id est om-

nes animi mei uires perturbantur, cum peccati perpetrati se se mihi offert informitas, Vultus, priuate, honorem, & auctoritatem designat, quas significationes, etiam facies interdum habet. Quo modo, facies Deo mystice tribuatur, non eodem ab omnibus pacto explicatur. Primum, Facies Dei, est ipsum Verbum diuinum: in qua facie omnia quæ in diuina essentia sunt, cernuntur: in qua relucent omnium creaturarum ideæ; quæ ab Apostolo figura, seu character substantiæ patris, nominatur. Propterea de se ipso dicebat; Qui uidet me, uidet & Patrē meum. Deinde, Christus dominus speciatim dicitur facies Dei, cum per Christum Deus uisus & cognitus fuerit. Huc facit illud: Post hæc autem in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est: quando uocatū est nomē est, Emmanuel, id est quando Deus fuit nobiscum. Ante hanc faciem Domini, id est ante Verbum carni unitum, præiuit Ioannes tanquā lucerna, quam suo Christo, id suo Messiæ parauerat Deus, ad parandam uiam eius. Præterea, facies Dei est ipsa diuinitas, quam Moyses uidere non potuit, licet posteriora, id est creaturas, & prouidentiam Dei cognouerit, & hoc est illud bonum, quod Deus se ostensurum esse eo loco promittit. Quare, ut hoc obiter dicam, neminem hanc uitam degentem, hanc faciem Dei, id est essentiam diuinam unquam clare uidisse arbitror; quod, missis modo alijs rationibus, auctoritate horum patrum, Dionysij Areopagitæ, Euaristi, Origenis, Gregorij Nazianzeni, Chrysostomi, Cyrilli, Gregorij magni, Alcuini, qui hoc docēt, comprobari potest. Insuper facies Dei, est lux, reuelatio, & cognitio Dei. Hanc faciem uidere cupit internus homo, cum petit: Ostende mihi faciem tuam, id est, da mihi cognitionem tui, ut sis mihi quasi de facie notus. Dicitur etiam Dei facies, Spiritus sanctus, per quem Deum cognoscimus. Item facies Dei, est ira, indignatio & punitio Dei: quæ facies, si ab hominibus eo cerne-

Locus explic. Isa. 3. 4. Re. 3. Iere. 1. Alber. in apoca. Heb. 1. Hiero. in psal. 79. Ioan. 13. Bar. 3. Locus explic. Galatin. Luc. 1. Locus explic. Ps. 113. Exo. 33. Locus explic. Alcuin. lib. 2. de trino. 16 Greg. Ps. 79. Locus explic. Ps. 130.

Hilar. in ps. 138. cerneretur modo, quo cerni deberet, non esses eis ingrata, neque odiosa; quandoquidem ex sua infinita misericordia, hanc faciem Deus facinorosis ostendit, ut relicta impura uiuendi ratione, in eis faciem suam instauret, ut tandem ad faciem essentiæ suæ perpetuo uidendam, eos traducat. Nam,

Amb.

Prosper. *Qui terret, parcit; qui percutit, ipse medetur:*
Vincere uis? illi subdere, quem metuis.

Alber. Mag. in apoc. Postremo, facies Dei, est auxilium, fauor, gratia, misericordia, consolatioq; diuina: à qua facie repelluntur mali: quam abscondit indignis. Abscondit autem, dum excæcat, dum orationes non exaudit, dum auxilia priuata subtrahit, dum consolationibus priuat: conuertit uero, & respicit, dum iuuat, approbat, cœptis fauet, & preces excipit. Ex quibus multa scripturæ loca facile declarare licet. Posteriora Dei uidere, ut paulo ante dicebamus, est Deum per creaturas cognoscere, uel in aliqua forma inspicere: ut, si quis Cæsarem sua in ipsius imagine cerneret, diceretur posteriora eius uidere, id est eius exemplar, quod post ipsum factum est. Facies Christi, est eius diuinitas, reuelatio rerum diuinarum, & secundus aduentus: per quam faciem ab impijs die iudicij cognoscetur. Vel cum alijs; facies Christi, sunt ij, qui eum manifestarunt, ueluti prophetæ & Apostoli. Ecclesia etiam, quæ est Christi sponsa, suam habet faciē; quæ uel est Christus, uel prælati, & pastores, uel omnes fideles: quæ facies tunc lauatur, cum pœnitentiæ lacrymis abluitur.

Judith 6. Gen. 4. Psal. 4. Loci explic. Exo. 33. Locus explic. Orig. Hierem. Iob 16.

De interioris hominis facie. *Cap. 43.*

VArij sunt sacri scriptores, in explicanda hominis interioris facie, propterea nos quoque explicationes afferemus uarias. Sunt igitur qui dicunt, faciem interiorem, esse animam, in quam faciem Deus inspirauit spiraculum uitæ: hoc est, mul

Gen. 2.

lis patribus sic exponentibus, gratiam Spiritus san- *Cyri. Io*
cti; cum, qua gratia primum hominem, & Angelos *an.7.*
creatos fuisse a Deo, cum eius opera sint perfecta, *Locus ex*
cum meliore doctorum sentẽtia arbitramur: qua *plic.*
etiam gratia instauratus fuit. Emitte, inquit prophe *Gregor.*
ta, spiritum tuum, & creabũtur, & renouabis faciem *Arim.*
terræ: spiritum uidelicet gratiæ cœlestis, quo renoue *Dam.lib.*
tur terreni hominis facies; & similis fiat hominis cœ- *2.c.3.*
lestis. In hac itaque innouata facie, uigent omnes sen *Bas. psal.*
sus spirituales, & pulchritudo quædam relucet diui- *32.*
na. In hac facie est splendor & decor uirtutum om *Ps. 103.*
nium. Ab hac facie agnoscitur internus homo a Deo *Locus ex*
parente suo. Ab hac facie, Deus faciẽ suam non auer- *plic.*
tit: immo in eam perpetuo oculos cõuersos habet; ab
eius pulchritudine capitur; & super ea illuminat fa-
ciem suam, & eam tanquam solem splendere facit. *Mat. 15.*
Deinde, ex aliorum sententia, facies noui hominis
est cor, seu conscientia, & affectus, in qua resident spi *Bern. in*
rituales sensus; a qua internus homo internoscitur. *cant.*
Hanc faciem de consilio patris sui, i. Christi, hic ho- *Matt. 6.*
mo, cũ ieiunat lauare debet: de qua re Chromatius,
ut ex eius fragmentis colligitur, ita scriptũ reliquit.
Faciem lauare, est ab omni sorde peccatorũ & squal- *Locus ex*
lore delicti faciem cordis nostri, & ipsam conscien- *plic.*
tiam mundam facere. Aquæ, quibus lauanda est hæc
facies, sunt interiores lacrymæ, de quib. suo dicetur
loco. Nec dum quis eam lauat, ita lacrymis conficiat,
& mærore obscuret, ut in ea lætitia appareat nulla;
quam lætitiam tunc spiritualis facies præ se feret,
quando lacrymis cum ratione, & modo fusis, fuerit
elauata. Hæ siquidem lacrymæ, mirum in modũ con *Ps. 103.*
scientiæ faciem lætificant, cum secum oleum gratiæ *Aug. ser.*
afferant, quo hominis conscientia, & cor summa hi- *6. in Io.*
laritate perfunditur. Possumus etiã cum Augustino *Francisc.*
dicere, oleum esse caritatem; quæ, ueluti oleum nulli *Geor. 6.*
liquori subijcitur, sed omnibus eminet; ita caritas *problem.*
omnibus uirtutibus superextat, & nullis fluxis re- *t. 6.*

bus,se se subijcit. Vera itaque lætitia,puro & sancto oleo internus homo suam exhilaret faciem:quę tunc priuate læta,ac munda apparet, cum nullius peccati turpitudine est infecta,nec ulla erroris memoria perturbata. Quia si mens alicuius sceleris cõscia sit,semper consciẽtia solicitat,& torquet:sin uero bene actę uitę sit memor,oblectat,exhilarat,& aduersus omnia maledicta tuetur:quo fit,ut facies,nulla suffundatur uerecundia,& nulla pallescat culpa. Vnde uetus manauit prouerbium. Consciẽtia mille testes;cum eam
Quint. lib.5. uim habeat,quã mille testes haberent. Hæc facies cordis & affectus,eleuanda est in cœlum per contemplationem,& ostendenda est Deo,ut ipse quoq; ostẽdat faciem suam;quam tunc ostendit, quando in hac hominis facie similitudinẽ agnoscit suam. Hæc eadem
Eccl. 19. facies inclinanda est in terram per humilitatem; quæ inter alias uirtutes,uim pręcipuam habet ad excitandum Deum,ut ad faciem hominis oculos suos cõuer
Isa. 66. tere uelit;ut inferius,cum de oculis agemus,commo
Pro. 22. dius demõstrabimus. Propterea cauebit internus homo,ne unquam hanc faciẽ suam,a pauperibus auer-
Tob. 4. tat;ne Deus ab ipso suam quoq; faciem auertat, qua
Ps. 103. auersa,omnia,ut ait psalmographus,turbabũtur. Pro
Eccl. 4. pterea,sapiens,ne quis faciem suam ab egentib.auer
Hiere. 2. tat,& negligat,lõga oratione hortatur. Etenim cum ab ijs,qui Christi personam referunt facies inhumane auertitur, noui hominis noua facies deponitur, & ueteris hominis suscipitur uultus. Quare,cũ ege-
Cant. 2. nus occurrit, uertat internus homo faciem suã,ut intueatur faciem Christi sui:ubi uocẽ pauperis exaudi
Locus explic. uerit,dicat: Vox dilecti mei: En ipse stat post parietẽ nostrũ,respiciens per fenestras,prospiciens per cãcellos: siquidem latet in paupere. Dicat,cum pauperem aliquid petentẽ audit: En dilectus meus loquitur mihi:ostende mihi faciem tuã:sonet uox tua in auribus meis,uox inquam pietatis,& cõmiserationis;ut possit subdere. Vox tua dulcis,& facies tua decora. Sunt

etiam qui dicant,faciem esse externam uiuendi ratio nem & cõsuetudinem : Quæ facies debet esse nitida, & splendens,ita ut luceat per bona opera coram hominibus,ut glorificetur Pater interni hominis,qui in cęlis est. Ab hac facie, priuate homines cognoscũtur: unde illud vulgare dictũ:Dic mihi quibus cum uersetur,& qualis sit,tibi dicam. Quo fit,ut iudices nõ lenem coniecturam ex hoc loco, iure,desumant. Ex uisu,inquit sapiẽs,cognoscitur uir; & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.Operatio nanq; exterior,ueluti quædã facies,est interni affectus imago. Hęc facies mutatur ex cordis affectu. Cor nanq; hominis,ut ait sapiẽs,immutat faciem illius siue in bona, siue in mala:atq; ita,facies.i. extrinseca uiuẽdi ratio,certus existit cordis index,cum ex uarietate uultus, omne eluceat cordis arcanum.Hanc faciem is lauat, qui pure, & sincere uiuit, & ne quid agendo peccet diligenter cauet;qui errata corrigit sua ; qui immundos & corruptos homines lõge a suo usu repellit;qui castis honestisque sermonibus utitur, atque ab impuris uerbis, quæ hanc faciem multum conspurcant,abstinet. Est enim uerissimus senarius ille Menandri, quo aliquando Paulus usus est.

Bernar. *Grego. 1. Reg. 16.* *Matt. 5.* *Eccl. 19.* *Eccl. 13.* *Locus explic.* *Menãd.*

φθείρουσιν γὰρ ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαὶ

Corrumpunt bonos mores,colloquia praua.

Hæc facies interdum, ut inquit scriptura, contra iniquos & praue uiuentes ponenda est; quibus resistendum est in facie, ut a peccando deterreantur; ne nimiam ad offendendum licentiam sumant. Hæc facies,quam uiuendi rationem esse diximus,iis cognoscenda est, quibus pascendi, & gubernandi Christi oues,munus est impositum: quibus,a sapiẽte dictum est;Cognosce uultum pecoris tui, quem cognoscere nequeunt,qui prius se,& quæ ad officium suum pertinent,non recte cognouerint. Posset etiã speciatim quispiam dicere hanc faciem,esse fidei & caritatis manifestationem,quæ ex operibus ostendẽda est;quam,

1.Par. 12 *Tob.4.* *Gal.2,* *Pro. 17.*

qui habet, non pudesit confiteri Christum patrem suum, & Ecclesiam matrem suam: per quam faciem cognoscuntur qui Dei sunt. Postremo, sunt qui dicāt,
Gen. 3. uultum interiorem, esse uim intelligendi, & amandi,
Locus explic. in cuius uultus labore & sudore, pane scientiæ & uirtutis spiritualis homo uesci debet; quo labore, quæ acquiruntur, & sumuntur multo iucundiora & suauiora sunt. Et, ut hoc caput concludamus, ut extrin-
Eze. 3. seca facies frigora patitur, eisque facile resistit; ita, intrinseca nullis aduersis rebus, nullis frigoribus cedere, sed aduersa omnia ferre tolleranter debet.

De fronte, & temporibus spiritualibus. *Cap.* 44.

POsteaquam de spirituali facie in uniuersum egimus, ad singulas eius partes explanandas, inter quas frons & tempora primum locum obtinent, accedendum est. Frons ea est faciei pars, quæ temporibus, superciliis, & sincipite continetur; circulari, & duro osse, paucaq; carne tecto conficitur; & ut sapientes scribunt, est verecundiæ & honoris sedes, ac affectionum animi, atque fortitudinis index; quæ denique rugas potissimum contrahere consueuit. Frons, in sacra pagina sumitur interdum pro principio, seu pro prima & aduersa rei alicuius
Isa. 48. parte: ut frōs in acie, sit prima aciei pars. Frons ænea,
Ezec. 13. apud Isaiam, pro peruicaci & contumaci homine, apud Ezechielem uero, pro constanti & insuperabili uiro, sumitur. Frontem interni hominis, eius uoluntatem, seu uoluntatis externam significationem esse diceres; quæ debet esse ossea, & globosa, i. perfecte constans, & solida, paucaq; carne, hoc est, appetitione & significatione carnali, contecta. In hac fronte, caritatis & gratiæ affectus, effectusque apparere debēt. Hæc frons honestatis pudore ornanda, & coloranda est: quod tunc fiet, quando nihil peruicaciter,

nihil perfricta fronte, sed cum omni animi sumissione, & reuerentia internus homo efficiet omnia; & coram Deo & hominibus pudēter uersabitur: cum inquam, non modo aliorum causa, sed etiam sua, pudefiet: qua in re, bene multi peccant, dum sui eos minime pudet; quod M. Antoninus Imperator, & philosophi grauissimi uehementer uituperarunt. In hac facie apparebit lætitia, & serenitas quædam mentis, quando delectabiliter, & hilari vultu opera uirtutis exercebit; quibus Deo, & hominibus placere studebit. Lætitia, quæ in hac fronte cernitur, ex iubilo conscientiæ, quæ nulla est peccati nube obducta, nullo recordationis erratorum morsu lacerata, aut uerme doloris corrosa, nascitur. In hac facie ostendetur tristitia timoris, cum contra parentem suum, quem tanquam seuerum iudicem agnoscet, se multa peccasse hic homo animaduertet: quando signo thau; hoc est, crucis, tanquam gemens & dolens, super cunctis abominationibus, quæ fiunt in ciuitate, erit consignatus. In hac demum fronte, uirtutis & roboris indicia apparebunt, cum quis in omni re constāter se geret, & nullam inconstantiæ & ignauiæ significationem dabit; sed cuncta, etiam grauissima, fortiter & audacter feret. Opus est præterea ut hæc frons sit iusta, æquabilis, & nullis aspera rugis; quæ ueteris consuetudinis senectute, & morbo contrahuntur; ne quando huic homini dicendum sit. Rugæ meæ, id est peccatorū reliquiæ, seu imperfectionis, uiuendiq; rationes ueteres, testimonium dicunt contra me. Verum, ut arbitror, nihil est, quod magis frontem interni hominis in rugas contrahat, quam ira, quam indignatio, quā ulciscendi cupiditas, quam inueteratum odium: ex quibus, quæ nascuntur rugæ internam frontem multum turpificant. Quare, gratia & pulchritudine,

M. Antoninus Imper. *Isocrat.* *Phil. presbyte. in Iob c. 4.* *M. Ant. Gerard. orat. de conscientia.* *Ezech. 9.* *Iob 16.* *Io. Noeu* *Locus explic.* *Claudia.*

Dijs proximus ille est,
Quem ratio, non ira, mouet.

Is, qui talem frontem habet, nō est signatus eo si-

Apo. 9. gno, quo serui Dei, ne quis eis noceat, consignantur,
sed charactere bestiæ.i.signo Diaboli, cuius crudelita
Apo. 13. tem sectatur; & nigredine, turpitudineq; culpę suam
14. frontem infuscat. Sed iste bibet de uino irę Dei, quod
mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur
igne, & sulphure, in conspectu Angelorum, & sancto-
rum, &c. Placebit tamē, si internus homo frontem .i.
uoluntatem, duram, & cōstantē contra iniquitatem,
contra spirituales hostes, contra peccatum, habebit;
cuiusmodi nemo habere potest, nisi Deus talē, ut per
Ezech. 3. Ezechielem nos docet, ei dederit. Cauebit præterea,
ne unquam frontem impudicam, aut obstinatam ha-
beat: utraq;.n.in sacris uituperatur literis. De illa le-
gimus: Frons mulieris meretricis facta est tibi, nolui-
sti erubescere: quam frontē, tunc quis suscepit, cum
deposita uerecundia, nec suam, nec proximi, nec Dei
reuereretur presentiam; sed omnia priuate, & publice
Eurip. in impudenter facit: quę impudētia, ita uituperanda est,
Med. ut quidam peccatorum omnium maximum appella-
Isa. 48. re non dubitauerit. De altera, sic legitur: Sciui.n.quia
durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua
ęrea. Qua obstinationis fronte, quid potest uideri de
D. Thom. formius? cum sit pertinacia in ratione peruersa, absti
22. q. 115 nēs a bonis? Temporum locū, ut de his quoq; aliquid
ar. 1. dicamus, in spirituali facie, fidē habere existimares.
Nam, sicuti per tēpora, quæ ossea sunt, quæ facile læ-
duntur, quæ oculis sunt uicina, spiritus a corde ad ca
put transeunt; ita per fidem, quæ ossea.i.firma esse de
bet, quæ facile a quouis errore offenditur, quę oculis
mentis proxima est, a corde spiritualis hominis, id est
a Christo, ad mentis, & rationis caput sapientiæ, & ui
tæ spiritus transferuntur. Et sicuti percussis tempo-
ribus, animal facile expirat, ita quacunq; dubitatio-
ne fides læsa fuerit, internus moritur homo. De fron
te humani corporis, loco sæpe citato hæc scribit Am-
brosius. Huic frons libera, nudis aperta temporibus,
quæ mentis habitum specie sui prodeat, nunc læta,

nunc

nunc tristior, nunc directa ad seueritatem, nunc ad lenitatem remissior, quæ signis forensibus internam exprimat uoluntatem. Imago quędã animi loquitur in uultu, fidei basis, in qua quotidie domini nomẽ inscribitur, & tenetur. Hęc Ambrosius: quæ ad explicandam spiritualem frontem non nihil conferẽt, si quis ea aptare uellet. Nos ad alia stylum conuertamus.

De supercilijs frontis spiritualis. Cap. 45.

SVpercilia sunt extrema pars frontis, quæ oculis supereminent; sunt munita pilis, & inter se dissecta, ea parte, quæ intercilia uocantur. Hæc faciei pars, & ad decorem, & ad utilitatem est a natura instituta; quod ex his, quæ Ambrosius in laudem superciliorum scripsit, facile cognoscitur. Eam, (frontem intelligit, de qua locutus erat) geminæ sepes, vel ut alij legunt, rupes, superciliorum sequuntur, quæ oculis munimenta protendunt, prætexunt gratiam, ut & uenustas decoris arrideat, & diligẽtia protectionis assistat. Si quid enim de capite sordidum decidat, aut arenæ puluis, aut ros nebulæ, aut humescentis uerticis sudor, excipitur supercilio, ne teneras offensa acie uisiones mollium perturbet oculorum. Indicant præterea supercilia animi affectiones; nimirum superbiam, audaciam, humilitatem, modestiam: & de sententia eorũ, qui de physiognomia scribunt, planum supercilium mollitiem inconstantiæ, pressum malitiam occultam, altum superbiam, longum timiditatem & pigritiam, nimium pilosum, hypocrisim, carnosum ignorantiam, parum pilosum, uirtutum raritatem significat. Supercilia interni hominis, ut ex glossa ordinaria in Leuiticum, capite decimoquarto colligitur, sunt rerum sublimium cogitationes, quæ faciem spiritualem magnopere exornant, & spirituales oculos ab immundicijs, & pulueribus defendunt. Contemplationes enim de rebus

Ambr. *Glos. Leu.* 14.

diuinis, spirituales oculos a pulueribus rerum caducarum, ab impuris cogitationibus, ueluti sepes quædam defendunt & spiritualem faciem; ut patet de
Exo. 34. Moyse, cuius facies resplendebat, diuinis luminibus & fulgoribus illustriorem reddunt. Vbi autem ad rerum sublimium contemplationem Dei beneficio, se eleuatum esse internus homo senserit; caueat, ne supercilium ueteris hominis saliat, id est ne arrogans, & superbus euadat; & magnitudo reuelationis eum extollat: nec uelit altum sapere: ne dum
Eccl. 3. altiora supra modum contemplari studet, deprimatur a gloria. Quare, si quæ arrogantiæ cogitatio consurget, supercilium hoc deprimat; omnia se accepisse a Deo meminerit; quod cum fecerit, intelliget, in se nihil esse, cur gloriari debeat. Hac in re omnino accurate se gerat internus homo; quia, a nullo uitio magis cauere debet, quàm ab eo, quod, omnibus alijs superatis, uehementius urget, seque latenter insinuat, & occulte obrepit, cuiusmodi est
Aug. superbia & benefactorum arrogantia.

Iacobus *Quandoquidem, cum quis uitiorum cætera fregit*
Bil. *Agmina, tum factus prælia dira mouet.*

Deprimet facile hoc supercilium, si supercilia sua, id est suas bonas cogitationes ad mortalitatem, miseriamque suam cogitandam deflexerit; uelut ad mortis meditationem, in quam pauci sunt qui oculos defigant; sed potius in rebus inanibus, & ad se nihil pertinentibus cognoscendis totos ipsos annos inutiliter terunt; in quos eleganter quidam, imaginem, quam hoc loco exponam confinxit. Fingit ex una parte Astrologum sphęram sublatis oculis con-
Iob 18. templantem; ex altera mortem cranium defuncti ei ostendentem, & sequentibus carminibus, super hac Iob sententia; Indica mihi si nosti omnia; sciebas, quod nasciturus esses? & numerum dierum tuorum noueras? Mortem cum Astrologo sic loquentem facit.

Aſpiciens curuum ficta ſum imagine cęlum.
Euentura alijs dicere fata ſoles. *Georg.*
Dic mihi, ſi bonus es venturæ ſortis aruſpex, *Amylius.*
Ad me quando tibi fata uenire dabunt?
Inſpice præſentem, quam fert mea dextera ſphæram,
Te melius fati præmonet illa tui.

Eleganter equidem, & artificioſe inania ſpeculantes ſui erroris admonet, & ad ſui contemplationem reuocat. Præſtat enim inquit Bernardus, teipſum cognoſcere, quam, ſi te neglexeris, ſiderum curſum, uim herbarum, hominumque, ac omniũ terreſtriũ pariter & cęleſtium naturas, tenueris. Redde igitur te tibi, tu, qui externa contemplando, extra te uagaris: ſiſte gradum, ſtatue te ante te, & tanquam alium te inſpice. Huc facit, illud Muſonij dictum: Non licet præſentem diem recte uiuere, niſi quaſi ultimum cogitaueris. *Muſon.* Supercilia itaque ſuperbiæ & arrogantiæ ab interno homine deprimenda ſunt: & ſi quid pilorum .i. imperfectionis & uitij in eis erit, ut ſacra monet ſcriptura, abradendum eſt. *Leu. 14. Num. 8.* Diceret aliquis, & fortaſſe non inepte, myſticum ſupercilium, quo oculi ſpirituales defenduntur, & facies exornatur, eſſe exiſtimationem, iudiciumque ſui; quod non debet eſſe elatum nimis, neq; pręter modum depreſſum, aut adductum, ſed æquabile, & cum ratione exporrectum. Verum, cum de ſupercilijs nihil quod ſcribam ex patribus habeam, ad alias partes explicandas tranſitum faciam.

De genis internæ faciei. *Cap.* 46.

CVm proximo capite de ſupercilijs egerimus, nunc, pro ſuſcepta methodo, de oculis eorumque partibus ſcribendum eſſet: Verum, prius de genis diſputabimus, ut poſtea de tribus ſenſibus ſimul, nimirum de uiſu, auditu, & odoratu ſcribere poſſimus. *Laur. Val. li. 4.* Et quamuis inter genas, & malas, aliquid diſcri-

chram; qui uero per iustitiam, etiam bene appetit, genas pulchras habere dicatur. Anima igitur, quam faciem esse diximus, has ambas genas si uirtutibus ornatas habuerit, pulchras genas internus homo habebit; aliter deformis appellabitur. Est enim ut sentio monstrum quoddam, is homo, qui uel hasce ambas genas deformes, uel alteram quidem pulchram, alteram uero turpem habet. Genæ in corpore physico multum carnis habent, tum ad ornamentum, tũ ad conseruationem caloris; cum faciei partibus ad comprimendam ossium frigiditatem calorem subministrent: sunt molles, candidæ, rubicundæ, atque affectionum animi indices. Ita internæ genæ debent esse spiritalis succi plenæ, & pietate molles; ut caritate rubeant, innocentia albicent; in eisque castus timor, pudica uerecundia, sancta tristitia, & diuina letitia appareant. Laudantur genę interiores, si sint ut genæ turturis. i. animæ pudicæ & solitariæ, quæ uni tantũ sponso placere studet. Hæc enim auis, casta, pudica, solitaria, ac uno compare contenta esse dicitur. Sint igitur hæ genæ mundæ, & casto rubore aspersæ, ut uni Christo, cui anima est desponsata, magis, magisque placeant. Etenim huiusmodi animi ornamenta, ita Deo placent, ut etiam profanus poeta cecinerit. Cant. 1. Locus explic. Gregor. Cant. 1. 4 6. c.

Casta placent superis, pura cum ueste uenite,
Et manibus puris sumite fontis aquam. Tibul.

Laudantur præterea genæ, quæ sunt ueluti fragmen mali punici; hoc est quæ sunt uerecundiæ colore depictæ. Optimum ait Gillebertus decoramentũ est uerecundia. Verecundia quasi aurora quædam omnium actuum colorat principia, & uirgineo uirtutes reliquas honestat pudore. Verecundia bona sua non petulanter iactat, sed parce eloquitur contenta tenuiter innuisse cum urget necessitas. Bonæ genæ, quæ sicut nihil habent simulatum, ita multũ habent occultatum; quæ sicut nihil fingunt, sic nec Cant. 4. Locus explic.

totum

totum effundunt, quæ minus prætendunt in specie, quam tenet in uirtute. Possunt hæc ad interiores animæ genas referri, quæ in conscientiæ facie sunt, ubi non homo, sed Deus uidet. Habet cuiusque conscientia quandam propriam faciem. Eius genæ uerecundo humilitatis rubent colore, si penes se opera non iactet, non magnificet merita, non illa eximia putet, sed tam exigua pudeat. Quis enim gloriabitur castũ
Pro. 20. se habere cor? si accepit quo modo gloriabitur, quasi
1.Cor.4. non acceperit? Hæc Gillebertus. Quod si quispiam huiusmodi genas se habere senserit, ut prudenter ex apostolo admonet Gillebertus, non glorietur; sed corã eo, a quo talem pulchritudinem accepit, humiliet se; & cum illa omnium creaturarum pulcherri-
Luc. 1. ma Maria semper Virgine, dicat. Magnificat anima mea dominum: Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Agnosce o interne homo ruborem pudoris & humilitatis matris tuæ: Laudatur, sentit laudem sibi deberi; humiliat tamen se, & dum id facit, genas exor-
Pau. Bur. in scrut. par. 2. d. c. 2. 3. 5. Dam. lib. 3. cap. 12 nat, quas idcirco Deus respicit. Ex hac humilitatis uirtute, ut quidam scribunt, quod mihi uehementer probatur, noluit a filio suo. i. a Deo carni unito, quẽ tanquam uera Theotocos genuit, Mater appellari, sed mulier; qua ratione semper ab ipso appellatam fuisse legimus, quem, matris, titulum, a principio refugit, cum Angelo dixit: Ecce ancilla domini. Nam,

Faustus. *Mollia conueniunt teneræ præcordia formæ;*
Nec tumidus roseo fastus in ore decet.

Cant. 1. Postremo, spirituales genæ esse debent, tanquam
Locus ex areolæ aromatum, coloribus pictę, & floribus orna-
pli. tę; ut uidentium oculos delectent, & suaues spirent
Greg. odores. Ecclesiæ uero genæ, ex Gregorio, sunt sancti
can. 6. prædicatores, qui in eius facie eminent, & apparent.
Locus ex Diceres etiam ex eodem, genas Ecclesiæ esse marty-
plic. res, qui dum sanguinis effusionem patiuntur, fi-

dei tribulatione, quasi corticis mali punici rubore decorantur.

Quid, oculus, in scriptura significet, & qui sint Dei, *Angelorum, & Ecclesię oculi.* *Cap.* 47.

LOngũ omnino facerem, si dum significationes, quas oculus in scriptura habet referam, uaria exempla ad eas declarandas afferre uellẽ. Quare, satis nobis erit, si eas breuiter recensebimus; ut, quæ de oculis spiritualibus dicturi sumus, & a sacris scriptoribus dicuntur, melius intelligantur. Primũ, oculus, sæpe aspectum, uel superficiem significat: ut oculus terræ, sit superficies & externus prospectus eius; significat etiam formam, siue habitum, alicuius hominis. Deinde, oculus, & maxime cum dicitur sublimis, & superbus, idem sonat, quod apud latinos, supercilium; & ita ponitur pro arrogantia & superbia. Postea idem ualet interdum, quod homo, ut cum pars ponitur pro toto: ut cum dicitur: Oculi mei uidebunt, hoc est, ego. Insuper, sumitur pro cognitione & doctrina, qua ratione Iob dicebat, se fuisse oculum cæco. Et bonus oculus, est oculus simplex, non callidus, non nequam: malus uero, contra. Denique, oculus, iudicium, misericordiam, uerecundiam, & pudorem significat. Sunt etiam aliqui dicendi modi ab oculo sumpti. Parcere oculis, est oculis satisfacere. Oculos eleuare, & subleuare, est rem aliquam incipere, se ad aliquid agendum comparare, respectare, circumspicere, maxime cum in periculis uersamur: & aliquando, est contemplari, & spectare diuina. In oculis alicuius esse, idem significat, quod in conspectu & præsentia esse. Oculus, allegoricè de Deo dictus, uim, perspicacitatem, & claram diuinæ mentis notitiam, qua cognoscit, & penetrat omnia etiam occultissima, designat.

Huic ex alto cuncta tuenti

Exhod. 8. Psal 6. Iac. 5. Isa. 2. Ps. 130. Ps. 100. Iob. 31. Laur. a Villa Vinc. Gen. 40 Iob. 10. Deut. 13 Iac. 5. Gen. 45. Exho. 14 Ant. Bro. 1. par. ar. 45. Boetius Seuer. li.

5. conf. met. 2.
Nulla terræ mole resistunt.
Non nox aeris nubibus obstat,
Vno mentis cernit ictu,
Quæ sunt, quæ fuerint, ueniantque.
Quem qui respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.

Iob. 26. n Nudus, ait Iob, est infernus coram illo, & nullum
est operimentum perditioni: ut uere de eodẽ cæcine
Orpheus. rit Orpheus. πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ πάν-
τα βραβεύεις. i. oĩa uides, omnia audis, omnia guber-
nas. Propterea sapienter Epicarnus Pythagoreus do
Epicarm. cuit, nos debere timere Deum, cuncta cernentem,
Theod. li. quem nihil fugit. Et Menander, cum de abstinendo
6. contra ab alieno præcepta traderet, cumque inique facta
Græcos. Deo displicere dixisset, adiecit: Iustitiæ, est oculus
Menan- tuetur qui omnia. Sunt præterea per allegoriã Dei
der. oculi, misericordia, & approbatio item iudicium, &
Psal. 65. ira eius: illo oculo bonos tuetur, hoc vero improbos
spectat: ille est dexter, hic sinister. Ad hæc, oculi Dei
sunt cœlestes spiritus, doctores, & Ecclesiæ prælati;
Melchia. quos ait Melchiades, sibi tanquam oculos elegit Do
Cant. 4. minus. Hi ijdem Ecclesiæ oculi dicuntur. Horum o-
Ambr. de culorum pupilla, est spiritualis sacrarum literarum
bened. pa intelligentia. Hi oculi tanquam columbarum oculi
triar. simplicitate doctrinæ simplices sint, & fumum glo-
Hierony. riæ uanæ, & errorum tenebras, & caliginem fugiant.
Oculorum Dei pupillę, sunt incomprehẽsibilia eius
iudicia; quod Deus soleat quædam aperire, quędam
Eucher. uero tegere: uel cum Gregorio dicas esse, uigilantes
Greg. & prudentes præpositos. Rursus oculorum Dei pu-
Zach. 2. pilla, sunt res Deo carissimę, ueluti, sacerdotes, & ui-
Locus ex ri sancti, de quibus scriptum est: Qui uos tangit, pu-
pli. pillam oculi mei tangit. Ex quibus uerbis intelligi li-
Alex. 1. 3 cet, quanto honore & reuerentia serui Dei afficien-
q. 4. hi di sint; cum Deus oculorum suorum pupil-
qui. 1. q. 1 las eos uocet; quam rem Alexander primus epi-
qui. stola prima, & secunda latius demonstrat. An-
gelorum

gelorum oculi, est clarissima ipsorum intelligentia. *Dionys.*

Qui sint interni hominis oculi. Cap. 49.

OCuli interni hominis, ut passim sancti doctores tradunt, sunt animi uires, quibus ceu quibusdam oculis, cognoscendo & contemplando res spirituales uidet: qui oculi, cœcantur ignorantia, illuminantur scientia. Deinde spiritualis oculus est recta intentio; qui oculus, tunc dicitur lucidus, quando recta agendi intentio, nullis malitię tenebris obscurata, sed diuinę gratię splendore illustrata fuerit. De quo oculo, cum sit omnino necessarius & diligenter tuendus, plura a scriptoribus in Matthæum capite quinto scribuntur. Præterea, oculus internus est animi cogitatio: qui oculus si in res malas feratur, si scandalizet, hoc est, si errandi occasionem præbeat, eijciendus est, idest cogitatio illa remouenda, ac tollenda est, ne uideat iniquitatem. Item, oculus est fides; quo oculo uidentur, quæ ad spiritualem uitam pertinent, quæ sub oculos humanę sapientiæ non cadunt, & quæ oculi nostri in hac uita suo obtutu attingere nequeunt. Hic oculus diligenter custodiendus est, ne qua afficiatur macula, ne quo humore a cerebro, idest a iudicio humanę intelligētię defluente obscurus reddatur; ne ullis pulueribus lædatur; aut ab hæretica persuasione eruatur. Qui hunc oculum habent, arcana Dei uident; qui non habent, non uident: quod aperte indicat scriptura, cum ait: Nisi credideritis, non intelligetis: & Dauid, dixit se locutum fuisse, quia credidit. Cum hic oculus facile lædatur, palpebris. i. uoluntatis imperio, & motione, obsequioque protegendus est; & ne quo morbo, aut uetustate caliget, cauere oportet: ne quando internus homo dicere cogatur: Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum; idest *Psal. 37.*

Dionys. Ambr. *Matt. 5.* *Locus explic.* *Gerhard. Hambius orat. de conscien.* *Aug. in psal. 145. de uer. do. c. 8.* *Isa. 6.* *Ps. 115*

Locus ex plic. iam oculi mei non funguntur officio suo; præ cæcitate nihil uideo, cum oculi mei uidendi facultate, & lumine careant. Petat igitur sępe cum apostolis: Do-
Luc. 17. mine, adauge nobis fidem: & cum Dauide: Illumina oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Namque qui oculos fidei diuino lumine illustratos
Psa. 118. habet, amœnos paradisi campos, beatorum sedes, Dei maiestatem, inferos, & atroces animarum ibi detentarum pœnas intuetur; uiam ad salutem recta ducentem uidet, peccati turpitudinem cernit, honesti pulchritudinem conspicit, & quasi in meridie, ut, qui his oculis carent, in nocte, ambulat. Et si ingens terrarum pars, parua oculi corporei pupilla conspicitur, quanto plura & ampliora internus fidei oculus obtutu suo uidere poterit? Itaque plura, ac melius uir spiritualis clausis corporis oculis, quam iisdem apertis, si spiritualibus oculis utatur, cernit. Sunt etiam noui hominis oculi, prẹlati, & doctores.
Mat. 5. Oculus, inquit Chromatius, est Episcopus. Qui ocu-
Greg. li debent esse instar oculorum aquilarum & colum-
Cant. 5. barum, ut acutè & cum simplicitate uideant. Oran-
Isa. 59. dus itaque est ab interiori homine Deus, ut hos ocu-
Luc. 11. lus illuminare & aperire uelit: ac etiam accurate rogandus, ne hos oculos ignorantia, auaritia, ambitione atque philautia, unquam cœcari permittat; ne ipsi cœci nobis cœcis ducatum prẹstent. Quod si interdum, quod Deus auertat, hic oculus praua docendo scandalizauerit, eruendus est, ait Chromatius. Simili
Pro. 4. ratione omnes eos a quibus consilium petimus, & consilium præbent, atque aliqua ratione dirigunt, oculos appellaremus: qui etiam éruendi sunt, cum quid minus honestum nobis faciendum proponunt. Qui oculus, quómodo eruendus sit, eleganter
S. Laur. homilia de pœnitentia S. Laurentius docuit. Demum, oculus dicitur iudicium, quo inter uerum & falsum, honestum & turpe discernimus: quem oculum diligenter aperire oportet; ne, cum quid eligē-

dum

dum proponitur, unum alterius loco eligendo decipiamur.

Fallit enim uitium specie uirtutis & umbra. *Iuuen. sat. 4.*

Quare, cum aliquid paulo difficilius discernendum proponitur, dubiusque in discernendum oculus existit, uir prudẽs, una cum propheta, Deo dicat: Illumina tenebras meas: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, idest dispelle ignorantiæ tenebras, ne in errorem incidam, ne peccato obdormiam: cautionem & uigilantiam mihi præbe, ne imprudens in mortem peccati male iudicando & uidendo incurram. Addiderim etiam de aliorum sententia, oculum spiritualem, esse uirtutem misericordiæ; qui oculus conuertendus est in pauperes & afflictos. Nõ parcat, ait scriptura ei, pauperi nimirum, oculus tuus, idest cum pauperem uideris, commiseratione te affici sine, eique subueni. Nam, si oculos a pauperibus in hac uita auerteris, in die iudicij oculos misericordiæ suæ Deus a te auertet. Sunt multi, qui ideo ad pauperes oculos non adijciunt, quod paupertatem despiciendam esse, tanquam sordidam & indignam putent; qua in re uehementer errant; cum nihil despiciendum sit, quod sancti omnes, & Deus ipse uehementer amauit, ac amplexus est. Immo, etiam sapientes huius mundi, solo naturæ lumine ducti, eam sæpissime summis laudibus extulerunt: ut Thales libro de sufficiẽtia, & Aristophanes in Pluto: Qui auctores, paupertatem causam suam agentem, & commoda sua recensentem elegantissime introducunt. Et quis despiciendos & contemnendos eos esse diceret, quorum est regnum cœlorum? quorum personam æterna Dei sapientia suscipit? Sed de hac re latius disserendi, non est hic locus.

Psal. 19. *Psal. 12.* *Locus explic.* *Deut. 13* *Locus explic.* *Greg. Nys. ora. de paup. aman.* *Thales apud Stobeum* *Aristophanes.* *Bonau.* *Gui. par. tra. de uir.* *Cardan. lib. 3. de consol.*

Explicatur natura ſpiritualis oculi per analogiam ad oculum corporalem. Cap. 49.

VT ea quæ ſuperiore capite de internis oculis diximus, adhuc melius explicentur, aliqua rurſus de externorum oculorum natura, & proprietatibus, & de his quę ad oculos pertinent dicemus; ut ea, quam ſpirituales oculi ad corporales habent analogia, cognoſcatur clarius. Nec tamen omnia, quæ a philoſophis & medicis dicuntur proſequemur; ſed id attingemus, quod ad rem noſtram proxime facere uidebitur. Qui plura cupiet, auctores qui de oculis ſcripſerunt, legat. Oculus, qui ſic dictus eſt, quaſi occultus, cum ſit palpebrarum tegmine occultatus, eſt nobiliſſimi ſenſus inſtrumentum; natura eſt mollis, facile patitur, animæ affectiones, cum ſit animę uicinior facillime indicat; eſt in altiore loco, quaſi totius corporis ſpeculator poſitus; & cum ſit naturæ cariſſimus, eique perneceſſarius, fuit ab ea diligenter munitus, & congruenti in loco locatus: de quo hæc ſcripſit Ambroſius. Adhærent, ueluti quibuſdam montium ſupercilijs oculi, ut, & protegente montis cacumine tutiores ſint; & tanquam in ſummo locati, de quadam ſcena ſuperiore uniuerſa proſpectent. Neque enim oportebat eos humiles eſſe ſicut aures, uel os, ipſoſque narium interiores ſinus. Specula enim ſemper in alto eſt, ut aduenientiū cateruarum hoſtilium explorari poſſit aduentus, ne improuiſo occupent ociantem, uel urbis populum, uel imperatoris exercitum &c. Reddens poſtea rationem, cur non poſiti fuerint in uertice capitis, ut melius, & plura ſpeculentur, aut in inferiori loco, ut tutiores eſſent; ſic ſcribit. Nam, ſi in humili eſſent, propter tutamen munus impediretur: ſi in uertice, paterent ad iniuriam. Itaque ne uel uſui muneris aliquid detraheretur, uel aliquid ad propulſandā iniuriam

Priſcian. Lydius lib. de anima. Petrus de Cepor.

iuriam non prospiceretur, eo loco oculos cõstituit, cui supercilia desuper non minimum protectionis impertiant, subter malæ aliquantulum eleuatæ haud exiguum munitionis adiungant, interiorem partem sepiant, nares exteriorem quoque frontis, malarumque gibbi extuberent: & licet ossium compage connexa, & æquata confinia circumuallare uideãtur, inter hæc medij sunt oculorum orbes, & tuti ad cauendum, & ad intuendum liberi, & decori ad gratiã; vtpote in crystallini speciem refulgentes. Hęc Ambrosius. Quæ ideo adscripsi, quod non modo ad cognoscendam Dei prouidentiam in homine formando, sed etiam ad intelligentiam oculorum spiritualium non parum conferunt. Neque tamen omnia, quæ in externo oculo sunt, interno aptare uolumus; sed quæ animaduersione magis digna uidebuntur. Quamuis igitur hi oculi, proportionem quandam inter se habeant, tamen, non ita conueniunt; quin aliqua ratione differant. Nam, externus oculus cum sit ex materia concretus, seipsum uidere nequit: internus uero, cum sit omnis materiæ expers, seipsum cernit; & in hoc pręcipue debet esse occupatus, ut se uideat, se contempletur, & dirigat. In eo uero conueniunt, quod sicuti externus institutus est in auxilium ceterorum membrorum, ut ea dirigat, eisque caueat; ita internus factus est, ut omnia corporis spiritualis membra, idest facultates, uirtutes, & actiones omnes, & membra de membro; hoc est proximos, quos errare cognoscet, dirigat, & non tantum sua, sed etiam quæ aliorum sunt, quærat. Esto hic oculus occultus, ne uideat uanitatem; nec ab aliis uideri uelit. Quando uero sibi & alijs uidendum est, in alto loco, quasi in specula collocatus, uenientes aduersarios obseruet, sibique, ac alijs membris caueat. Vt autem longius spectare queat, esto humilitate profundus, non superbia eminens. Etenim longius uidebit humilis, dum in se manet, quam super- 1. Co. 10.

bus,dum extra se fertur.Dicunt qui de ratione uidēdi disputant,posse hominem in profundo puteo existentem stellas de die uidere,quas aliquis in eminēti loco constitutus non uideret.Ita humilis in imo loco manens,multa uidet, quæ superbus in alto loco existens,uidere nequit. Et quid mirum? cum oculi sublimes odio sint luci,sine qua nemo uidet. Item, nec multum mobilis nec nimis tardus esto; quia,ut inconstantia damnatur, ita stupiditas uituperatur. Postea,ut in externo capite duo sunt oculi,ita in interno totidē erūt:quib.internus homo quæ sunt Dei & proximi,diuina & humana, sapientia & prudētia uideat. Et quemadmodum oculi corporei duos habent neruos,quos opticos uocant in unum sensum communem, una cum ceteris sensibus externis conuenientes,quo communi sensu omnia discernuntur, ita cogitationes & sensationes omnes spirituales ad rationem superiorem, a qua ueluti a quodam cōmuni sensu per prudentiam & sapientiam, quidquid a sensibus inferioribus affertur, perpenditur & æstimatur,referendæ sunt. Vt autem hic oculus sine errore uideat,opus est ut sit bene affectus, idest nulla animi perturbatione agitatus. Vbi enim aliqua animi perturbatio adest,nil iudicatur recte. Requiritur præterea uis & facultas ad uidendum, quę in spirituali oculo sunt prudentia,sapientia,& Spiritus sancti gratia; sine qua spiritualis oculus uidere nequit. Ad hęc,opus est lumine,quo uidenda illuminentur, præcepto uidelicet diuino; quod, ut ait scriptura,oculos illuminat,& est ceu lucerna pedibus. Est etiam opus medio, per quod rerum imagines ad oculos perferantur,quæ sunt consilia prudentū, & consultatio.Fili,ait sapiēs,sine consilio nihil facies, & post factum non pœnitebit. Quo fit, ut etiam requiratur attentio.Sæpe enim contingit, ut quæ nobis ob oculos uersantur,non uideamus; quia intētionem non adhibemus. Ad attentionem autem opus est mora

Pro.6.
Ioan. 1.
Arist.li. Rhet. 1. cap. 1.
Ioan.11.
Psal. 18.
Ps. 118.
Eccl.32.

aliqua, ideſt matura deliberatione. Quare ad recte uidendum ex parte oculi neceſſaria eſt recta oculi conſtitutio, uis, lumen, medium, attentio, & tempus. Ex parte uero rei uidendæ, hæc requiruntur, Primũ, rei pręſentia; quia ſi res abſit per ignorantiam, & nõ fiat pręſens per ſcientiam, nũquam uidebitur: quod quam ſit neceſſarium indicauit is, cui omnia ſunt nuda; qui ut melius ea de quibus iudicaturus erat (ob noſtram inſtitutionem fecit) uideret, dixit: Deſcendam, & uidebo vtrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint. Quid igitur faciet, ignorãs & obliuioſus homuncio in hac rerum caligine conſtitutus? temere iudicium, re nondum uiſa, feret? re nondum bene explorata, ut paſſim fieri conſueuit, clauſis oculis ſententiam pronunciabit? *Gen. 18.*

Ad pœnitentiam properat, qui cito iudicat. *Publian.*

Deinde, res videnda non debet eſſe oculo nimis propinqua, ſed ab eo aliquantulum remota: nemo enim lapidem oculo adhærentem videbit. Quare id, de quo iudicium ferendum eſt, non ſit nimis vicinũ per amorem, quo homines ne recte iudicent, facile impediuntur. Pari quoque ratione, non debet eſſe nimium remotum per odium: nanque qui odio laborant, licet oculos habeant, tamen non vident. Inſuper, quod videndum eſt, debet eſſe ſolidum; quoniam res vanæ non videntur; in quo multum ab hominibus in hac vita laboratur, dum quæ vana & inania ſunt, cernere nituntur. Omne quod aliquo fine clauditur, aiebat Hieronymus, vanum puto. Sic etiam, quæ nimirum mobilia ſunt, difficulter videntur; cuiuſmodi ſunt humana præſidia, res fluxæ, quæ tanquam vmbra pertranſeunt. Denique, modica, & minima, haud bene cernuntur. Quare, internus oculus, circa ea obuerſetur, quę magna, quæ ſtabilia, quæ ſolida ſunt. Videnda, ſint ei proxima, per perfectam cognitionem, non per amorem; aliquantulum remota, per prudentiam, non per odium. Et ſicuti *Ariſt. 1. rhe. c. 1.* *Hieron.*

inter exteriores sensus, facillime sensus uisus decipitur: ita internus oculus, ni homo attentione & diligentia utatur maxima, nōn raro, dum rem unam pro altera uidet, dum una, duæ, uel quæ stat, moueri ei uidetur, fallitur.

De pupillis & palpebris oculi spiritualis. Cap. 50.

Cum de pupillis & palpebris in sacris literis interdum mentio fiat, ut de his quoque dum spirituales oculi a nobis explicantur, aliquid dicamus, ipsa nos scriptura ac suscepta materia admonet. Pupilla, quæ sic appellatur, quasi paruula, seu pura, & impolluta, est oculi particula, circulo contenta; in qua imago apparet, quę facile læditur, per quam recto angulo uidentur omnia. In quorum medio, oculorum nimirū, ait Ambrosius, pupillæ sunt, quæ uidendi munus operantur. Hæ, ne qua incidentis iniuriæ offensione lędantur, pilis hinc inde consertis, ueluti quodam uallo per circuitum muniuntur. Spiritualem pupillam conscientiam esse diceres, in medio oculorum mentis, intellectus uidelicet & uoluntatis positam; per quam uidemus, i. iudicamus omnia: quæ, ut recte uideamus, debet esse pura, & impolluta, & circulo mandatorū Dei, q̄ sunt ueritas cōtēta, ut quasi scuto sit ueritate circundata. In hac pupilla apparent imagines earum rerum, quæ sub spiritualem oculum cadunt, & maxime rerum a se gestarum: quarum formas siue bonas, siue malas sępe repręsentat. Vel dicamus spiritualium oculorum pupillas, esse notiones, & rationis igniculos, humanæ menti a Deo in creatione ingenitos. His enim primis luminibus, uelut quibusdam pupillis omnis interior uisio, siue speculationis, siue actionis; cum & rerum agendarum & cognoscendarum notiones nobis ab illo, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc

Isid.

Ambr.

Ps. 118.

Psal. 90.

Cic. Tus. 3.

Epist. apud Arian.

hunc mundum, insitæ sint, efficitur. Exempli gratia, ac notione: Quod tibi non uis, alteri ne feceris: quã tanti fecit Alexander Seuerus, ut in publicis operibus perscribi iusserit; uideres hæc omnia: Non esse furandum, non esse occidendum, non esse fornicandum, inimicum esse amandum, &c. Has pupillas, scriptores unica uoce, synteresim, appellant; de qua etiam multa a multis dicuntur. Hæc pupilla a quouis erroris puluere facile læditur. In ea apparet imago & similitudo Dei, cum lumen uultus eius signatum sit super ea. Verum, ut altiora & diuina intueri per hanc pupillam possimus, in hac uita lumine fidei, in altera lumine gloriæ (nec enim per solas naturæ uires, ut stulte Beguardi & Beguinæ dixerunt, clara uisione Deus uidetur) egemus: ideo in diuinis literis legimus. In lumine tuo uidebimus lumen. Insuper, fidem spiritualẽ pupillã appellare posses; cum per eam omnia in re spirituali cernantur: quæ pupilla a quouis errore facile læditur; & propterea cauendum diligenter est, ne quis puluis erroris eam oblimet, aut ulla pungat dubitationis festuca. Hac, cum careant hæretici & infideles, nihil uident, licet se oculos habere existiment. Sunt enim infideles cæci, ut de eis loquamur, ut ipsorum Dij, qui oculos habent, & non uident. Quare, petendum est ab eo, a quo hęc pupilla donatur, ut eandem custodiat, & conseruet; ut per angulum rectum, idest per Christũ dominum uideantur omnia. Debet hæc pupilla cælari cilijs; quæ a cęlando sic dicta sunt: quia, non omnia quæ fide uidentur, quouis loco & tempore, omnibus propalare oportet. Tunc etiam opus est oculos claudere, cum imminet periculum, ne quis ictus erroris, dum nimis acutè omnia ipsi uidere uolunt, eos effodiat. Claudentur autem, si intellectus captiuabitur in obsequium fidei, & simplici corde summæ ueritati dicenti & nunquam fallenti, nec per se, nec per alios (quidquid aliqui dicant) fallere potenti, fi-

Aelius Lampri.

Alb. Mag.

Psal. 4.

Clem. ad nostrum de hære.

Psal. 35.

Ps. 113.

Eph. 1.

2. Co. 10.

Cassiod. des habebitur. De palpebris. Palpebræ, ut Cassiodoro placet, dicuntur a palpitando. Sunt enim quædam luminum thecæ, & quasi oculorum folles, quos dormientes claudimus, ut defatigatum corpus recreemus. Palpebræ spirituales, ut quidam uolunt, est uirtus discernendi, quæ duplicem partem habet: alterã superiorem, qua de rebus spiritualibus & superioribus, alteram inferiorem, qua, de rebus corporalibus & inferioribus discernimus. Vel dic cum Hierony-

Hierony. mo, palpebras esse recta consilia; de quibus palpe-

Pro.4. bris declarans illud, oculi tui recta uideant, & palpebræ tuę præcedant gressus tuos, sic scribit. Iter iustitię, quo ingredi debeas diligenter edisce: & in cũ-

Locus explic. ctis, quæ agere disponis solicitus ad quem sint finẽ uentura preuide. Hoc est, palpebras recta uidentium oculorum tuos præcedere gressus, bonum opus, qđ acturus es sedula cogitatione præuenire, & quia secundum Deum sit, meditando præuidere. Item, palpebrę gressus pręcedunt, cum operationem nostram consilia recta preueniunt. Qui enim negligit considerando prȩuidere quid faciat, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter facit: sed prȩuidendo, sibimet ipsi non antecedit, atque idcirco citius corruit: quia quo pedem operis ponere debeat, per palpebram consilij non præuidet. Hæc Hieronymus. His palpe-

Isa.33. bris oculi spirituales claudendi sunt, ne uideant malum, ne ab aere crasso, & a uento aliqua ratione lędantur. Ex duabus palpebris alteram, inferiorem nimirum, more uolatilium spiritualis hõ rebus terrenis claudat, queadmodũ peccatores more quadrupedũ superiorẽ rebus cœlestibus occludũt: atq; ẽt more leonis & leporis; hoc est, hoĩs fortis & humilis aptis

Cant. 5. oculis dũ aliquid quietis & delectationis in hac mor-

Locus explic. tali uita capit dormiat, ut dicere cum sponsa queat: Ego dormio, sed cor meum uigilat; hoc est, capio quidem aliquid quietis pro corporis conseruatione; sed non habeo clausos oculos in his, quæ ad salutem pertinent,

tinent, Habent palpebræ pilos, qui ad certam magnitudinem crescunt, neque resecantur; cuiusmodi debent esse consilia, cogitationes, & affectiones hominis interni; cui de rebus humanis cogitandum, & consilium certa quadam ratione capiendum est. Quare, sicuti opera danda est, ne nimis istæ cogitationes crescant, ita, non omnino resecandæ sunt.

Qui sit oculus dexter & sinister interioris capitis. Cap. 51.

SOlent sacrarum rerum scriptores interdum de uno interiore oculo, interdum uero de duobus, dextero uidelicet & sinistro, mentionem facere; de quibus, ut planius interiores oculos exponamus, aliquid nos quoque dicemus. Duo oculi, ait Gregorius, sunt gemina dilectio, qua Deus & proximus diligũtur. Hos duos oculos qui habet, oculos pulchros, ut columba, quæ in amore pro cantu gemit, habere dicitur. Sunt ergo spirituales oculi uelu li columbarum, quia, dum homo in temporalibus gemit, ad eterna desideria rapitur, & in simplicitate sensus suos custodit, dum carnis appetitiones detestatur, ac timet ne amittat quod diligit, dum differtur, atque exclamat. *Greg.* *Cant. 1.* *Locus explic.*

Quis me infelicem manicis Deus explicet istis?

Præterea, duo oculi sunt duo sacrarum scripturarum sensus literæ & spiritus: & forte ille sinister, hic dexter, quo uno oculo uulneratur sponsus, dici posset. His duobus oculis eam spiritualis homo percipit beatitudinem, quæ in hac uita haberi potest: quæ, nihil est aliud, quam sacrorum oraculorum iugis meditatio. Qui hos duos oculos habet, omnem, qua gradiendum est uiam, cernet: qui hos duos oculos habet, nunquam inter ambulandum impinget. Duo oculi qui in capite sapientis esse dicuntur, sunt prudentia & sapientia: uel, ut Salonio placet, sunt *Rom. 7.* *Claud.* *Ensperc.* *Cant. 4.* *Psal. 1.* *Eccl. 2.* *Locus explic.*

ſenſus & cogitationes, quæ debent eſſe in capite, id eſt in Chriſto, in quem internus homo omnes ſenſus cogitationesque omnes fixas habere debet. Rurſus, duo oculi ſunt boni & mali, honeſti & turpis iudicia: quos oculos multi habent, ſed non uidēt; ut ſunt qui facienda cognoſcunt, ſed dum faciunt errant; aut aliter faciunt, quam cognoſcunt; quos inter ueteres

Pandul. homines numerares, & eis caneres.

Collenu. τὰ καλλὰ μὲν λαλεῖται; ἀλλὰ ταῦτα μὴ ποιεῖτε:
apol. 2. τὰ κακὰ δὲ ποιεῖτε; ἀλλά ταῦτα μὴ λαλεῖτε.
Honeſta quidem loquimini: ſed hæc non facitis:
Mala autem facitis, ſed hæc non loquimini.

Duorum oculorum, dexter, ex diuo Hieronymo, ſunt affines & cognati: ſiniſter uero externi homines: ſi oculus dexter ſcandalizat, eruendus eſt. Tunc autem potiſſimum ſcandalizare ſolet, cum uiam ſalutis non indicat, cum a religione retrahit. Etenim, ut Chriſtus Dominus dixit: inimici hominis dome-
Mat. 10. ſtici eius. Vide quibus uerbis eruendos eſſe hos ocu-
Luc. 21. los idem Hieronymus moneat. Licet paruulus de col
Lib. 11. lo pendeat nepos, licet ſparſo crine & ſciſſis ueſtibus
c. 37. hubera quibus te nutriuerat mater oſtendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge parentem, ſiccis oculis ad uexilla crucis euola. Solum pietatis genus, in hac re eſſe crudelem. Huc pertinet exemplum cuiuſdam monachi, de quo ſcripſit Niceph-
Lib. 11. rus, qui tale uotū nuncupauit Deo. μηδένα τῶν οἰκείων
c. 37. ὀφέσθαι, id eſt neminem ex domeſticis uiſurum. Huc etiam pertinet doctrina quædam Cyrilli, ſic ſcriben-
Lib. 12. tis. Quod enim à felicitate nos remouet, etiā ſi ami-
in Ioan. citiæ lege nobis coniungitur, etiam ſi natura ipſa &
Aug. ſer. ſanguinis propinquitate copulatur, nō noſtrum, ſed
1. de uerb. alienum & hoſtile eſt putandum. Vel cum alijs dica-
dom. mus, oculum dextrum eſſe conſultorem, qui ad res diuinas & ſpirituales nos dirigit; ſiniſtrum uero, qui de rebus terrenis conſilium præbet. Quare prælatos ſpirituales, oculum dextrum, Principes uero ſecula-

res,

res, sinistrum, cum illi in rebus diuinis, hi in humanis nos dirigant, appellaremus: pro quibus orandus est Deus, ne quando excæcentur; & præsertim ab ijs, quibus, quasi pupillis utuntur: ab eorum iniquã consultoribus, & aulicis. Sit bonus, sit iustus princeps, dixit quidam, uenditur ab aulicis. Propterea, alius scriptum reliquit; meliorem esse remp. in qua sit princeps malus, quàm eam, in qua amici principis sunt mali: cum plures boni melius possint corrigere malum, quam unus bonus plures malos. Diceres etiam oculum dextrum esse intuitum rerum æternarum, ac intentionem, qua singula in Deum referuntur, quo oculo cor sponsi uulneratur; sinistrum uero cogitationem & intẽtionem de rebus humanis: de quo oculo scribitur esse in finibus terræ. Quantum Deo placeat prior ille oculus, qui res diuinas respectat; quo sol iustitiæ & cœlestis patriæ lumen uidetur, quorundam scribentium docet auctoritas, qui dicunt, hac una nota filios Dei discerni, & probari, quia ij filij Dei censentur, qui diu in res diuinas fixis oculis intueri queunt; qui uero nequeunt, pro spuriis habentur. De aquila ab ijs qui de rebus naturalibus scripserunt, refertur, eos, filios suos esse sentire, qui diu solares radios ferunt; qui uero nequeunt, eos tanquam alienos reijcere. Idem de Deo per analogiam dicunt.

Aelius Lamprid. in Alex. Seuer. — *Cant. 4.* — *Psal. 17.* — *Antigo. lib. de mirab.* — *Plin. lib. 10. c. 3.* — *Iacobus Bil.* — *Greg.*

Nam ueros censet, qui mentem ad sydera tollunt:
At spurios, quorum mens grauis ima petit.

Denique oculus dexter est uita contemplatiua; sinister autem actiua: ille scandalizat cum quis ineptus ad cõtemplationem ei se nimium tradere uult; vnde in errorem labitur, vel nihil fructus ex ea percipit. Et hæc de duobus oculis.

Quid

Quid, uidere & aſpicere, in diuinis literis ſignificent, & quomodo Deus, *Angeli, & internus homo uidere dicantur.* Cap. 52.

EA omnia quæ ad oculorum explicationem pertinere uidebantur ſuperioribus capitibus, ſcripſimus: nunc, cum de eorum operatione, quæ eſt uidere & reſpicere paſſim in ſacra ſcriptura mentio fiat, quo modo iſta myſtice accipienda ſint, breuiuiter exponemus. Licet ergo horum uerborum, uidere, & reſpicere ſignificationes uariæ omnino ſint: tamen, hac breui regula facile cognoſcentur, ſi quis animaduerterit traduci ad ſignificandas operationes ſenſuum omnium, externorum & internorum, & intellectus & uoluntatis: & rurſus ſi nouerit, has uoces ſignificationem a nomine, quo cum coniunguntur accipere. Quare, uidere, interdum idem eſt quod frui, ſeu poſſidere, & compotem eſſe, cognoſcere, conſiderare, contemplari, audire, guſtare, explorare, experiri, cauere, laudare, comparere, eligere, imaginari, iudicare, perſuadere, pugnare, deſperare: & uidere mortem, uel corruptionem, eſt mori: uidere mala, eſt cruciari. Verbo aſpicere, beneuolentiam, fauorem, & gratiam ſcriptura ſignificare conſueuit: cui contrarium eſt, auertere oculos, & faciem. Eſt etiam aſpicere, frui, conuerſari, & ſe uergere, ut cum unus dicitur alium aſpicere. Demum, hęc duo uerba idem ualent, quod punire, & caſtigare. Prohibetur interno
Gen. 19. homini poſt tergum oculis reſpicere; hoc eſt, affectu ad ueterem uiuendi rationem ſe ſe conuertere; &
Num. 11. quaſi Aegypti cepe, & allia iterum appetere. Prohibetur etiam uidere & aſpicere per feneſtras, quod curioſitatem deſignat. Nanque per oculorum feneſtras mors ingreditur; qua ratione peccauit is, de
1. *Reg.* quo Deus dixit, ſe inueniſſe hominem ſecundum cor ſuum, Dauid inquam; qui poſtea coactus eſt dicere:

Oculus

Oculus meus turbatus eſt: lumẽ oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum; Qui in peccatum, quod contra ſe, id eſt ob oculos ſemper eſſe dicebat, non incidiſſet, ſi per feneſtras non reſpexiſſet; ſed ſemper ad Deum oculos conuerſos habuiſſet. Eſto igitur cautus, o interne homo, exemplo tanti hominis, ne nimis curioſe inſpiciendo, offendas. Quare, *Pſal. 6. 37. Pſal. 50. 2. Reg. 11*

Semper ad æthereas ſublimi uertice ſedes
Conſpice, ſic tutum lætus habebis iter. *Iacobus Bil.*

Damnatur etiam in ſcripturis illud uidere, quo quis feſtucam in alieno oculo cernit, trabem uero in ſuo non uidet; in quem errorem quis eſt, qui quotidie paſſim non impingat? cũ tamen ſit omnino apertus, & oculis etiã cœcis manifeſtus. Sed, ſic eſt a natura corrupta comparatum, ut melius aliena, quàm noſtra uideamus; & ut potius extra nos, quàm intra nos ſimus. Damnantur denique qui aſpiciunt iniquitatem in corde, quod nihil aliud eſt; quam iniquitatem approbare, & in iniquitate acquieſcere: qua re, homini in hac uita exiſtenti nihil accidere pernicioſius poteſt: cum nullum malum tam accurate ſit ei fugiendum, atque culpa, qua mentis oculi potiſſimum obcœcantur. Siquidem nullum eſt peccatum, quod aliqua ratione interni oculi lumen non minuat. Videre & reſipcere Dei, ut ſupra etiam ſcripſimus, eſt approbare, fauere, miſereri, præſto eſſe, & aliquando punire, & reprobare: non uidere, eſt deſerere, non miſereri, & peccatorum punitionem diſſimulare: Et interdum iuxta Hebræorum phraſim, eſt facere, ut alij uideant & cognoſcant: quo modo exponeres illud, quod Deus Abrahæ dixit: Nunc cognoui quod timeas Dominum, id eſt feci, periculo de te ſumpto, ut alij intelligant, te Deum timere. Angeli uidere dicuntur, quatenus rebus diuinis ſpiciendis inbiant. *Pſal. 24. Matt. 7. Terent. Pſal. 65. Pſal. 1. Gen. 22. Locus exp[o]ſitus.*

De lacrymis spiritualis oculi: quot, & quæ sint spiritualium lacrymarum genera. Cap. 53.

S. Antiochi. hom. 90. 107. S. Laur. ser. de pęnit. S. Eligius ser. 11. Ian. 16. Isa. 16.

CVm multa & præclara illa quidem, tum a sacris literis, tum a pijs scriptoribus de lacrymis non tam oculorum corporis, quam animi dicantur; de lacrymis spiritualis oculi, cum de eo agimus, aliquid scribere, non erit ab instituto nostro alienum: quandoquidem beati uocantur, qui lugēt, & hominibus spiritualibus dictum est; Flebitis uos, mundus autem gaudebit, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Lacryma est humor ex oculis emanans, quæ in scripturis aliquando usurpatur pro pęna a Deo inflicta: quo modo intelligitur illud Isaiæ; Inebriabo te lacryma mea, id est summis te pęnis afficiam. Lacrymarum, aliæ sunt externæ, quibus non est fidendum, nisi ab internis nascātur oculis, & sint lacrymarum internarum signa, de quibus legimus: Multi lacrymas indesinenter fundunt, & peccare non desinunt. Aliæ sunt internæ, quæ ab oculis spiritualibus oriuntur, & nihil aliud sunt, quàm ingentes animi dolores, cruciatusque magni, a quibus interdum externæ nascuntur, & efficacitatem omnē accipiunt; quæ ueræ lacrymæ dicuntur; sicuti contra, quæ solum ab externis oculis manant, falsæ nuncupantur; quia decipere consueuerunt, ut sapiens Ecclesiastici capite duodecimo admonet. Aliæ item sunt lacrymę, quas homines ob bona, uel mala huius sęculi fundunt: aliæ uero, quas ob bona, uel mala, quæ ad animam pertinent spargunt. Quando igitur a sacris scriptoribus lacrymarū uirtus laudatur, de internis, & de externis, q̄ internarū sunt signa, & de ueris, q̄ñ funduntur ob causam, quæ ad bonum spirituale sui, uel aliorū ptinet eorū dicta, intelligendi sunt. Sūtāt, ex diuo Bernardo tria genera earum lacrymarum, quæ laudari solent. Huiusmodi sunt lacrymæ contritionis,

Locus explic.

De pęn. d. 3. c. Isidor.

Eccl. 12.

tionis, cũ priuata pctã lugemus; lacrymæ cõpunctionis, cum aliorum errata deflemus; & lacrymæ deuotionis, quas spargunt, qui moti à Spiritu Sancto, postulant gemitibus inenarrabilibus, ut Deus in ipsis deuotionis dulcedinem conseruare uelit: nec non ij, qui admirabilem Dei in nos caritatem considerant; adde quartum genus, quod uocares amoris, seu desiderij; quæ lacrymæ ab ijs funduntur, qui desiderio & amore diuinæ præsentiæ, in hac lacrymarum ualle gemunt, cupientes dissolui & esse cum Christo. Commendantur quoque lacrymæ, quæ ob calamitates, quas proximus patitur, effunduntur. Hic luctus, sicut & ille, quem ob aduersa quæ in hac uita nos præmũt lugemus, laudãdus est, si ei modus non aberit. Nam, cum huiusmodi calamitates sint ueluti medicinæ ad animi ægritudines sanandas a sapientissimo medico Deo institutæ, non tam doloris, quam lætitiæ & sanitatis causæ censendæ sunt; quod, non modo pij, sed etiam profani scriptores sapienter docuerunt: ut merito Ambrosius, officinam omnium uirtutum, morbum appellauerit. Sunt enim ueluti magistræ uitæ. Quo fit, ut prudenter Crœsus Cyro dixerit, easdem calamitates quæ sibi molestiam attulerunt, doctrinam etiam attulisse; & Herodotus scriptum reliquerit: παθήματα, μαθήματα, id est calamitates, disciplinæ. Quare uehementer errant, qui amicos, uel consanguineos uita functos, lacrymis, sine modo prosequũtur; qua in re passim a Christianis peccatur, dum ita miserabiliter demortuos flent, ac si nullã adeptæ beatitudinis spem haberent. Quibus lacrymis modum statuendum esse, ut sacros omittam scriptores, ethnici, grauissimis sententijs docuerunt, ueluti Ennius, Horatius, Propertius, Stesichorus, Epictetus. Et Heracles libro de politijs, refert apud Locrenses uetitum fuisse luctu prosequi mortuos. Quod autem calamitates ad bonam frugem reuocare homines soleant, docuit scriptura, cum dixit uexationem

Rom. 8.
Phil. 1.
Greg. Nazian. epi. 16. 66.
Plin. lib. 7. epist.
Ambr.
Lib. 1.
Heracles.
Cardan. lib. de tranq.

dare

Isa.28. dare intellectum: & experientia idem ostendit quotidiana. Videmus enim sæpe quosdam improbos, & scelerosos, nihil de sua salute, nihil de Deo cogitare; qui tamen ubi in aliquam febriculam inciderint, statim de resipiscendo cogitant, Deo se humiliter subijciunt, & a quocunque opem implorant. Huic hominum generi diceres.

sic sano corpore uiue,
Victurum ut spondes, cum male corpus habet.

Et, ut hunc locum de tollerandis aduersis concludamus, illud certum exploratumque habeamus, nihil magis decere generosum hominem, quam fortiter, ut quidam dixit, συμφορὰν φέρειν, id est calamitatem ferre: quod lamentatio, ut Homerus scripsit, mentem magis turbet, & qui lamentatur nihil lamentis proficiat. Nunc, de quatuor lacrymarum generibus superius numeratis aliquid dicamus. Primum itaque homini interno licet, immo necesse est, ut pro perpetratis peccatis, una cum Dauide, Magdalena, Petro, aliisque sanctis uiris, cum Deum parentem suum se offendisse senserit, lacrymas abundanter fundat: quem hunc in modum alloqui poterit.

Menander. *Homer.* *Luc. 22.* *Judith. 8*

Culpas fatenti da ueniam Pater:
Ne æternus artus hos sopor occupet:
Cogatur umbras, atque imago
Heu mea tartareas subire.
Natum gementem si Pater eijcis
Tuum, vuluis excipiet quis
Illum? negas tu si intueri,
Suppetias ueniet quis illi?
Multa egi inique; sed doleo: & tuum
Læsisse numen, me modo pænitet;
Manare, nec cessant ocellis
Vsque meis, lacrymæ ob dolorem.

Anton. Cerrut. lib. 1.

Verum, ad ueniam obtinendam non tam uerba suppliciter prolata, quàm lacrymæ humiliter fusæ ualent; de qua re sic eleganter Maximus Taurinensis

sis episcopus, de negatione Petri ageus, scriptum reliquit. Lacrymæ tacito quodam modo preces sunt; ueniam non postulant, sed merentur; causam non dicunt, sed misericordiam consequuntur, nisi quod utiliores lacrymarum preces sunt, quam sermonum; quia sermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit: sermo enim interdum non totum profert negocium, lacrymæ semper totum produnt affectum. Vnde Petrus non sermone utitur quo fefellerat, quo peccauerat, ne per id ei non credatur ad confitendũ, quo usus fuerat ad negandum. Imitetur itaque internus homo Petrum lacrymantem, & eũ qui dicebat: Laboraui in gemitu meo: hoc est, adeo fleui, vt flẽdo defessus sim; lauaui per singulas noctes lectũ meum, & stratum, hoc est corpus quod animæ substernitur, meum rigaui. Nouerãt enim hi lacrymam esse unicum refugium. Nãque lacrymæ, peccatorum sordes mundant, iram Dei placant, ueniã extorquẽt, mentẽ exhilarant, debita soluunt, Dæmones fugant, fidem corroborant, spem augent, caritatem accendunt, cœlos aperiunt. Denique lacrymæ ungunt, leniunt, pungunt, mouent, cogunt:

Et lacrymæ prosunt: lacrymis adamanta mouebis.

Item.

Sæpe per has flecti principis ira potest.

Est enim lacryma, pingue holocaustum, uirtutum mater, culparum lauacrum, animarum cibus, angelorum uinum. Quod si quis dono lacrymarũ se destitutum esse sentiet, a Deo id petat: Siquidẽ spiritualis luctus, donum Dei est: quod indicauit is, qui dixit: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ lacrymarum? &c. Ecce, ut propheta lacrymas sibi dari ab alio cupiebat. Et alius, potum dabis cũ lacrymis in mensura. Poterit autem, una cum auxilio diuino ab internis oculis internas lacrymas excutere, si hęc efficiet. Primũ, si attente considerabit quantũ uiri alias sanctissimi fleuerint, ueluti Petrus, Hieronymus, Frãciscus,

D. Max. de Petri negat.

Psal. 6. Locus explic. Ludolphus Carthus. in hunc. ps. Gerson ser. Beati qui lugẽt par. 2. Ouid.

Greg. Ioan. Climach. Cassiod. Ber. S. Antiochi. hom. 106. Hier. 9. Psal 79.

 cifcus,

ciscus,qui oculos a lacrymis corruptos gestabat. Deinde,si sentiet se esse exulem,in captiuitate detétum, in ualle lacrymarum in medio inimicorum acerbissimorum constitutũ. Præterea, si diligentius cogitabit se frequenter sine causa grauiter errando offendisse Deum patrem & creatorē suum; Christum fratrem, & redēptorem suum;beatissimam Virginem matrē, & aduocatā suam,sanctos sanctasq́; omnes; nec non etiam cunctas creaturas, quas is offendit, qui Deum offendit,eisve abutitur. Insuper,si tãquam reum ob innumera facinora corã iustissimo & seuerissimo iudice,omni auxilio destitutũ,sese constituet, ac sñiam horrēdam expectabit. I,maledicte in ignē æternum. Qua sententia lata,uideat Dęmones ad eã exequēdã paratos, & hunc in modum animam suã alloquētes:

Procede misera,perge,

Ioan. *In tenebras,luctum,lacrymas,tormenta, colubros,*

Dau. *Ad furias,æstumque,hyemesq́;, sitimque,famemque;*

Ad furcas,laqueos,stridorem dentium,ad ignes.

Tunc in lacrymas prorumpet,ac exclamabis:

Væ uæ,uæ uæ,u æuæ,uæ uæ,uæ mihi,uæ uæ.

Postremo,cogitet se cõstitutum esse in inferno,in atra caligine,in maximo igne, ubi stridor dentiũ,fœtor,fames, & sitis sentiuntur, uisa horribilia uidentur; ubi Dæmones ardenter & hilariter ipsum omni cruciatuum genere indesinenter torturi sunt; & se hac pœna dignum, & quacunq; uel leui consolatione indignum iudicet: & cum quodam pio uiro, dicat:Perij,interij,uiuo sine solatio,foris,& intus damnatus,neminem oro,ut liberer.Quod si quis,cũ hæc meditatus fuerit in lacrymas externas non prorumpet,nihil laboret, contentus esto, si intus lugebit, id est si dolore & contritione se affectum esse sentiet. Ego, ait Ioannes Climacus, uidi spargi modicas lacrymas cum magno dolore, & uidi fontem lacrymarum spargi,sine dolore;& iudicaui melius secundum dolorem,quam secundum lacrymas: & credo quòd sic

[Margin: Theol. Germ. — Ioan. Climac.]

sic Deus iudicet. A maxilla enim ascendunt usque ad *Eccl. 31.*
cœlum, & Dominus exauditor delectabitur illis. Est
etiam quid præstantius atq; securius intus, quam fo-
ris gemere: præstantius quidem, quod externæ lacry-
mæ quicquid boni habent, ab internis accipiunt: secu
rius uero, quia absq; inanis gloriæ periculo, internæ
funduntur; cum ab externis decipiendi occasionem,
haud difficile Dæmon capiat. Flendũ itaq; est in hac
lacrymarũ ualle; sed ita flẽdũ, ut fletus nõ careat modo,
ut sit potus lacrymarum in mẽsura: cuius rei oẽs, *Psal. 79.*
qui de lacrymis scripserũt lacrymãtes admonuerũt.

Vtilis est fletus, cum quis sua crimina luget,
Nanque animi noxas eximit iste dolor. *Iaco. Bil.*
Non tamen in luctu semper, lacrimisq; manendum est,
Ne mens immodico fracta labore cadat.

De lacrymis pro alienis erratis fundendis, certissi
mum est, id esse Deo gratissimum, uiroq; Christiano
dignissimum, cũ id quoq; Christus fecerit, quoniam
ipse solummodo ob aliena peccata in hoc mũdo plo
rauit. Idem fecit Ieremias in suis threnis: ubi aliquan *Ierem. 9.*
do sic exclamauit: Quis dabit capiti meo aquam, &
oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac
nocte interfectos filiæ populi mei? Et Dauid: vidi præ
uaricantes, & tabescebam: Defectio tenuit me, pro *Psal. 18.*
peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Et cer-
te, si homines uera caritate Deum amarent, non gra
uarentur fundere lacrymas pro eis, quos Deus sic di-
lexit, ut pro eorum salute filium suum dare uolue-
rit; pro eis inquam, pro quibus Dei filius factus ho-
mo, maximos cruciatus pertulit. Adde etiam, quod
si proximos non secus ac seipsos amarent, ut eis est
præscriptum, non minus proximi, ac sua errata defle-
rent: quia, ut sapiẽs scripsit, Luctus mortui est unius
diei, fatui uero & impij, totius uitæ. Lacrymæ deuo-
tionis sunt illæ, in quas homines præ lætitia spiritus
& consolationis diuinæ prorumpunt; cum nimirum
ex amore gemunt; quæ mirum in modum lætificant

conſcientiam, & mentem ab omni nube doloris libe-
Eccl. 22. rant, ac ſerenitatem quandam afferunt. Hinc oritur
Io. Schol. cupiditas quędam ferendi incõmoda omnia ob Dei amorem, ac contemptus rerum caducarum maximus. Luctus, quod eſt deſiderium æternæ uitæ, ſic a
Io. Schol. Ioanne Scholaſtico ſermone de luctu gaudij opifice, deſcribitur. Luctus ſecundum Deum, eſt mæror animæ afflicti cordis affectu, ſemper id quod ſitit ardentiſſime inquirens, quo niſi potiatur, ſummo id cum labore proſequitur, atque poſt ipſum anxie mærens
Ioan. Climac. ululat. Ioannes Climacus hoc modo. Luctus ſecundum Deum, eſt quedam contriſtatio animæ cum affectu, & dolore cordis, quem dolorem anima quærit continue, feruenter, & impetuoſe, quãdo eſt illo priuata; habito uero, fruitur abunde. Ab hoc luctu ema-
Pſ. 141. nant uoces illæ: Educ de cuſtodia animam meam. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: Hei mihi, quia incolatus meus, prolongatus eſt ualde. Super flumina Ba-
Pſ. 119. bylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur
Pſ. 136. tui Sion. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. Quod ſi quis ab eis qui ſic plorãt requirat ut cantent, & lætitia animum reficiant: ſtatim reſpondebunt: Quo modo cantabimus canticũ Domi-
Locus explic. ni in terra aliena? hoc eſt, in hac exilij ualle, in quam detruſi ſumus. Ita ſunt hi homines ab omni animi hilaritate alieni, & ita timent ne ſuæ patriæ ulla ipſos capiat obliuio, ut iurent, ſe nullam lætitiam eſſe capturos, his uerbis: Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea .i. totius artis muſicæ, omnium numerorũ obliuiſci poſſit mea manus, qua citharam pulſare ſoleo; ſi e memoria, o Ieruſalem efflues. Adhæreat lingua mea faucibus meis, .i. potius adhereſcat lingua ad fauces, quam uel minimã cantiunculam pronuntiem: ſi non meminero tui, o cęleſtis patria, ſi non te propoſuero in principio lętitię meę .i. niſi pro te ſola lætatus fuero, quando mihi lætus nuntius remeandi ad te relatus fuerit. Tũc enim

dicam:

dicam: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Tunc hæ lacrymæ cessabunt: cum dicetur: Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium domini tui; quando Agnus deducet eos, qui seminarunt in lacrymis, ad fontes aquæ uitæ, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; & in exultatione uenient portantes manipulos suos. Ps. 127. Luc. 9. Apo. 7. Ier. 31. Ps. 125.

De naribus interioribus, & quo modo allegorice nares de Deo & Angelis dicantur. Cap. 54.

Diuus Ambrosius libro secundo de Spiritu sancto capite nono, de odore & naribus spirituali bus agens, hæc scripta reliquit. Sunt enim quędã interioris membra hominis, cuius manus in actu, aures in auditu, pedes in processu boni operis æstimantur. Itaq; ex officijs ueluti quibusdã colligimus mẽbrorũ figuras. Neq; e.n. in interiore homine secundum carnalia aliquid nos conuenit opinari. Hæc huius grauissimi auctoris uerba, ideo hoc loco afferre uolui; ne quis, dum ea, quæ de naribus spiritualibus scribemus, leget, in risum prorũpat; ut multi faciunt, sed non ex religione, dum audiunt, aut legunt illud: Nasus tuus, sicut turris; cogitantes contra scripturarum diuinarum maiestatem aliquid carnale. Nasum, hunc in modum quidam descripsit. Nasus est pars capitis a superciliorum confinio oriens, & quasi æquali porrecta iugo utranque aciem simul & discernit, & munit; cuius spiramina nares uocantur. Nares, ut Isidoro placet, quasi gnares, quod odores naturæ ui discernunt, dictæ sunt; de quibus loco sæpe citato, ita scribit Ambrosius. De naribus autem quid loquar, quæ biuio, & procero foramine antrum quoddam recipientes odoribus præstant, ut non perfectoriun odor transeat, sed diutius inhęreat naribus, & earum ductu cerebrum, sensumque depascat. Ideo diutius odor fragrat acceptus, quam sermo resonat, aut uisus

Ambr. Cant. 7. Andr. Planc. Isidor. Ambr.

ſus apparet. Plerunque quod momento breui fueris odoratus, toto die ſpirat in naribus. Per eas quoque purgamenta capitis defluunt, & ſine fraude, atque offenſione aliqua corporis deriuantur. Ex quibus uerbis, quę ſint huius partis munera ſatis clare cognoſcitur. Etenim nares, odores quos diu conſeruāt, aerem, quo pulmo recreatur attrahunt, caput expurgāt, frigidum aerem, ne ab eo lędatur pulmo, expellunt, & faciē mirum in modū exornant. In naſo prę-ter duo foramina, quorū alterum ad palatū, ad reſpirandum, alterum ad cerebrū ad purgandum tendit, ſunt duę carunculę in modum huberū pēdentes, quę ſunt ſenſus odoratus inſtrumenta, ad cerebrum per neruos odorē deferentia. Et licet huiuſmodi uox in ſacris literis ſępe male ſonet, ac irriſionē, fatuitatem, ſtultitiam, iramq; deſignet; tamen, aliquando etiā in bonam capitur partem: proinde, cum in externo homine nares neceſſarię ſint, ac externam faciē ornent,

Ambr. interiori quoq; homini tribuendę ſunt. Diuus Am-

Iob 27. broſius declarans illud Iob: Spiritus autē diuinus, qui

Locus explic. eſt in naribus meis; de narib. interioris hominis hęc ſcribit. Nares, hic interioris ſui hominis ſignificat, quibus uitę odorē carpebat ęternę, & gratiā cœleſtis unguēti geminis quibuſdā ſenſibus hauriebat. Quare, nares interni hominis, erunt animę uires, quib. di-

Greg. uini odores, & aer cœleſtis hauriuntur. Vel cum Gregorio diceres nares, eſſe ſpei noſtrę cogitationes, quibus quę futura ſunt pręſentimus. Poſſumus etiā cum

Dionyſ. carth. alio pio, & docto uiro, ſic myſtice nares exponere. Naſus inquit ipſe, eſt diſcretio, cuius eſt bona eligere, & ſordes reijcere: cuius duo foramina, ſunt duæ conſiderationes, quarum altera ad cerebrum, id eſt ad mētem & ſuperiorem animæ partem pertinet, ex qua de rebus ad contemplationem pertinentibus iudicamus; altera ad palatum uergit. i. ad guſtum, & ad actionem refertur: utraq; n. operationes diſcernere & diiudicare, recto altoq; iudicio neceſſe eſt: ne quan

do

do pro bono malum,& pro maiore bono, minus eligamus,ut unumquodq; tanti fiat, quanti fieri debet. Sit ergo in homine ſpirituali uirtus diſcretionis maxima, ſine qua nulla uirtus conquiritur, nulla cõſummatur,nulla conſeruatur. Eſt.n.diſcretio moderatrix operationum,ordinatrix affectuum,& magiſtra morum,& uirtutum cuſtos. Tolle hãc,ait Bernardus,& uirtus erit uitium. Hinc eſt quod in Leuitico eos,qui aliqua naſi prauitate laborabant,utputa, ſi erant paruo,aut obtorto , aut nimis magno naſo, hoc eſt parua,aut indiſcreta quadã,ac nimia diſcretione affecti, a ſacerdotio repellebantur. Deſideratur.n.in ſacerdotibus,ac curã aliorum gerentib.multum , hoc ueluti omnium uirtutũ condimentum,diſcretio. Propterea naſus ſponſæ.i. Eccleſię in canticis a magnitudine,& rectitudine laudatur,cũ dicitur:Naſus tuus,ut turris libani:quibus uerbis Eccleſiæ diſcretio , & prudentia cõmendãtur. Per has nares internus homo debet diſcernere inter bonos & malos odores: ut bonos odores .i. honeſtæ uitę famam & aliorũ exẽpla olfaciat; quibus odoribus uita ſpiritualis recreatur; malos uero.i.corruptas uitæ rationes & aliorũ infamiam, tanquam male olentem,& uitam ſpiritus perturbãtem, & inficientem, uitet. Nares tuę, ait Ambroſius,a fœtore auertantur criminum diuerſorum. Curratitaq; ad percipiendum odorem,quem nardus,hoc eſt uirtus humilitatis,ut ait Bernardus, beatę Virginis dedit,ad cuius odorẽ percipiendũ omnes ſancti currũt. Marię.n.humilitas,tanquã nardus,quæ eſt herba humilis,& calida,ſpargit odorẽ ſuum, amore calet,deuotione uiget,opinione redolet. Atque ſicut bonos odores attrahere debet;ita etiam eoſdem, tanquã bonus Chriſti odor , effundẽdo odorẽ bonorũ operum, & bonę famę odoret;ne male agendo,aliquo fętore, proximi & Dei nares offendat. Pertinet etiã ad ſpiritualem hominem illud diligẽter cauere,ne quid male olens alijs olfaciendum prębeat:quod ut in uita ci-

Richar. de S.Vic.

Leui.21.

Cant. 7.

Locus explic.

Ambr. Pſ.118.

Cant.1.

Locus explic.

Aug. in Io.tract. 10.lib.de uera innoc. cap. 263.

nili uitio datur;ita in uita spirituali est reprehensione dignum; hoc est, nunquam, si quid turpe, & male olens de aliquo audiuerit, alijs narret & manifestet, ac ueluti olfaciendum naribus spiritualibus præbeat; quod, dum quis faceret, non secus faceret, ac si canem iamdiu mortuum, & grauiter olentem ad alterius hominis corporis nares admoueret. Crimina itaque aliorum, & quę male olent, nunquam alijs percipienda præbeat. Aliqui de naribus spiritualibus ita sentiunt. Dicunt ergo nares spirituales esse uirtutem deuotionis, quæ spiritualem faciem multum exornat, odores bonorum operum attrahit, superflua expellit, pulmonem uoluntatis spiritu recreat & dilatat, & ne aeris frigiditas ei obsit, prohibet: Nares Dei, sunt inspirationes eius in corda fidelium. De naribus Angelorum, hæc scribit Dionysius. Porro naribus olfaciendi, ac iudicandi ui prędit is, capacem eorum perceptionem, qua summam illam suauissimamque fragrantiam pro uiribus admittentes, cętera, quę huiusmodi non sint, scite diiudicant, ac penitus fugiunt.

Dionys. de cęl. Hier.

De auribus Dei, angelorum, & interioris hominis. Cap. 55.

QVasdam spirituales aures reperiri sexcentis sacræ scripturæ locis demonstrari posset; sed unus sit instar omnium; ex quo id demonstrauit Origenes. Cum ergo Dominus apud Matthęum dicebat: qui habet aures audiendi audiat; his uocibus, aures & audiendi, aures & auditum spiritualem indicasse certissimum est. Auris, & auricula licet diuersa significare soleant, quia auris organum auditus, auricula partem, quæ aures circunstat, designat: tamen, harum uocum significatio interdum confunditur, & translate in scriptu-

Orig. homil. 7. in Leu. Mat. 11. Mar. 4. Apoc. 3.

scriptura, hę uoces pro misericordia, obedientia, & iii intelligendi ponuntur. Auris externa, quę *Psal.5.* ab hauriendo, cum uoces hauriat, sic nominatur, *2.Reg.* est pars cartilaginosa, flexibilis, & sinuosa: quo fit, *21.* ut uox non ita facile excipiatur, & audiendi facul- *Isid.* tas lędatur. Excipitur autem sonus duobus neruis ad cerebrum pertinentibus. Sed, ne in explicanda aurium structura longior sim, diui Ambrosij uerba, *Amb.li.6* per quæ aurium præstantia & usus cognoscere lice- *hex. c.9.* bit, adscribam. Præstantissimum quoque audiendi munus est, & uisui suppar gratia. Ideo aures extantiores, ut & ornatus decorem preferant, & excipiant omne illud, quidquid de uertice sordium, humorisve defluxerit, simul ut in earum finibus uox repercussa sine offensione interiores ingrediatur anfractus. Nam nisi ita esset, quis non ad omnem fortioris sonum uocis attonitus redderetur, cum inter ipsa subsidia frequenter improuiso ictus clamore nos obsurdescere sentiamus? Tum ueluti propugnacula quædam uideas prætendere aduersus frigoris asperitatem, caloris que flagrantiam, ut neque frigus penetret ductus patentes, neque nimis adurat æstus. Sinuatio autem interiorũ aurium modulandi quendam numerum præstant, & disciplinam. Siquidem per anfractus aurium quidam rythmus efficitur, & modulis quibusdam ingressæ sonus uocis exprimitur. Tenaces præterea sermonis accepti ipsos esse anfractus aurium uisus ipse nos docet. Siquidem uelu ti in concauis montium, uel in recessu rupium, uel in anfractu fluminum uox auditur dulcior, & respõ sa suauia referens echo resultat. Ipsæ quoque sordes aurium non inutiles, quæ ligant uocem, & tenacior eius in nobis, & memoria fit, & gratia. Hæc Ambrosius. Ex his multa ad auditum & aures spirituales explicandas referri poterunt; qua in re non immorabor multum; sed aliqua contemplanda hominibus spiritualibus relinquam; quod hactenus in expli tione ca-

tione aliarum partium feci,& post hac cum breuitati studeam,faciam. Quæ igitur sint aures spirituales, breuiter explicemus. Spiritualis auris, ut Clemens Alexandrinus scripsit,est fides, sine qua nihil intelligitur;quam ut aperiamus sæpe nos scripturæ diuinæ admonent. Debet hæc auris esse flexibilis, idest ualde prona ad credendum,quæ Deus multifarie multisq; modis nobiscum loquitur. Debet esse perforata, ut uoces ingrediantur; quia uituperantur in scriptura, qui aures obturatas habent. Et ideo Dauid gaudebat,quod sibi aures ad excipienda mandata Deus perforasset. Nam psalmo 39. ubi nos legimus: Aures autem perfecisti mihi;alii, ut uox hebraica etiam sonat,perfodisti mihi,legunt: quasi dixisset; cauatas aures ad exaudienda tua mandata,ut ex eis uiuerem, mihi dedisti. & cum uoluntatem tuam percepissem, dixi:Ecce uenio,idest ecce adsum, ad implenda præcepta tua. Debet præterea habere iter sinuosum & flexibile, & ut uox intus resonet, & diutius intus moretur,ne temere,& statim, sed prudenter, & pedetentim, quæ audiuntur excipiantur omnia; cum scriptum sapienter a sapiente sit: Eum qui cito credit leuem esse corde:quo etiam fieret, ne ab improborum uocibus, & sermonibus facile læderetur. Quare,quod his auribus excipitur, per neruos constantiæ & stabilitatis, ne quis omni uento doctrinæ feratur, ad cerebrum, idest ad iudicium rationis, quo omnia discutienda & examinanda sunt,traduci debet. Gregorius exponens illud; Qui habet aures audiendi,&c. de auribus spiritualibus ita scripsit:Aures hoc loco,sensitiuam animæ uirtutem & ad intelligendum aptitudinem significant; quas aures arrigere & aperire ad percipienda ea, quæ salutaria sunt,oportet:rebus uero turpibus omnino claudendæ sunt; ut claudere aures ij dicantur, qui peccandi per auditum occasiones auferunt. Illa, qua utilia ad salutem animæ percipiuntur auris dextra, ea uero,

Lib.5. stro. — *Luc.8.* — *Heb.1.* — *Psal.94.* — *Psal.93.* — *Locus explic.* — *Eccl.19.* — *Locus explic.*

qua,

qua, quæ pertinent ad humanas curas sentiuntur, sinistra appelletur. Quæ aures dicuntur aggrauari, cũ ad res rationi consentaneas hominique utiles exaudiendas erigi nequeunt. Sunt præterea qui dicant duas aures esse promptitudinem discendi & obediẽdi, quas habere & non audire is dicitur, ut Richardus de Sancto Victore scripsit, qui nouit quæ sit obedientiæ uirtus, & non uult obedire: aut qui potest discere, & mandata exequi, utrumque tamen præstare renuit. Duæ aures homini datæ, & in medio capite collocatæ, indicant homines ad regendum alios constitutos, debere omnia, & semper, & prompte, & utrãque partem audire: Ideo prudenter Alexander agebat, qui dum actorem audiebat, alteram obturabat aurem; & id cur faceret interrogatus, respondit; alteram reo se reseruare. Et Zeno, ideo naturam homini duas aures, & os unum dedisse dicebat, ut plura audiat, quam loquatur. Internus homo aures suas diligenter custodiat; & maxime cum alios de aliorum erratis uerba facere audiet, qua in re etiam a perfectioribus hominibus passim peccatur, dum, uel frater detractor non corrigitur, uel fides habetur dictis, aut certe sine ullo fructu aures aliorum sermonibus commodantur. Quare sapienter diuus Prosper monuit.

Isa. 6. *Rom. 11.* *Ori. hom. 9. in Ios.* *Locus explic.* *Achil. Bocch. Symb. 53* *Eccl. 82.*

Non pateant faciles sæuis sermonibus aures.
Quæ nescire iuuat, credere non liceat.

Etenim, auditus a grauiore sono. i. ab infamia aliorum, cum detrahentibus aures commodantur, multum offenditur. Et sicuti extrinsecę aures a uermibus læduntur, ita spirituales a uermibus adulationis, & assentationis, ni homo caueat, corrumpuntur. Attribuunt diuinæ scripturę Deo aures, quæ nihil aliud significant, quam uim illam Dei, qua omnia percipit, & preces, & uerba, clamoresque nostros exaudit. Has aures ad se inclinari iusti petunt, atque Deus illas inclinat, cum benignius uoces suo-

Psal. 5.

rum excipit. Hoc nos mater Ecclesia docet, cum canit.

Ad preces nostras deitatis aures
Deus inclina, pietate sola;
Supplicum uota suscipe, precamur
Famuli tui.

Vel, ut alijs uidetur, aures Dei sunt beati spiritus, qui nostras orationes, ut sancti patres scribunt, excipiunt, Deoque offerunt. In Angelis, aures designat obedientiam: Sunt enim ministri Dei, qui faciunt uoluntatem eius, parati ad audiendam uocem sermonum eius, hoc est, ad obediendum Deo. Sūt enim omnes administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Hāc ueritatem de angelorum ergà homines ministerio, non modo ex diuina reuelatione, sed etiam ex profanis scriptoribus, ut ex Phocylide, Menandro, Calcidio Platonico, & alijs, quos breuitatis causa omitto, cognoscere licet.

Psa. 103. Ps. 102. Heb. 1. Phocil. Menan. Calcid.

De spirituali auditu: quomodo, & quæ nouus homo audire debeat. Cap. 56.

DE auditione eadem fere & eodem modo dicenda essent, quæ de uisu diximus: & ideo ac de re non disputabo latius; cùm ex his, quæ de uisu dicta sunt intelligi possit. Quia ad recte audiendum requiritur organum, potentia, attentio, tempus, &c. Quæ eadem explicares ratione, quā capite 49. exposuimus. Illud speciatim dixerim, inter uidendum & audiendum hoc esse discriminis, quod tardius alicuius ictus sonus auditur, quam ictus ipse uideatur, ut patet cum a longe aliquem cędentem lignum cernimus. Ad rem, magis & citius mouent opera, quæ uidentur, quam uerba quæ exaudiuntur. Quare internus homo, potius operibus, quam uerbis alios ad bene agendum excitet.

Non

Non prodest cuique solis bona dicere uerbis. S.Prosp.
Ni pia mens habeat, quod bene lingua sonat.
Nam fari recte, miserum est, & uiuere parce.

Nos igitur missis ijs, quæ ad auditionem producendam conuenire necesse est, breuiter quosdam loquendi modos sacrarum literarum, qui allegorice intelligendi sunt exponemus; quorum notitia ad intelligentiam spiritualis auditionis multum confert. Audire igitur translate, est corde excipere, credere, Ioan.9. intelligere, cognoscere, obsequi, obtemperare, acquiescere, sicuti etiam auscultare. Exaudire uero est exe- Exho.4. qui, quod auditur, & petitionem concedere: quæ si- Gal.3. gnificatio, est diuinæ scripturæ propria. Auditus, sæ- Ex.5. pe pro re, quæ debet audiri ponitur, & pro obedien- Gen.22. tia; sicuti etiam pro uerbo, & prædicatione, & audi- Gen.27. tum audire, est idem, quod audire. Audiendo audire, Isa.53. qui modus loquendi in aliis quoque uerbis solet u- Ier.49. surpari, ac sæpe in scriptura reperiri, ut, uisitando ui sitare, uidendo uidere, &c. celeritatem, diligentiam, Exho.17 uehemẽtiam, & certitudinem operationis designat. Prebere & inclinare aures, est animum intendere, recteque intelligere se uelle, indicare. Aurem incli- Iob.6. nat, qui uidetur concessurus quod petitur: aurem in- Isa.5. clinare, est signum non obscurum annuentis optatis eius, qui rogat: auribus uero percipit, qui preces ex- Psal.85. audire dignatur: at, qui non audiunt, & ad rogatum Psal.4. non respondent, aures obturatas habere dicuntur; quas ij continent, qui sunt inexorabiles, qui ex crude Mich.7. litate audire oĩo renuũt; qđ ab hoĩe interiore & pio, nunquam fieri debet: pertinebit tamen ad eum, Act.7. aures obturare; quod est turpitudines stomachari, fraudes abhorrere, nihil fœdum & indignum audire uelle; quod qui facit, in excelsis habitare dicitur.i. in tuto, uel in alto perfectionis loco. Qui obturat aures suas, ait Isaias, ne audiat sanguinem, & clau- Isa.33. dit oculos suos ne uideat malum; iste in excelsis ha- Locus explic. bitabit, munimenta saxorum, sublimitas eius. De-

nique

nique tinnire aures, est personare: & illi aures tin-
1.Reg.3. niunt, qui aliqua noua auditione perterretur, aut
aliquid portentosum præsentit, & timet. Solent.n.
Cornel. interdum aures intus sonare, ita ut externum sonũ
Cels.lib.6 minus audiant; quod, uel ex aliqua grauedine, uel
ex morbo nascitur: & si sine his sonare cœperint, no-
Iere. 19. uo metu terrent. Huc facit illud Ieremiæ: Ecce ego
Locus ex inducam afflictionem super locum istum: ita ut om-
plic. nis qui audiuerit illam, tinniant aures eius, &c. Qui
4.Reg. locus, ex his quæ diximus, satis intelligitur. Si inter-
21. nus homo aures obturatas, idest minus obsequentes
diuinis uocibus, & minus patentes afflictorum pre-
cibus se habere senserit, oret Deum, ut illas sibi per-
foret; quod per tribulationes facere consueuit. Nã,
Greg. ut ait Gregorius, tribulatio aurem cordis aperit, quã
mundi prosperitas sæpe claudit. Audire uocem Dei,
est eius cognoscere uoluntatem, atque illam exequi.
Audiam, quid loquatur in me Deus, inquit prophe-
Psal. 54. ta: hoc est, arrigam aures spirituales, & accommoda-
bo me ad audiendum, quod Deus locuturus est. Et
Samuel: Loquere Domine, quoniam seruus tuus au-
1.Reg.3. dit, idest promptus est, ad percipienda, & exequenda
iussa tua. Verum, cum Dei uox sit ueluti quidam si-
bilus auræ tenuis, non potest facile ab ijs auribus
3.Reg. exaudiri, quę sunt minus attentæ & rumorum plenę.
19. Quamobrem, spirituales aures omni strepitu hu-
manarum cogitationum, & perturbationum, si Dei
uocem sint excepturæ, uacuas esse oportebit. Neque
sunt hominum interiorum uerba ista: Non loqua-
tur nobis Deus, ne forte moriamur. Nam, qui fieri
Exho.20. potest, ut loquendo necet is, qui uitæ est auctor? is,
qui loquitur pacem in plebem suam? is, qui cogitat
Psal. 64. cogitationes pacis, & non afflictionis? is, cuius uer-
Irem.29. bo, tanquam quodam semine, spiritualis homo ge-
neratur? is, qui non modo extrinsecus aures pulsat,
ut Moyses, & quotquot sunt creaturæ; sed etiam in-
tus aures mouet, & ad audiendum iuuat? is inquam,

qui

qui dat uelle audire,& perficere? Cupiat itaque potius internus homo, ut omnes creaturę taceant, & ut unus Deus loquatur secum: ad quem se conuertat, & dicat. Sonet uox tua in auribus meis: & cum eum loquentem audiuerit; hac de re gaudeat, & dicat: En dilectus meus loquitur mihi. De hac spirituali auditione scio a quibusdam latissime scriptum fuisse, de qua re, non est nostrum integram tractationem conficere: sed satis nobis fuit rem ipsam breuiter explanasse. Audire Dei, ut ait Gregorius, est submetipso surgentia desideria nostra percipere. Audit itaque Deus, cum nostra desideria & petitiones percipit, cum succurit: exaudit uero, cum postulata concedit.

Thomas de Kemp. *Can. 2.* *P. Mag. Auila super uersi. Audi filia.*

Quid os, in scriptura significet, & quæ sint oris conditiones, & quo modo de Deo dicatur.

Cap. 57.

CVm spiritualis homo, a matre edoctus, quotidie ad patrem clamet: Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam: os & labia habeat, necesse est. Quare, quid os, & qd labium spirituale sit, explanandum nobis est. Os, in diuinis oraculis, multis modis, translate sumitur; vt, pro facie, verbo, locutione, lingua, vaticinio, testimonio & uictu humano, pro proximo & propinquo: Et gladij os, est eius acies: & occidere in ore gladij est cœsim necare. Interdum, os accipitur pro concionatore & interprete, per quem aliquis dicitur loqui: quo modo, Aaron ab officio orãdi, dictus est os Moysis: & cum prophetæ aliquid grauius pronunciabãt, os Domini loqui dicebant. Os aperire, est præire uerbis, & incipere fari: non aperire, est tacere, non audere loqui: cui contrarium est, aperto ore, & sine fuco loqui. Os abstruere, est efficere, ut quis mendacij conuictus, præ pudore obmutescat; aut quempiam

Ps. 50. *Iob. 3.* *Matth. 5.* *Ps. 61.*

culpæ

Orig. culpę obnoxium esse, ostendere. Os, in humana facie, est tota illa pars concaua, intra quam dentes & lingua continentur, quæ labijs clauditur: & sic appellatur, quasi sit animæ ostium, & quasi nuntius. Est concauum ad recipiēdum cibum, quo totum animal nutritur; durum ad terendum; neruosum ad percipiendum sapores, humidum ad deglutiendum. Os, est necessarium ad formandum sermonē, ad expurgandum cerebrum & stomachum, ad respirandum, ut refrigeretur pulmo. De ore sic scribit Ambrosius. Postremum quoque officium est oris, aut linguæ, quod tamen omnibus uires ministrat. Nam, neque oculi uigorem uidendi haberent, nisi uirtutem substantiæ corporalis acciperent, quę cibo defertur, & potu; neque aures audiendi, aut nares odorandi, aut manus tangendi, nisi corpus omne alimentis confirmetur. Ex quibus constat, quanta sit oris necessitas. Os de Deo mystice dictum, est uis generandi & spirandi in diuinis: Ego ex ore altissimi prodiui, ait sapientia diuina, ideſt Verbum ęternum, quod ex ore Patris, qui eructauit uerbum bonum, exiuit: Vel dicas esse diuinam inspirationem, & internam locutionem, qua cum anima Deus loquitur: Vel ut alij uolunt, sunt eius præcepta, quibus nobiscum multifariam locutus est. Item, prophetæ, & omnes qui nobis uoluntatem Dei manifestarunt, & manifestant, ut Christus dominus, doctores, & sacerdotes, a quorum ore lex est requirenda, os Dei dicuntur: cui ori, dictum est: Clama, nec cesses; quasi tuba exalta uocem tuam. Hi etiam dicuntur os sponsæ, seu ecclesiæ; quia per eos loquitur, manducat, respirat &c. Hoc os, debet esse concauum per profundam considerationem & humilitatem; durum per constantiam, ad terendum spirituales cibos; neruosum ad gustandum saporem diuinarum rerum, quem percipiebat is, qui hunc in modum exclamabat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, & super mel ori meo? Et in Apocalipsi, de

[Margin notes: Ambros. — Orig. in cant. — Eccl. 24. — Locus explic. — Psal. 44. — Heb. 1. — Ambr. — Psa. 118 — Mala. 2. — Isa. 58. — Psa. 118. — Apoc. 10.]

de libro diuinæ legis, dicitur: In ore tuo erit dulce tanquam mel. Quod si homines hanc dulcitudinem non sentiunt, id est in causa, quod gustum spiritualē corruptum habent. Denique, hoc os debet esse humidum ad deglutiendum humores & cibos diuini spiritus, ut his contritis & deglutitis, cætera membra recreari & nutriri queant. Accipiant ergo hæc ora, librum diuinę legis, & illum diligenter mandendo deuorent, ut languescentibus ecclesiæ membris necessarium suppeditent cibum.

Quod sit interni hominis os, & de oris custodia.
Cap. 58.

DIuus Basilius exponens illud psalmi trigesimi tertij, Semper laus eius in ore meo, aliquot numerat sacræ scripturæ loca, in quibus de spirituali ore mentio facta est. Quo fit, ut etiam uarijs modis, os spirituale explicetur: Primum, internū os, est uoluntas & affectus erga Deum: de quo ore intelligeres illud: Dilata os tuum, & implebo illud, idest uoluntatem & affectum tuum, ut plus spiritualis cibi sumere queas. Quantum enim humanus dilatatur affectus, tantum rerum spiritualium ipse capit. Hic loquendi modus sumptus est ab ijs, qui auide cibum sumere cupiunt, qui solent multum os pādere, ut maiorem bolum capiant. Tantum ergo diuini cibi quis capit, quantum uult: si plus, minusve os dilatauerit, hoc est, ad ipsum sumendum paratior fuerit. Hoc est os illud, quod replētur gaudio, quando Dei celebrantur laudes; aut dulces spiritus percipiuntur fructus. Hoc os debet esse humilitate concauum: quia quemadmodum concauum speculum melius lumen solis excipit; ita mens, humilitate profundior, plus spiritualis cibi capit. Sit etiam durum per constantiam, ut solidiores cibos conterat. Insuper, neruosum & humidum, ad percipiendum sapo-

D. Basil. Psal. 33.

Psal. 80

Iacobon. Cant. 50

Polydor. nu. 362, *adag.*

Psal. 80.

Locus explic.

Ps. 125.

rem cibi diuini, eundemque facilius deglutiendum. Diceres deinde cum Gregorio; os interni hominis esse interiorem sensum & cogitationem, qua ueluti quodam ore cibum ex diuinis reuelationibus capit,
Psal. 36. qua secum, & cum Deo loquitur. Hoc ore iustus me
Locus explic. ditatur sapientiam. i. Christum, qui est sapiētia, qua Deum cognoscimus, & diuina gustamus: aut certe, meditari sapientiam, est grauiter prudenterq; loq.
Psal. 33. In hoc etiam ore, dicitur esse laus Dei: quo modo exponeres illud: semper laus eius in ore meo; hoc est, in mente & cogitatione mea. Qua ratione aliquis semper Deū laudare dicatur, recte exponit Basilius
Basil. loco supra citato; quando nimirum, omnia ad laudē & gloriam Dei facit. Huic ori ponenda est custodia,
Psal. 38. ne qua mala intret cogitatio, aut exeat locutio: quapropter claudendum est labiorum parietibus, stabili uidelicet silentio; uel prudentia, ne imprudenter, & temere dicatur, aut cogitetur quidquam. Amplius,
Aug. cum Augustino dicere possumus, os nostrum esse cor nostrum, ex quo ore exeunt, quæ coinquinant hominem. Hoc ore attrahendus est spiritus ille, sine quo
Ori. hom. spiritualis uita consistere nequit. Os meum hoc est
5. in exq. intellectum, quo uerbum mentis profertur, dicebat
118. propheta, aperui, idest disposui, & desiderio dilataui,
Locus explic. & attraxi spiritum. i. spiritualem auram, qua interiora hominis recreantur, spiritum sapientiæ, & Spiritū
Sap. 7. Sanctum, qui per interiora interioris hominis diffunditur. Os aperimus, ait Gregorius, quando sensum ad intelligentiam sacri uerbi præparamus. Ad hæc, os animæ, est sermo, seu locutio, quæ est quasi ianua & nuntius eius: quo ore teritur cibus, cum aliquid docentur homines: quod os, est aperiendum dignis, indignis uero claudendum; ne detur sanctum canib. cum de ore iusti scriptum sit, debere parturire sapien
Pro. 10. tiam, quam percipere non queunt impij: quia in animam maleuolam non intrat sapientia. Hoc ore, per
Sap. 1. confessionem expurgandum est quidquid superflui

 in

in corpore spirituali inuentum fuerit. Nanq; os iusti est uera uita, dum per confessionem iustus est accusator sui: os autem impiorum operit iniquitatem. Hoc et ore loquimur sapientiam, hoc est uerã & sanã doctrinã; ita ut in eo non inueniatur mendacium: quam ueritatem qui norũt, & non confitentur, os habere, sed non loqui, dicuntur. Est.n. interdum ore facienda confessio ad salutem. Hoc os omnino claudendũ est, cum aliqua nos inuadit appetitio loquendi de his, q̃ ad aliorũ pertinent errata: quod qui non faciunt, in ore suo fel draconum, & os maledictionis plenũ habere, atque ore perire dicuntur. Quare iure optimo sapiens desideraui dari ori suo custodiam, cum dixit. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia signaculum certum, ut nõ cadam ab ipsis. i. ut propter ipsa labia aliquid male loquendo non peccem: & lingua. i. locutio mea, perdat me? Quod si quis regulam optimam uellet, qua recte loqui facile disceret, eam capiat, quam Pittacus dedit. Loqui ignorabit, aiebat ipse, qui tacere nequit. Nam, cum quis tacet, quid, & quo modo, & quando loqui debeat, præuidere potest. Et ueteres tantum taciturnitati tribuerunt, ut quandam silentij Deam coluerint, quam digito ad os admoto fingebant, & pro foribus templorum, & curiæ proponebant. Pindarus miris laudibus Epamynõdam extulit, quod cum multa sciret, pauca loqueretur. Et Cato, cum sibi taciturnitas obijceretur, dixit: Loquar, cum fari didicero, quę taciturnitate nequaquam digna sunt.

Pro. 10. *Apo. 14.* *Rom. 18* *Psal. 9.* *Eccl. 22.* *Locus explic.* *Thom. de Kemp. par. 2.* *Pittacus* *Petrus Dam. ser. 2. de silent.* *Pindarus.*

De spirituali locutione: quo modo Deus, Angeli, & internus homo loqui dicantur. Cap. 59.

CVm de locutione proximo capite mẽtio facta sit, & cum ore de quo diximus, fiat, non erit ab hoc loco alienum, aliquid de mystica locutione scribere. Loqui itaque, nõ modo est uerba facere,

Psal.36. sed etiam meditari, & attente cum quodam animi
Gen. 18. feruore cogitare, reuelare, detrahere, consolari, ar-
Ps. 2. guere, errorem, uel ueritatem docere, cum aliquid additur, quod ad errorem uel ueritatem pertineat: & apud Paulum, loqui est diuinas scripturas interpretari. Locutio, ut ex significationibus allatis intelligi licet, duplex est: altera bona, altera mala: item al-
Auctor tera Dei, altera hominis. Loquitur Deus dum Filiũ
altercat. generat, dũ nobis aliquid inspirat, uel aliquo modo
eccl. & suã uoluntatẽ declarat. Locutus est Deus, ac loquitꝰ
Syna. nobiscũ multifarie multisque modis: & primum, per
Heb. 1. lumen rationis nobis inditum, quo suã uoluntatem
Ps. 4. primum nobis patefacit. Vt merito Dauid psal. quar-
Locus ex to militibus suis dicentibus, quis ostendit nobis bo-
plic. na? hoc est, quis nos docet, quæ facienda nobis sunt? responderit: Signatũ est super nos lumen uultus tui
Ioan. 1. Domine. Illuminat.n. Deus oẽm hominẽ ueniẽtem
Cyrillus. in hunc mundũ. Qui, ait Cyrillus in hunc locũ, non docendo, ut homines, illuminat, sed potius creando unicuiq; semen sapientiæ.i. pietatis, atq; intelligẽdi radices inserit. Loquitur deinde per creaturas, qua-
Psal. 18. rũ uoces nulla est loquela, nec sermo.i. nullus popu-
Locus ex lus, nulla natio, quæ nõ intelligat: quarum sonus ad
plic. oẽs orbis terrarum partes & populos penetrauit. Et
Rom. 2. diuus Paulus a creatura mundi inuisibilia Dei intelligi, dixit: quo fit, ut qui has claras creaturarũ uoces nõ exaudiunt, sint inexcusabiles. Loquitur præterea Deus per donũ fidei, quo incerta & occulta sapiẽtiæ
Psal. 50. suæ manifestauit nobis. De qua locutione intelligitꝰ
Ps. 127. illud: Qui annuntiat uerbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non taliter fecit omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Numerat hoc loco
Locus ex primũ propheta cõia beneficia, & reuelationem per
post. creaturas; postea deueniens ad priuatã reuelationẽ per fidẽ, ait, non fecisse Deũ taliter cũ omni populo, quia nõ oĩbus gentibus facta erat rerũ diuinarũ reuelatio, uel tanta reuelatio. Huc ꝑtinet locutio ꝑ ta-

citam

citam inspirationem, quādo Deus animā in solitudinē ducit, & ad cor eius loquitur? O suauē loquelā, O dulcē sermonē; O celsitatē eius animæ, qua cū Deus loquitur; Demū, Deus loquitur per Angelos, tanquā per nuntios suos; & postquā in terris uisus & cū hominibus conuersatus est, nobis in Filio suo, ac per doctores suos locutus est. Et quorsum tot modis Deus cū hominibus in hac uita loquit, nisi ut perpetuo in patria facie ad faciem ipse nobiscū, & nos cū ipso ꝑ claram uisionē, tandē loquamur? Plura huc pertinentia si quis uelit, legat Greg. lib. 28. in Iob, a capite secundo ad septimū, & ex septimo, quibus modis nos Deus interrogare soleat cognoscet. Loqui nostrum spirituale, ita a diuo Gregorio describitur. Loqui nostrū ad diuinas aures, est motū mentis ē expressione actionis ostendere. Et alibi: Loqui nostrū ad Deum, est non uocibus gutturis id quod sentimus prodere, sed prōptis ad illū desiderijs inhiare. Et quia, ideo q̄s quę interrogat, ut discere ualeat q̄d ignorat, hōis Deū interrogare, est in conspectu eius nescientem se cognoscere. Respondere āt Dei, est eum, qui se bene humiliter nesciētem cognouerit, occultis inspirationibus erudire. Hęc Greg. Quidā alius de hac re ita scribit. Animarum uerba ipsa sunt desideria. i. amādo desiderare, & desiderando amare; respondentis Dei sermo, est inter ardorē desiderii ex ipsa pręsentia solatium consolationis. Loquitur ita q; hō cū Deo, cū eleuata facie, & defixis oculis spiritualibus in naturā diuinā, eius contemplatur attributa, & maiestatem admiratur, quo fit, ut in eximias laudes auctoris & reparatoris sui prorumpat, ac eū uehemēter amet, eoq; frui desideret. Quātę sit dignitatis loq cū Deo, diuus Chrysostomus sermone 1. de oratione non lōge a principio egregie demōstrat. Quādo āt cū Deo instituet sermonē, præparet prius internus hō animā suam, ne Deum quem sibi placare studet, dum incōsiderate ad loquendum cum eo accedit, sibi iratum

Ose. 2. *Chry. ser. 1. de ora.* *Heb. 1.* *Greg.* *Greg. 32 mor. 1.* *Lib. 35. cap. 2.* *Auctor altercat.* *Dion. Carth. opusc. de laud. Dei.* *Chrys.* Eccl. 18. *1. Reg. 1*

reddat;& dum gratiam obtinere cupit, odium referat? Reuerenter itaque, attente, & simpliciter cum Deo loquatur. Debet etiam interdum hic homo secum loqui, quod proprium est interioris hominis, atque a seipso ante actæ uitæ rationem repetere, secumque quid egerit, & quid agat retractare, ac sæpius nouissima in memoriam reuocare; quo modo non raro sancti patres secum loqui consueuere. Hoc a bono uiro faciendum esse, etiã profani homines docuerunt: monentes hominẽ debere secum habitare, atque se totum explorare. Namq; uir probus.

Ephrem. Mar. Abbas.

Cogitat, & iusta trutinæ se examine pensat.

Persius. Vbi autem se tentauerit, examinaueritque, & aliquid correctione dignum inuenerit, se seuere corrigat; & tanquam iustus iudex puniat, & ut Cleobulus dixit: multa alijs ignoscat, & nihil sibi. Sed uereor, ne cum quodam alio dicere possimus; pauci istuc faciunt homines, quod prędicamus. Nam in foro uix decumus quisque est, qui ipsus se nouerit. Quando autem cum alijs loquetur, eius sermo, uel in gloriam Dei, uel in proximorum salutem cedat: nihil arrogan ter, nihil per adulationem dicat: & loquendo magis Deo, quam hominibus placere uelit: nec unquam in corde & corde, sed uno ore loquatur; hoc est, nõ cum fraude, sed simpliciter, quod sentit dicat, & quod semel dixit, faciat. Vitet præterea multiloquiũ, in quo non deest peccatum; quod faciet, si plus secum, quã cum alijs loquetur. Etenim, os lubricũ operatur ruinam. Propterea uitabit libẽter hominum colloquia, quæ quantum obesse soleant, intellexit sapiens ille, qui dicebat, se nũquam locutum fuisse cum homine, quin redierit minus, quam homo. Quod si interdũ cum alijs sermonem habebit, cum sit spiritualis & cœlestis homo, de spiritualibus, ac cœlestibus loquatur rebus: non stulta & infantili loquacitate, vel boriũq; ue uolubilitate delectetur, sed omnia salse, prudenterq; dicat: ne de eo, quod Demades de Atheniensibus dixit

Verg. Cleobulus. Plaut. in poemulo. Pro. 29. Thes. 2. Paral. 1. Locus explic. Pro. 10. Pro. 16. Demades

xit, dici possit: tibijs esse simile, ut si uocem demas, nihil rationis habere uideatur. Aduertat etiam, ne quempiam dum loquitur suo sermone lædat, a quo postea repungatur. Nam, ut Chilo Lacedemonius dicebat; si dixeris, quæ uis, audies, quæ non uis. *Chilo.*

Quid uox & uocare spiritualiter significent: & quo modo Deo, & interno homini, hæc mystice tribuantur. C. 60.

CVm sacræ literæ sæpissime per allegoriam his dictionibus, uoce & uocare, utãtur; operę pretium esse uidetur, ut quæ ad os interni hominis explicandum pertinẽt, melius explicentur, quid, uocare & uox mystice significent, paucis explanare. Vox externa; est sonus ab animali uarijs instrumentis, ut canalibus gutturis, follibus pulmonis, dentib. & plectro linguæ, aerem emittentibus, uel attrahentibus, uel percutientibus, formatus. Et pro ratione horum instrumentorũ, uox uel obscura, uel rauca, uel aspera, uel dissona, uel canora, uel lenis, uel consonans est. Ita uox spiritualis, scientia, quasi gutture, affectu; quasi pulmone, quo attrahitur & emittitur spiritus, alijsque uirtutum diuersarum instrumentis, ueluti dentibus & lingua meditationis, labijsque cõtemplationis formatur: quæ pro diuersa horum instrumentorum ratione uarie afficitur. Et quemadmodum animalia quæ pulmone carent, uoce quoque deficiuntur: ita, qui affectum spiritualem non habẽt, spiritualem uocem formare nequeunt. Habet pręterea uox illud peculiare, ut sit uelut mentis & affectionum animi nuntius, quod indicauit, qui cecinit. *Arist. 1. per. c.*

Sed tibi claudetur rapidæ uox nuntia mentis. *Iuuẽcus*

Soletque homine nondum conspectum manifestare. Sic etiam, dum homo loquitur, qualis nam intus sit, per uocem haud obscure indicat. Propterea falsè dixit quidam: Loquere, ut te uideam. Vox in libris canonicis, sumitur pro fremitu, perturbatione, rebus ipsis & effectis, maxime cum de Dei uocce *Hispan.*

Psal. 28. mentio fit; ut ex psalmo 28. discitur: ubi uox Do-
Locus explic. mini, sunt fulgura, procellæ, & uenti; ut idem significet uox, quod passim in scriptura uerbum & sermo
Ps. 127. significant; rem scilicet aliquam: ex qua animaduer-
Locus explic. sione innumera scripturarum facile explicares loca: ut illum: Emittet uerbum suum, & liquefaciet ea; hoc est emittet solem, qui niuem & glacies liquefacit: sic etiam illum. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, idest in omni re, quam
Deut. 8. Deus ad nutriendos homines creauit. Est etiam uox Dei, potestas, maiestas, & uis punitiua Dei. Vocare, est aliquem appellare; ut alicuius rei causa ad se ueniat, & interdum nuntiare, & prædicare. Non raro, Hebræorum more, uocare, esse & exi-
Luc. 1. stere significat: ut patet ex hoc loco: Filius altissimi
Locus explic. uocabitur, idest erit. Item uocare, est eligere, segregare: & Christiani olim dicebantur, uocati, id est segregati & electi; & Paulus uocatus apostolus,
Locus explic. idest segregatus & electus, ad hoc munus obeundum. Pari ratione, uocare, est constituere; ordi-
Rom. 1. nare, creare: quo modo exponere licet illud: Qui
Amos. 5. 9. uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: hoc est, qui creat, & efficit hoc elementum: & item illud. Qui potestatem habent inter eos, benefici uocantur: quasi diceres, principes & ij, qui
Luc. 22. alijs dominantur, ad hoc constituti sunt, ut sint
Locus explic. benefici. Vox Dei, qua cum homine loquitur, est efficax motio, & tactus diuinus, qui uocatio dicitur. Præterea, uox Dei sunt interna à Deo inspirata desideria. Item, Dei uox, est iusti timoris incus-
Pro. 3. sio, qua uoce peccatores per timores ad se beni-
Rom. 8. gnus Pater reuocare consueuerit: quia quem dili-
Ose. 2. git corripit & castigat. Denique uoces Dei sunt se-
Bar. 3. creta ordinatio, electio, prædestinatio, inductio, &
Sap. 11. impulsus Dei. Vocat Deus creaturas, dum eas con-
Locus explic. dit; & quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, quia non est difficilius Deo aliqd de nouo uocādo producere,

quam,

quam, quæ facta sunt, ad se uocare. Vocat Deus creaturas omnes, cum in sua mente, per ideas, ab æterno, eas format; ut postea creet in tempore. Vocat speciatim naturam rationis participem, cum ex sua misericordia, non ex præuisis meritis, ad æternam beatitudinem eligit. Non ex operibus, ait Paulus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori: sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui; hoc est, ut locum difficilem breuiter exponam, minus dilexit, cum nō tot eum beneficijs affecerit. Non ergo proprie, Deus odit, cum nihil eorum quę fecit, odio habeat. Minus ergo alterum ex duobus fratribus dilexit, quia non ijsdem prærogatiuis ornauit. Vocat item Deus, cum a peccatis reuocat, his uocibus: Conuertimini ad me in toto corde uestro. O admirabilem Dei misericordiam; Quis enim non admiraretur, si uideret Deum uocantem, & peccatorem a quo grauiter Deus offensus est, a se fugiētem, subsequentem, ut eum reuocet, ei parcat, sibiq; conciliet? Videbis creatorem post creaturam, Dominum post seruum, offensum post offendētem, amoris causa currentem, & ut iuuet, ut liberet, ut parcat, & ut glorificet, ad se reuocantem, & non admiraberis? Ita misericors est Deus, ut uenerit uocare peccatores. Quis igitur non fateatur se esse peccatorem, cum omnes simus? Quis ad uocem, tam benigne peccatores uocantem, uenite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, grauitate uidelicet peccatorum, non se prodet, & parcere & liberare uolenti, non se offerat? & non dicat? Ego, ego, eorū quos uocas primus sum: ne quando quis audiat asperam illam criminationem: Vocaui, & renuistis, &c. Vocat item & inuitat Deus ad nuptias; hoc est, ad æternam felicitatem, ad quam non admittuntur, qui uocati, non ueniunt. Rursus uocat Deus ad uaria munera, ut ad sacerdotium, ad animarum curam; ad quam nemo debet accedere, nisi tanquam Aaron uocatus: quia in aulam

Eph. 1. *Rom. 9.* *Gen. 25.* *Locus explic.* *Sap. 11.* *Ioel 2.* *Matt. 9.* *Mat. 11.* *1. Tim. 1.* *Pro. 1.* *Luc. 14.* *Heb. 5.*

Esth. 3. Asueri Regis nemo, nisi uocatus, ingreditur. Denique, uocat dum allicit per dona, dum mouet per inspirationes, dum corrigit per angustias. Verum, licet tot modis & tam efficacibus Deus uocet; tamen pauci sunt, qui cum sanctis uiris respondeant; Adsum.

Iob 15. *1. Reg.* 3. Attende igitur interne homo, quia Deus stat ad ostium, & pulsat: magister adest, & uocat te: dic cum *Ioan.* 11 Samuele: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Quando autem uocaris, cum uocatio interdum sit dubia, ne unquam decipiaris, à Samuele edoctus, sacerdotem & patres tuos spirituales consule. Vis intelligere, o spiritualis homo, quam impium sit Deo uocanti non respondere, & pulsanti non aperire? Finge Deum & Dæmonem, qui semper circuit quærens,

1. Pet. 3. quem deuoret, ad ostium cordis tui stantes, atque ingredi uolentes: postea ad speculam mentis tuæ accede; uide pulsantes, eos discerne diligenter, quid uterque uelit, perpende; cur ingredi cupiant perquire: alter est Deus, alter Dæmon: alter amicus, alter inimicus: alter ingredi uult, ut te donis suis ornet: alter, ut omnia tua bona furetur: alter denique ut te saluet, alter ut te perdat. Et, perdituro aperies, introduces

Luc. 11. Diabolum, Deum foris manere sines? non timebis, ne nouissima tua fiant peiora prioribus? Et hęc de uoce, & uocare Dei breuiter dixisse uolui; quæ multum ad rem nostram facere uisa sunt. Nunc pauca de uoce interni hominis. Vox interni hominis, ut Gregorius scripsit, est quasi quidam intelligentiæ sonus. Vel dicas esse animi affectus ad Deum conuersos, & desideria, ac petitiones ex intimis animi sensib. de promptas: uel etiam eius opera, per quas uoces homines discernuntur: dum eorum loquela eos manifestos fa

Mat. 12. cit; quia ex abundantia cordis os loquitur. Vocat itaque Deum internus homo, dum humili precatione

Ps. 147. ait: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina: dum a Deo auxilium petit,

Ps. 103. & tanquam pullus a matre quęrit escam sibi: dum be

ne

ne agendo, Deum ad se allicit. Tunc, ait Isaias, inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Inuocabitis me, & ego exaudiā uos, ait Deus. Vis intelligere, interne homo, quam promptus sit Deus ad exaudiendum, quid regius propheta dixerit, diligenter attende: Cum inuocarem, id est innocante me, innocatione nondum perfecta, exaudiuit me Deus. Sunt enim aures Dei semper ad excipiendas iustorum preces paratæ. *Psal. 4.* *Psal. 93.*

De clamore & clamare spirituali: & qua ratione Deus, & internus homo clamare dicantur. Cap. 61.

CVm sacræ literæ, tum Dei, tum hominum clamorum plenæ sint: & cū internus homo non modo uocet, id est minus feruenti oratione auxilium petat, sed etiam clamet, quod est eorum, qui maximo commoti sunt affectu, uel eorum, qui aliqua graui agitantur molestia, de clamore & clamare spirituali aliquid dicamus oportet. Clamare in diuina pagina, est laudare, prædicare, & conqueri: & clamor, est querela, uociferatio, rumor, & fama. Itē, clamor est magnitudo sceleris; & clamores sunt manifesta peccata sine pudore & uerecūdia facta, & quasi per rumorem ad aures Dei delata. Quare, ut ex dictis constat, & aliqui adnotarunt, nunc in bonā, nunc in malam hæ uoces capiantur partem. Clamor spiritualis, est uehemens oratio, ardens desiderium, incensi animi affectus, uota cordium afflictorum, efficacia secretæ orationis, uehemens cogitatio, interna ex ore cordis prudentia, & ad aures Dei peruenientia suspiria. Clamare, ut Hugo scripsit, est alta uoce sonare, & cordis sui desideriū exprimere. Clamare is dicitur, qui totis animi uiribus precatur: semper clamat, qui semper cum feruore orat, aut omnia in Dei honorem diligenter agit. Clamat, qui ad fœlicitatem æternam aspirat, qui æterna bona ardenter sperat, *Remigi.* *ps. 101.* *Ps. 5.* *Exo. 4.* *Bas.* *Ps. 38.*

ſperat, qui pro cõmuni bono efficaciter Deum orat.
Pſ. 129. Clamat quis de profundis, cum in calamitatibus & angustijs positus maxima interni affectus efficacia, Deum sibi præsto esse desiderat, qui clamor, ut scripsit Euthimius orantem prorsus ad Deum trahit: qui clamor, ita interdum est feruens, ut in uoces & signa externa prorumpãt. Ad hunc itaque clamorem internus homo in angustijs maximis positus confugere consueuit. Ad Dominum, ait propheta, cum tribularer clamaui: & Iona, in uentre Ceti constitutus, clamauit ad Dominum. Clamat præterea internus homo, ui contritionis & doloris peccatorum ue lut hirundinis pullus. Clamat etiam interdum, dum a Deo enutriri, edoceri, & ueniam peccatorum extorquere cupit. Denique clamat, quando ex admiratione bonitatis, amoris, & maiestatis diuinæ, in maximas prorumpit laudes, & ait:

Locus ex plic. Euth. — *Pſ. 119.* — *Ion. 2.* — *Esth. 4.* — *Mar. 11.*

Te pater mundi,
Te pater ſæculorum,
Opifex diuorum
Fas eſt laudare.

Syneſ. Cyren. epiſ.

Clamat uero Deus, cũ uehementius castigat; quod facere solet, cum iniquitatũ hominis clamor ad eius aures peruenerit; quãdo per scripturas & doctorem, cui dicitur, clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, efficacius a peccatis reuocat; cum per intrinsecos tactus, suauiter hominum mentes ad se allicit, & trahit. Hic clamor, cum ex corde misericordiæ diuinæ nascatur, omnino exaudiendus est; ni acerbam illam reprehensionem, & horrendam illam uocem, quam aduersus reprobos in extremo iudicio pronun tiabit, audire uolumus. Audiamus igitur in hac uita sapientiam foris in fenestra humanæ carnis apparen tem, atque hunc in modum clamantem: Vsquequo paruuli diligitis? infantiam & stulti ea, quæ sibi noxia sunt cupient, & imprudentes odibunt scientiam? conuertimini ad correctionem meam: en pro-

Iſa. 42. — *Dan. 4.* — *Iſa. 58.* — *Clemen. Alex. 1. peda. ſap. 5.* — *Pro. 1. Locus ex plic.*

feram

feram uobis ſpiritum meum, & oſtendam uobis uerba mea. Quia uocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo, cum uobis id quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit, quando ueniet ſuper uos tribulatio, & anguſtia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam; mane conſurgent, & non inuenient me, eo quod exoſum habuerint diſciplinam, & timorem domini non ſuſceperint, nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint uniuerſæ correctioni meæ. Quem non terreat tam terribiles æternæ ſapiētiæ clamores? Quem non commoueat ad flendum, tā horribilis diuinæ ſapientiæ riſus? Quem non affligat, tam inaudita diuinæ ſapientiæ irriſio? Quis non timeat æternam miſericordiam non miſerentem, ſed de interitu hominum ridentem, hoc eſt, nihil curantem? Quis non cōtremiſcat, infinita miſericordia ſubſannante? Exaudi igitur, interne homo, diuinam miſericordiam, te magnis clamoribus a peccatis reuocantem, & præmia æterna pollicentem. Seminate, ait per Oſeam, uobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ. Hoc eſt, date operam iuſtis & bonis operibus, & reportabitis mercedem ampliſſimam, quam Deus ſua miſericordia dabit uobis. Sed roget aliquis. Quando is qui bene uixerit, metet ex ore miſericordiæ? Tunc dicerem, cum ex ore miſericordiæ diuinæ hæc uerba audiet. Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. Quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. Propterea ſapientia loco paulo ante citato, ſubdit: Qui me audierit abſque terrore requieſcet, & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.

Oſe. 10.
Vatab.
Locus explic.
Mat. 25.
Prou. 1.

Orig. culpę obnoxium esse, ostendere. Os, in humana facie, est tota illa pars concaua, intra quam dentes & lingua continentur, quæ labijs clauditur: & sic appellatur, quasi sit animæ ostium, & quasi nuntius. Est concauum ad recipiēdum cibum, quo totum animal nutritur; durum ad terendum; neruosum ad percipiendum sapores, humidum ad deglutiendum. Os, est necessarium ad formandum sermonē, ad expurgandum cerebrum & stomachum, ad respirandum, ut refrigeretur pulmo. De ore sic scribit Ambrosius: *Ambros.* Postremum quoque officium est oris, aut linguæ, quod tamen omnibus uires ministrat. Nam, neque oculi uigorem uidendi haberent, nisi uirtutem substantiæ corporalis acciperent, quę cibo defertur, & potu; neque aures audiendi, aut nares odorandi, aut manus tangendi, nisi corpus omne alimentis confirmetur. Ex quibus constat, quanta sit oris necessitas. Os de *Orig. in cant.* Deo mystice dictum, est uis generandi & spirandi in diuinis: Ego ex ore altissimi prodiui, ait sapientia di- *Eccl. 24.* uina, idest Verbum ęternum, quod ex ore Patris, qui *Locus explic.* eructauit uerbum bonum, exiuit: Vel dicas esse diui- *Psal. 44.* nam inspirationem, & internam locutionem, qua cum anima Deus loquitur: Vel ut alij uolunt, sunt *Heb. 1.* eius præcepta, quibus nobiscum multifariam locu- *Ambr.* tus est. Item, prophetæ, & omnes qui nobis uolunta- *Psa. 118* tem Dei manifestarunt, & manifestant, ut Christus dominus, doctores, & sacerdotes, a quorum ore lex *Mala. 2.* est requirenda, os Dei dicuntur: cui ori, dictum est: Clama, nec cesses; quasi tuba exalta uocem tuam. Hi *Isa. 58.* etiam dicuntur os sponsæ, seu ecclesiæ; quia per eos loquitur, manducat, respirat &c. Hoc os, debet esse concauum per profundam considerationem & humilitatem; durum per constantiam, ad terendum spirituales cibos; neruosum ad gustandum saporem diuinarum rerum, quem percipiebat is, qui huncin *Psa. 118.* modum exclamabat: Quam dulcia faucibus meis *Apoc. 10.* eloquia tua, & super mel ori meo? Et in Apocalipsi,

de libro diuinæ legis, dicitur: In ore tuo erit dulce tanquam mel. Quod si homines hanc dulcitudinem non sentiunt, id est in causa, quod gustum spiritualē corruptum habent. Denique, hoc os debet esse humidum ad degluttiendum humores & cibos diuini spiritus, ut his contritis & deglutitis, cætera membra recreari & nutriri queant. Accipiant ergo hæc ora, librum diuinę legis, & illum diligenter mandendo deuorent, ut languescentibus ecclesiæ membris necessarium suppeditent cibum.

Quod sit interni hominis os, & de oris custodia.

Cap. 58.

DIuus Basilius exponens illud psalmi trigesimi tertij, Semper laus eius in ore meo, aliquot numerat sacræ scripturæ loca, in quibus de spirituali ore mentio facta est. Quo fit, ut etiam uarijs modis, os spirituale explicetur. Primum, internū os, est uoluntas & affectus erga Deum: de quo ore intelligeres illud: Dilata os tuum, & implebo illud, idest uoluntatem & affectum tuum, ut plus spiritualis cibi sumere queas. Quantum enim humanus dilatatur affectus, tantum rerum spiritualium ipse capit. Hic loquendi modus sumptus est ab ijs, qui auide cibum sumere cupiunt, qui solent multum os pādere, ut maiorem bolum capiant. Tantum ergo diuini cibi quis capit, quantum uult, si plus, minusve os dilatauerit, hoc est, ad ipsum sumendum paratior fuerit. Hoc est os illud, quod repletur gaudio, quando Dei celebrantur laudes; aut dulces spiritus percipiuntur fructus. Hoc os debet esse humilitate concauum: quia quemadmodum concauum speculum melius lumen solis excipit; ita mens, humilitate profundior, plus spiritualis cibi capit. Sit etiam durum per constantiam, ut solidiores cibos conterat. Insuper, neruosum & humidum, ad percipiendum sapo-

D. Basil. Psal. 33.

Psal. 80

Iacobon. Cant. 50

Polydor. nu. 362. adag.

Psal. 80.

Locus explic.

Ps. 125.

rem cibi diuini, eundemque facilius degluticndum. Diceres deinde cum Gregorio; os interni hominis esse interiorem sensum & cogitationem, qua ueluti quodam ore cibum ex diuinis reuelationibus capit,
Psal. 36. qua secum, & cum Deo loquitur. Hoc ore iustus me
Locus ex ditatur sapientiam.i. Christum, qui est sapiētia, qua
plic. Deum cognoscimus, & diuina gustamus: aut certe, meditari sapientiam, est grauiter prudenterq; loq.
Psal. 33. In hoc etiam ore, dicitur esse laus Dei: quo modo exponeres illud: semper laus eius in ore meo; hoc est, in mente & cogitatione mea. Qua ratione aliquis semper Deū laudare dicatur, recte exponit Basilius
Basil. loco supra citato; quando nimirum, omnia ad laudē & gloriam Dei facit. Huic ori ponenda est custodia,
Psal. 38. ne qua mala intret cogitatio, aut exeat locutio: quapropter claudendum est labiorum parietibus, stabili uidelicet silentio; uel prudentia, ne imprudenter, & temere dicatur, aut cogitetur quidquam. Amplius,
Aug. cum Augustino dicere possumus, os nostrum esse cor nostrum, ex quo ore exeunt, quæ coinquinant homi nem. Hoc ore attrahendus est spiritus ille, sine quo
Ori. hom. spiritualis uita consistere nequit. Os meum hoc est
5. in exq. intellectum, quo uerbum mentis profertur, dicebat
118. propheta, aperui, idest dispoſui, & desiderio dilataui,
Locus ex & attraxi spiritum.i. spiritualem auram, qua interio
plic. ra hominis recreantur, spiritum sapientiæ, & Spiritū
Sap. 7. Sanctum, qui per interiora interioris hominis diffun ditur. Os aperimus, ait Gregorius, quando sensum ad intelligentiam sacri uerbi præparamus. Ad hæc, os animæ, est sermo, seu locutio, quæ est quasi ianua & nuntius eius: quo ore teritur cibus, cum aliquid docentur homines: quod os, est aperiendum dignis, indignis uero claudendum; ne detur sanctum canib. cum de ore iusti scriptum sit, debere parturire sapien
Pro. 10. tiam, quam percipere non queunt impij: quia in ani mam maleuolam non intrat sapientia. Hoc ore, per
Sap. 1. confessionem expurgandum est quidquid superflui in

in corpore spirituali inuentum fuerit. Nanq; os iusti est uera uita, dum per confessionem iustus est accusa- *Pro. 10.* tor sui: os autem impiorum operit iniquitatem. Hoc est ore loquimur sapientiam, hoc est ueram & sanam doctrinam; ita ut in eo non inueniatur mendacium: quam *Apo. 14.* ueritatem qui norunt, & non confitentur, os habere, sed non loqui, dicuntur. Est.n. interdum ore facienda *Rom. 18* confessio ad salutem. Hoc os omnino claudendum est, cum aliqua nos inuadit appetitio loquendi de his, quae ad aliorum pertinent errata: quod qui non faciunt, in *Psal. 9.* ore suo fel draconum, & os maledictionis plenum habere, atque ore perire dicuntur. Quare iure optimo *Eccl. 22.* sapiens desiderauit dari ori suo custodiam, cum dixit. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia signaculum certum, ut nō cadam ab ipsis. i. ut propter ipsa labia aliquid male loquendo non peccem: & lingua. i. locutio mea, perdat me? Quod si quis regulam optimam uellet, qua recte loqui facile disceret, eam capiat, quam Pittacus dedit. Loqui ignorabit, aiebat ipse, qui tacere nequit. Nam, cum quis tacet, quid, & quo modo, & quando loqui debeat, praeuidere potest. Et ueteres tantum taciturnitati tribuerunt, ut quandam silentij Deam coluerint, quam digito ad os admoto fingebant, & pro foribus templorum, & curiae proponebant. Pindarus miris laudibus Epamynōdam extulit, quod cum multa sciret, pauca loqueretur. Et Cato, cum sibi taciturnitas obijceretur, dixit: Loquar, cum fari didicero, quae taciturnitate nequaquam digna sunt.

Locus explic. *Thom. de Kemp. par. 2.* *Pittacus* *Petrus Dam. ser. 2. de silent.* *Pindarus.*

De spirituali locutione: quo modo Deus, Angeli, & internus homo loqui dicantur. Cap. 59.

CVm de locutione proximo capite mētio facta sit, & cum ore de quo diximus, fiat, non erit ab hoc loco alienum, aliquid de mystica locutione scribere. Loqui itaque, nō modo est uerba facere,

Psal.36. sed etiam meditari, & attente cum quodam animi
Gen. 18. feruore cogitare, reuelare, detrahere, consolari, ar-
Ps. 2. guere, errorem, uel ueritatem docere, cum aliquid
additur, quod ad errorem uel ueritatem pertineat:
& apud Paulum, loqui est diuinas scripturas inter-
pretari. Locutio, ut ex significationibus allatis intel-
ligi licet, duplex est: altera bona, altera mala: item al
Auctor tera Dei, altera hominis. Loquitur Deus dum Filiũ
altercat. generat, dũ nobis aliquid inspirat, uel aliquo modo
eccl. & suã uoluntatẽ declarat. Locutus est Deus, ac loquitũ
Syna. nobiscũ multifarie multisque modis: & primum, per
Heb. 1. lumen rationis nobis inditum, quo suã uoluntatem
Ps. 4. primum nobis patefacit. Vt merito Dauid psal. quar
Locus ex tò militibus suis dicentibus, quis ostendit nobis bo-
plic. na? hoc est, quis nos docet, quæ facienda nobis sunt?
respoderit: Signatũ est super nos lumen uultus tui
Ioan. 1. Domine. Illuminat. n. Deus oẽm hominẽ ueniẽtem
Cyrillus. in hunc mundũ. Qui, ait Cyrillus in hunc locũ, non
docendo, ut homines, illuminat, sed potius creando
unicuiq; semen sapientiæ. i. pietatis, atq; intelligẽdi
radices inserit. Loquitur deinde per creaturas, qua-
Psal. 18. rũ uoces nulla est loquela, nec sermo. i. nullus popu
Locus ex lus, nulla natio, quæ nõ intelligat: quarum sonus ad
plic. oẽs orbis terrarum partes & populos penetrauit. Et
Rom. 2. diuus Paulus a creatura mundi inuisibilia Dei intel-
ligi, dixit: quo fit, ut qui has claras creaturarũ uoces
nõ exaudiunt, sint inexcusabiles. Loquitur præterea
Deus per donũ fidei, quo incerta & occulta sapiẽtiæ
Psal. 50. suæ manifestauit nobis. De qua locutione intelligitũ
Ps. 127. illud: Qui annuntiat uerbum suum Iacob, iustitias &
iudicia sua Israel. Non taliter fecit omni nationi, &
iudicia sua non manifestauit eis. Numerat hoc loco
Locus ex primũ propheta cõia beneficia, & reuelationem per
post. creaturas; postea deueniens ad priuatã reuelationẽ
per fidẽ, ait, non fecisse Deũ taliter cũ omni populo,
quia nõ oĩbus gentibus facta erat rerũ diuinarũ re-
uelatio, uel tanta reuelatio. Huc ꝑtinet locutio ꝑ ta

citam

citam inſpirationem, quādo Deus animā in ſolitudi nē ducit, & ad cor eius loquitur? O ſuauē loquelā, O dulcē ſermonē; O celſitatē eius animæ, qua cū Deus loquitur; Demū, Deus loquitur per Angelos, tanquā per nuntios ſuos: & poſtquā in terris uiſus & cū hominibus conuerſatus eſt, nobis in Filio ſuo, ac per doctores ſuos locutus eſt. Et quorſum tot modis Deus cū hominibus in hac uita loquit, niſi ut perpetuo in patria facie ad faciem ipſe nobiſcū, & nos cū ipſo p claram uiſionē, tandē loquamur? Plura huc pertinentia ſi quis uelit, legat Greg. lib. 28. in Iob, a capite ſecundo ad ſeptimū, & ex ſeptimo, quibus modis nos Deus interrogare ſoleat cognoſcet. Loqui noſtrum ſpirituale, ita a diuo Gregorio deſcribitur. Loqui noſtrū ad diuinas aures, eſt motū mentis ēt expreſſione actionis oſtendere. Et alibi: Loqui noſtrū ad Deum, eſt non uocibus gutturis id quod ſentimus prodere, ſed prōptis ad illū deſiderijs inhiare. Et quia, ideo q ſquę interrogat, ut diſcere ualeat qđ ignorat, hoīs Deū interrogare, eſt in conſpectu eius neſcientem ſe cognoſcere. Reſpondere āt Dei, eſt eum, qui ſe bene humiliter neſciētem cognouerit, occultis inſpirationibus erudire. Hęc Greg. Quidā alius de hac re ita ſcribit. Animarum uerba ipſa ſunt deſideria. i. amādo deſiderare, & deſiderando amare; reſpondentis Dei ſermo, eſt inter ardorē deſiderii ex ipſa pręſentia ſolatium conſolationis. Loquitur ita q; hō cū Deo, cū eleuata facie, & defixis oculis ſpiritualibus in naturā diuinā, eius contemplatur attributa, & maieſtatem admiratur, quo fit, ut in eximias laudes auctoris & reparatoris ſui prorumpat, ac eū uehemēter amet, eoq; frui deſideret. Quātę ſit dignitatis loq. cū Deo, diuus Chryſoſtomus ſermone 1. de oratione non lōge a principio egregie demōſtrat. Quādo āt cū Deo inſtituet ſermonē, præparet prius internus hō animā ſuam, ne Deum quem ſibi placare ſtudet, dum incōſiderate ad loquendum cum eo accedit, ſibi iratum

Oſe. 2.
Chry. ſer. 1. de ora.
Heb. 1.
Greg.
Greg. 32 mor. 1.
Lib. 35. cap. 2.
Auctor altercat.
Dion. Carth. opuſ. de laud. Dei.
Chryſ.
Eccl. 18.
1. Reg. 1

reddat;& dum gratiam obtinere cupit, odium referat. Reuerenter itaque, attente, & simpliciter cum Deo loquatur. Debet etiam interdum hic homo secum loqui, quod proprium est interioris hominis, atque a seipso ante actæ uitæ rationem repetere, secumque quid egerit, & quid agat retractare, ac sæpius nouissima in memoriam reuocare; quo modo non raro sancti patres secum loqui consueuere.
Ephrem. Hoc a bono uiro faciendum esse, etiã profani homines
Mar. docuerunt: monentes hominẽ debere secum ha-
Abbas. bitare, atque se totum explorare. Namq; uir probus.

Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat.

Persius. Vbi autem se tentauerit, examinaueritque, & ali-
Verg. quid correctione dignum inuenerit, se seuere corrigat; & tanquam iustus iudex puniat, & ut Cleobu-
Cleobulus. lus dixit: multa alijs ignoscat, & nihil sibi. Sed uereor, ne cum quodam alio dicere possimus, pauci istuc
Plaut. in poemulo. faciunt homines, quod prædicamus. Nam in foro uix decumus quisque est, qui ipsus se nouerit. Quando autem cum alijs loquetur, eius sermo, uel in gloriam Dei, uel in proximorum salutem cedat: nihil arrogan
Pro. 29. ter, nihil per adulationem dicat: & loquendo magis Deo, quam hominibus placere uelit: nec unquam in
Thes. 2. corde & corde, sed uno ore loquatur; hoc est, nõ cum
Paral. 12. fraude, sed simpliciter, quod sentit dicat, & quod se-
Locus explic. mel dixit, faciat. Vitet præterea multiloquiũ, in quo non deest peccatum; quod faciet, si plus secum, quã
Pro. 10. cum alijs loquetur. Etenim, os lubricũ operatur rui-
Pro. 26. nam. Propterea uitabit libẽter hominum colloquia, quæ quantum obesse soleant, intellexit sapiens ille, qui dicebat, se nũquam locutum fuisse cum homine, quin redierit minus, quam homo. Quod si interdũ cum alijs sermonem habebit, cum sit spiritualis & cœlestis homo, de spiritualibus, ac cœlestibus loquat rebus: non stulta & infantili loquacitate, uerborũque uolubilitate delectetur, sed omnia salse, prudenterq;
Demades dicat: ne de eo, quod Demades de Atheniensibus di-

xit, dici possit: tibijs esse similē, ut si uocem demas, nihil rationis habere uideatur. Aduertat etiam, ne quempiam dum loquitur suo sermone lædat, a quo postea repungatur. Nam, ut Chilo Lacedemonius dicebat; si dixeris, quæ uis, audies, quæ non uis. *Chilo.*

Quid uox & uocare spiritualiter significent: & quo modo Deo, & interno homini, hæc mystice tribuantur. C. 60.

CVm sacræ literæ sæpissime per allegoriam his dictionibus, uoce & uocare, utātur; operę pretium esse uidetur, ut quæ ad os interni hominis explicandum pertinēt, melius explicentur, quid, uocare & uox mystice significent, paucis explanare. Vox externa, est sonus ab animali uarijs instrumentis, ut canalibus gutturis, follibus pulmonis, dentib. & plectro linguæ, aerem emittentibus, uel attrahentibus, uel percutientibus, formatus. Et pro ratione horum instrumentorū, uox uel obscura, uel rauca, uel aspera, uel dissona, uel canora, uel lenis, uel consonans est. Ita uox spiritualis, scientia, quasi gutture, affectu, quasi pulmone, quo attrahitur & emittitur spiritus, alijsque uirtutum diuersarum instrumentis, ueluti dentibus & lingua meditationis, labijsque cōtemplationis formatur: quæ pro diuersa horum instrumentorum ratione uarie afficitur. Et quemadmodum animalia quæ pulmone carent, uoce quoque deficiuntur: ita, qui affectum spiritualem non habēt, spiritualem uocem formare nequeunt. Habet preterea uox illud peculiare, ut sit uelut mentis & affectionum animi nuntius, quod indicauit, qui cecinit. *Arist. 1. per.*

Sed tibi claudetur rapidæ uox nuntia mentis.

Soletque homine nondum conspectum manifestare. Sic etiam, dum homo loquitur, qualis nam intus sit, per uocem haud obscure indicat. Propterea falsè dixit quidam: Loquere, ut te uideam. Vox in libris canonicis, sumitur pro fremitu, perturbatione, rebus ipsis & effectis, maxime cum de Dei uoce *Inuēctus Hispan.*

Psal. 28. mentio fit; ut ex psalmo 28. discitur: ubi uox Do-
Locus explic. mini, sunt fulgura, procellę, & uenti; ut idem signifi-
cet uox, quod passim in scriptura uerbum & sermo
Ps. 127. significant; rem scilicet aliquam: ex qua animaduer-
Locus explic. sione innumera scripturarum facile explicares lo-
ca: ut illum: Emittet uerbum suum, & liquefaciet
ea; hoc est emittet solem, qui niuem & glacies li-
quefacit: sic etiam illum. Non in solo pane uiuit
homo, sed in omni uerbo, idest in omni re, quam
Deut. 8. Deus ad nutriendos homines creauit. Est etiam
uox Dei, potestas, maiestas, & uis punitiua Dei.
Vocare, est aliquem appellare; ut alicuius rei cau-
sa ad se ueniat, & interdum nuntiare, & prædicare.
Non raro, Hebræorum more, uocare, esse & exi-
Luc. 1. stere significat: ut patet ex hoc loco: Filius altissimi
Locus explic. uocabitur, idest erit. Item uocare, est eligere, se-
gregare: & Christiani olim dicebantur, uocati, id
est segregati & electi; & Paulus uocatus apostolus,
Locus explic. idest segregatus & electus, ad hoc munus obeun-
dum. Pari ratione, uocare, est constituere; ordi-
Rom. 1. nare, creare: quo modo exponere licet illud: Qui
Amos. 5. 9. uocat aquas maris, & effundit eas super faciem ter-
ræ: hoc est, qui creat, & efficit hoc elementum:
& item illud. Qui potestatem habent inter eos,
benefici uocantur: quasi diceres, principes & ij, qui
Luc. 22. alijs dominantur, ad hoc constituti sunt; ut sint
Locus explic. benefici. Vox Dei, qua cum homine loquitur, est
efficax motio, & tactus diuinus, qui uocatio dici-
tur. Præterea, uox Dei sunt interna a Deo inspira-
ta desideria. Item, Dei uox, est iusti timoris incus-
Pro. 3. sio, qua uoce peccatores per timores ad se beni-
Rom. 8. gnus Pater reuocare consueuerit: quia quem dili-
Os. 2. git corripit & castigat. Denique uoces Dei sunt se-
Bar. 3. creta ordinatio, electio, prædestinatio, inductio, &
Sap. 11. impulsus Dei. Vocat Deus creaturas, dum eas con-
Locus explic. dit; & quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, quia non
est difficilius Deo aliqd de nouo uocãdo producere,

quam, quæ facta sunt, ad se uocare. Vocat Deus creaturas omnes, cum in sua mente, per ideas, ab æterno, eas format; ut postea creet in tempore. Vocat speciatim naturam rationis participem, cum ex sua misericordia, non ex præuisis meritis, ad æternam beatitudinem eligit. Non ex operibus, ait Paulus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori; sicut scriptum est; Iacob dilexi, Esau autem odio habui; hoc est, ut locum difficilem breuiter exponam, minus dilexit, cum nō tot eum beneficijs affecerit. Non ergo proprie, Deus odit, cum nihil eorum quę fecit, odio habeat. Minus ergo alterum ex duobus fratribus dilexit, quia non ijsdem prærogatiuis ornauit. Vocat item Deus, cum a peccatis reuocat, his uocibus: Conuertimini ad me in toto corde uestro. O admirabilem Dei misericordiam; Quis enim non admiraretur, si uideret Deum uocantem, & peccatorem a quo grauiter Deus offensus est, a se fugiẽtem, subsequentem, ut eum reuocet, ei parcat, sibiq; conciliet? Videbis creatorem post creaturam, Dominum post seruum, offensum post offendẽtem, amoris causa currentem, & ut iuuet, ut liberet, ut parcat, & ut glorificet, ad se reuocantem, & non admiraberis? Ita misericors est Deus, ut uenerit uocare peccatores. Quis igitur non fateatur se esse peccatorem, cum omnes simus? Quis ad uocem, tam benignę peccatores uocantem, uenite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, grauitate uidelicet peccatorum, non se prodet, & parcere & liberare uolenti, non se offerat? & non dicat? Ego, ego, eorũ quos uocas primus sum: ne quando quis audiat asperam illam criminationem: Vocaui, & renuistis, &c. Vocat item & inuitat Deus ad nuptias; hoc est, ad æternam felicitatem, ad quam non admittuntur, qui uocati, non ueniunt. Rursus uocat Deus ad uaria munera, ut ad sacerdotium, ad animarum curam; ad quam nemo debet accedere, nisi tanquam Aaron uocatus: quia in aulam

Eph. 2. *Rom. 9.* *Gen. 25.* *Locus explic.* *Sap. 11.* *Ioel 2.* *Matt. 9.* *Mat. 11.* *1. Tim. 1.* *Pro. 1.* *Luc. 14.* *Heb. 5.*

Esth. 3. Asueri Regis nemo, nisi uocatus, ingreditur. Denique, uocat dum allicit per dona, dum mouet per inspirationes, dum corrigit per angustias. Verum, licet tot modis & tam efficacibus Deus uocet; tamen pau-
Iob 15. ci sunt, qui cum sanctis uiris respondeant; Adsum.
1. *Reg.* 3. Attende igitur interne homo, quia Deus stat ad o-
Ioan. 11 stium, & pulsat: magister adest, & uocat te: dic cum Samuele: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Quando autem uocaris, cum uocatio interdum sit dubia, ne unquam decipiaris, à Samuele edoctus, sacerdotem & patres tuos spirituales consule. Vis intelligere, o spiritualis homo, quam impium sit Deo uocanti non respondere, & pulsanti non aperire? Fin-
1. *Pet.* 3. ge Deum & Dęmonem, qui semper circuit quærens, quem deuoret, ad ostium cordis tui stantes, atque ingredi uolentes: postea ad speculam mentis tuæ accede; uide pulsantes, eos discerne diligenter; quid uterque uelit, perpende; cur ingredi cupiant perquire: alter est Deus, alter Dæmon: alter amicus, alter inimicus: alter ingredi uult, ut te donis suis ornet: alter, ut omnia tua bona furetur: alter denique ut te saluet, alter ut te perdat. Et, perdituro aperies, introduces
Luc. 11. Diabolum, Deum foris manere sines? non timebis, ne nouissima tua fiant peiora prioribus? Et hęc de uoce, & uocare Dei breuiter dixisse uolui; quæ multum ad rem nostram facere uisa sunt. Nunc pauca de uoce interni hominis. Vox interni hominis, ut Gregorius scripsit, est quasi quidam intelligentiæ sonus. Vel dicas esse animi affectus ad Deum conuersos, & desideria, ac petitiones ex intimis animi sensib. de promptas: uel etiam eius opera, per quas uoces homines discernuntur: dum eorum loquela eos manifestos fa
Mat. 12. cit; quia ex abundantia cordis os loquitur. Vocat itaque Deum internus homo, dum humili precatione
Ps. 147. ait: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina: dum a Deo auxilium petit,
Ps. 103. & tanquam pullus a matre quęrit escam sibi: dum be

ne

ne agendo, Deum ad se allicit. Tunc, ait Isaias, inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Inuocabitis me, & ego exaudiā uos, ait Deus. Vis intelligere, o interne homo, quam promptus sit Deus ad exaudiendum, quid regius propheta dixerit, diligenter attende: Cum inuocarem, id est inuocante me, innocatione nondum perfecta, exaudiuit me Deus. Sunt enim aures Dei semper ad excipiendas iustorum preces paratæ. *Psal. 4.* *Psal. 93.*

De clamore & clamare spirituali: & qua ratione Deus, & internus homo clamare dicantur. Cap. 61.

CVm sacræ literæ, tum Dei, tum hominum clamorum plenæ sint: & cū internus homo non modo uocet, id est minus feruenti oratione auxilium petat, sed etiam clamet, quod est eorum, qui maximo commoti sunt affectu, uel eorum, qui aliqua graui agitantur molestia, de clamore & clamare spirituali aliquid dicamus oportet. Clamare in diuina pagina, est laudare, prædicare, & conqueri: & clamor, est querela, uociferatio, rumor, & fama. Itē, clamor est magnitudo sceleris; & clamores sunt manifesta peccata sine pudore & uerecūdia facta, & quasi per rumorem ad aures Dei delata. Quare, ut ex dictis constat, & aliqui adnotarunt, nunc in bonā, nunc in malam hæ uoces capiantur partem. Clamor spiritualis, est uehemens oratio, ardens desiderium, incensi animi affectus, uota cordium afflictorum, efficacia secretæ orationis, uehemens cogitatio, interna ex ore cordis prudentia, & ad aures Dei perueniencia suspiria. Clamare, ut Hugo scripsit, est alta uoce sonare, & cordis sui desideriū exprimere. Clamare is dicitur, qui totis animi uiribus precatur: semper clamat, qui semper cum feruore orat, aut omnia in Dei honorem diligenter agit. Clamat, qui ad fœlicitatem æternam aspirat, qui æterna bona ardenter sperat, *Remigi⁹* *ps. 101.* *Ps. 5.* *Exo. 4.* *Bas.* *Ps. 38.*

feram uobis spiritum meum, & ostendam uobis uerba mea. Quia uocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cum uobis id quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando ueniet super uos tribulatio, & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam; mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosum habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint uniuersæ correctioni meæ. Quem non terreāt tam terribiles æternæ sapiētiæ clamores? Quem non commoueat ad flendum, tā horribilis diuinæ sapientiæ risus? Quem non affligat, tam inaudita diuinæ sapientiæ irrisio? Quis non timeat æternam misericordiam non miserentem, sed de interitu hominum ridentem, hoc est, nihil curantem? Quis non cōtremiscat, infinita misericordia subsannante? Exaudi igitur, interne homo, diuinam misericordiam, te magnis clamoribus a peccatis reuocantem, & præmia æterna pollicentem. Seminate, ait per Oseam, uobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. Hoc est, date operam iustis & bonis operibus, & reportabitis mercedem amplissimam, quam Deus sua misericordia dabit uobis. Sed roget aliquis. Quando is qui bene uixerit, metet ex ore misericordiæ? Tunc dicerem, cum ex ore misericordiæ diuinæ hæc uerba audiet. Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. Quia esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Propterea sapientia loco paulo ante citato, subdit: Qui me audierit absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

Ose. 10. Vatab.

Locus explic.

Mat. 25.

Prou. 1.

De spirituali risu, spiritualis hominis, & quo modo risus tribuitur Deo. Cap. 62.

Clemens Alexandrinus pedagoiam suam auspicaturus, non aliunde, quàm a risu sumpsit exordium: quo risu cœlestem patrem delectari, explanando mystice historiam de Abimalech & Lib. 1. c. 5. & Isaac ludentis cum Rebecha, perbelle demonstrauit. Abimalech igitur; hoc est, pater meus, uel rex uidentis, uidit Isaac, id est risum ludentem cum Rebeca, id est cũ tollerantia. Risus itaque & tollerãtia iunguntur, & ludunt. Rex inquit Clemens, qui attendit: stupet, & admiratur spiritum eorũ; qui sunt in Christo puelli, qui in tollerantia uitam agunt: & hic est diuinus ludus, ac disciplina. Talem ludum ludere suum Iouem dixit Heraclitus. Quid enim aliud uiro sapienti & perfecto magis conuenit, quàm ludere, & Gen. 25. colętari per honestarum rerum tollerantiam & bo-*Locus explic.* norum administrationem, dies festos cum Deo celebrantem? Et infra. Rex itaque Christus, e superis risum nostrum speculatur; & cum è fenestra, ut dicit scriptura, prospexisset gratiarum actionem & benedictionem exultantem, & lætitiam, & simul etiã cum ijs operantem tollerantiam, & eorum cõiunctionem solam suam respicit ecclesiam, ostendens faciẽ suam, quæ deerat ecclesiæ, quæ regali capite perfecta efficitur. Fenestra autem per quam ostenditur Dominus, est caro, per quam fuit manifestatus. Cum itaque Prou. 8. Deus risu spiritualis hominis delectetur; sunt enim delitiæ Dei esse cum filijs hominum, de eius risu scribere, dum de ore uerba facimus, ab re non erit. Et Ioan. 11. licet Christum dominum in hac uita, cuius rei etiam Lẽtulus. profani scriptores mentionem fecerunt, nunquam Ioan. 15. 16. risisse dicatur: spe tamen futuri risus suos ad perferendos huius uitæ labores excitabat: & ipse proposi-Hebr. 12 to sibi gaudio, crucem sustinuit. Immo, cum (ut sapientes

pientes docent) nulla ratione fieri possit, ut homo in hac uita sine aliqua lætitia, ac animi hilaritate uiuat, homini spirituali sua lætitia, & suus risus assignãdus est; de qua re aliqui etiam libros integros scripsere, & spirituales homines ad lætitiam spiritualem excitarunt: & diuus Paulus sæpe suos hortabatur ut gauderent in Domino. Spiritus nãque tristis exsiccat ossa, & multos occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Ridere, ut ad rem ueniamus, nihil aliud esse uidetur, quam quodam oris gestu lætitiã in uultu ostendere, licet interdum pro irridere sumatur. Spiritualis risus, ut Philippus presbyter scripsit, est lætitia cordis & iubilatio illa, quam habent in facie, id est in mente, qui libenti animo rebus incumbunt diuinis. Qui risus, non modo in ore & in interiore uultu latet, sed etiam interdum foras erumpit. De hoc risu nullibi non fit mentio in sacra scriptura; ex qua, aliquot loca breuiter coaceruabo. Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia: lætamini in Domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. In tribulatione dilatasti mihi, id est cor exhilarasti, & lætitia perfudisti. Hilarem datorem diligit Deus. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum, id est præ gaudio mens mea, & os meũ, quod carneum est, saliunt, & uocem edunt. Gaudete in Domino, iterum dico gaudete. Benefac, uiue, & lætare. Ex quibus constat uehementer errare eos, qui dum ad uitam spiritualem degendam se conuertere uolunt, ea re retrahunt se, quod putent fore, ut omni gaudio, & lætitia priuentur; cum tamen serui Dei, pluribus, maioribus, diuturnioribusque gaudijs, quàm impij afficiantur: quandoquidem, ut etiam philosophi scripserunt, sola uirtus, uera secum gaudia affert; & est bonum per se delectabile. Quo fit, ut quò maiora & præstantiora sunt bona spiritualia, quàm mundana & carnalia, eo etiam maiorem delectationem afferant. Nemo igitur timeat conuertere se ad Deum,

Anib. Firman. *Phil. 4.* *Eccl. 30.* *Iob 19.* *Philip. Presb.* *Psal. 65.* *Psal. 96.* *Psal. 4.* *2. Cor. 9.* *Ps. 83.* *In Ceut. cap. 51.* *Arist.*

quod putet uitam omnino asperam, & insuauem uiuere eos, qui seruiunt ei, qui est totius consolationis auctor; cui seruire regnare est. Ad hanc rem declarandam habemus illustrem figuram de Abramo, cui

Gen. 22. Deus de nocte præcepit, ut surgeret & filium Isaac,
Locus ex id est risum, sibi sacrificaret: qui tamen Isaac, id est ue
plic. rus & spiritualis risus, non fuit mactatus; sed illius loco, aries, qui cornibus uepribus hærebat. Idem accidit, cum Deus te uocat, ut ei sacrifices Isaac, id est ut relinquas delectationes, & delicias tuas, & ut ei inseruias. Vbi uero ei parueris, & ad honeste uiuẽdum te conuerteris, ac omne gaudiũ pro Dei gloria abijcere uolueris; Deus non permittet, ut Isaac, id est uerum gaudium & uera lætitia pereat; sed loco illius, aries, id est carnis cõcupiscentia, falsa delectatio, quæ ad spinas huius mundi, in quo nulla est lætitia, absq; spinarum, id est peccatorũ læsione adhærescit. Quando itaque Deus in nocte ignorantiæ, te peccati somno sepultum ad inseruiendum sibi, & ad sacrificandam uoluptatem, & risum tuum uocauerit.

Iacob. *Ne timeas: nam non morietur uera uoluptas,*
Bill. *Sed tibi, quæ pestem dira cupido parit.*

Phil. 4. Ridere igitur, gaudere, lætari, exultare, & iubilare in Domino spiritualibus hominibus liceat. Tunc
Psal. 45. autem præcipue ridere solent, quando fluminis impetus, id est abundantia gratiæ Spiritus Sancti læti-
Locus ex ficat ciuitatem Dei; mentem nimirũ, Deo per gratiam
plic. copulatam, in qua, tanquam in ciuitate Deus inhabitat. Qui spiritus, tunc priuate abundat, cum quis hilari animo, ad Dei gloriam, calamitates suffert, quia
Psal. 4. Deus in tribulatione cor dilatat. Tunc autem erit spiritualis risus perfectus, quando ea, quæ est in hac
Ps. 125. uita tristitia, conuertetur in gaudium: quando Do-
Locus ex minus conuertet captiuitatem Sion, id est eorum ho
plic. minum qui electi sunt ad uisionem pacis: quia tunc fient, sicuti lætãtes, aut sicuti somniantes: Quoniam tanta lætitia perfundentur, ut non ueram lætitiã, quę

tamen

tamen ueriſſima erit, ſed quaſi ſecundum quietem fictam uoluptatem, ſe percipere exiſtimaturi ſunt: tunc, quando ab hac captiuitate babylonica reuocati, in cœleſtem Ieruſalem ingredientur: tunc, implebitur os eorum gaudio, & lingua exultatione. Tunc, qui ſalui erunt dicent inter gentes; hoc eſt aduerſus Dæmones & reprobos, a quorum manibus ſe liberatos eſſe ſentient. Magnificauit Dominus facere nobiſcum. i. re uera magna pro nobis Deus geſſit; maximo beneficio nos affecit, quod & ueſtris manibus liberauerit: Ideo facti ſumus læti: olim ſeminauimus in lacrymis, nunc in exultatione metimus. Tunc, inquam, uiri pij ridebunt, quando Deus abſterget omnem lacrymam ab oculis eorum. *Apoc. 21.* Tunc, cum uiro pio dicetur: Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. *Luc. 9.* Tunc demum, cum de torrente uoluptatum diuinarum eis potare licebit. *Pſ. 35.* In hac autem uita, ſi quis ridere cupit, neceſſe eſt, ut a Sarrai. i. domina *Gen. 17.* mea, hoc eſt a uoluntate, quæ eſt domina in humano *Locus explic.* corpore riſus naſcatur, & ut cũ Rebecca, hoc eſt cum tollerantia copuletur. *Gen. 26.* Tunc. n. homo in hac uita ridebit & exultabit, id eſt gaudio & lætitia perfruetur, quando ex uoluntate tolleranter coram Deo, bona exercebit opera. Et hæc pauca de ſpirituali riſu dixiſſe uolui; quãdo plura, cum me eum eſſe ſentiam, qui has ſpiritus ſuauitates guſtare non ſoleo, dicere non poſſim: quæ quantæ ſint, neminem explicare poſſe arbitror; ſed is aliqua ex parte intelliget, qui ſe totum ad inſeruiendum Deo, qui eſt auctor totius conſolationis, conuertet. *2. Cor. 1.* Nam tanta interdum lætitia afficietur, quanta ipſius mens capere uix poterit; & ideo in extrinſecam lætitiam & riſum, ueluti alter Dauid, pulſando, & ſaltando, prorumpet. *2. Reg. 6.* Spirituales uoluptates, dixit quidam, maiores ſunt omnibus uolupta *Henri. Harph.* tibus mundi in unum conflatis, etiam ſi omnes pariter capere unus poſſet. Et ut rem hanc exemplis illuſtremus, de Fratre Maſſæo ſcribitur, in ſua iubilatio-

Heuric. ne solitum fuisse, hunc sonum edere. V.V.V.V. Ber-
Har. par. nardinus unus ex discipulis diui Francisci, ita intus læ
3. c. 42. titia interdum perfundebatur, ut ad currendum co-
geretur. Alij eadem de causa membris tremunt, alij
saltant, alij manibus plaudunt, alij denique canunt.
Prou. 8. Dei risus, est lætitia & delectatio, quam percipit, cum
In cent. uersatur cum delicijs suis, id est cum filijs hominum,
cap. 13. uiris bonis, & iustis. Et de interitu impiorum ridebit,
Prou. 1. cum de eorum perditione nō curabit, nec eorum mi-
serebitur. Dicitur etiam de pœnis innocentium ride
re, quod lætitiam capiat, dum uidet eos constanter
pro gloria & honore suo aduersa tollerare, qđ aper-
te ex capite primo Iob intelligitur, cum de seruo il-
Iob 1. lo suo coram cęlestibus spiritibus gloriatur; & Sata-
næ tortori inquit: Nunquid considerasti seruū meum
Iob, quod non est ei similis in terra? quem postea exa
gitandum & torquendum ei tradidit. Et Christus An
tonium a Dæmonibus grauiter uapulantem specta-
bat, eique assistebat. O hominis iusti excellentiam?
cum eum tanti Deus faciat, ut de eo gloriari non du
bitet. O egregiam luctam, ex qua Deus uoluptatem
capit? O beatum luctatorem, cui Dominus assistit, cui
Mat. 2. Angeli, ubi uicit ministrant; cum quo Deus in lucta
Psal. 90. tribulationis est, ut eripiat eum, & glorificet eum.
Quod si, dum luctatur, & ab inimicis premitur, ali-
qua tristitia, quæ non est ex Deo, cum inuaserit, si pu
Psal. 42. gnare pigeat, conuertat se ad se, sibique dicat: Quare
tristis es anima mea? quare conturbas me? spera in
Deo, quoniam adhuc confitebor illi: cum superatis
hostibus, sedato mærore, ad pristinam lætitiam me re
uocauerit: quo summo beneficio affectus, præ lætitia
in diuinas laudes prorumpam, & dicam: Benedic ani
Ps. 102. ma mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, id est
omnes animi uires, & affectus omnes, nomini sancto
eius: quia replet in bonis desiderium tuum, & coro-
nat te misericordia & miseratione,

Quid

Quid osculum & osculari in diuinis literis significent, & quo modo Deo, & nouo homini conueniant, Cap. 63.

MOrem fuisse seruatoris nostri, uenientes ad se pueros osculo excipere, fide digni scriptores memoriæ prodiderunt. Et fideles ab initio nascentis ecclesiæ, ut ueteres patres tradunt, certis temporibus & locis, inter se osculabantur; cuius adhuc consuetudinis uestigium quoddam in Ecclesia remanet. Quare, nemo incongruum existimet, si de osculo hominis ex Christo & Ecclesia nati, hoc loco, dum de ore spirituali agimus, aliquid scripserimus. Et ne longius rem repetendo multa dicam, solum quæ rem maxime continere uidebuntur afferā. Osculum & osculari apud ueteres, & in re sacra, & in re urbana honoris signum fuisse ex eo constat, quod sacerdotes apud Græcos post fusas preces honoris gratia, manus, & milites uitrices Imperatorum dextras osculari solitos fuisse legimus. Itaque osculum, apud Hebræos præsertim, honoris, amoris, & pacis symbolum fuit. Solebant etiam ethnici superstitioso quodam cultu, cum Orientem Solem cernebant, ad eum conuersi, manus osculari; a qua culpa, Iob se abesse indicauit, cum dixit, se non osculatum fuisse manum suam ore suo, cum solem fulgentem uideret: hoc est, non usum fuisse falso falsorum Deorum cultu. Ex quibus intelligeres etiam illud, in psalmo secundo ubi uulgata editio habet: Apprehendite disciplinam, multi uertunt; Osculamini filium: quorum uerborum eadem est sententia. Hortabatur enim propheta ethnicos ad recipiendum Christum tanquam uerum Regem, & ad amplexandam eius doctrinam, atque ad exhibendum ei honorem & reuerentiam, tanquam uero Regi, & Dei filio. Est etiam, ut aliqui uolunt, manus osculari, sua laudare, proprijs operi-

Ioan. Bel. Dion. Carthusi Tertul. Cyril. Hierosl. 1. Thes. 5 Vbertin lib. 3. cap. 22.

Homer.

Gen. 29. 27. 3. Re. 12.

Iob 31. Locus explic. Psal. 2. Felix Pratens. Locus explic.

Laurent. a Villa.

bus acquiescere, & Idola a se fabricata adorare. Os
Gen. 41. osculari, est suspicere, & admirari; quo modo intel-
Locus explic. ligitur illud: os tuum seu imperium tuum, omnis populus exosculabitur, id est sermonem tuum omnis populus suspiciet, & admirabitur, seu mandata tua perficiet. Reperiuntur oscula quædam mala, a quibus interno homini cauendum est; cuius rei amantissimus
Pro. 27. Pater in sacris literis ipsum admonuit. Sunt enim oscula odientis, fictę nimirũ laudes, blanditiæ, & adulationes amicorum inimicorum, hoc est adulatorum, quos amicos inimicos appellare licet, atque blandimenta Diaboli; quorum omnium oscula uenenum fundentia uitare oportet. Sunt qui in osculo tria animaduertunt, nimirum unionem labiorum, spiritus qui inuicem respirant, & corporum copulationem; ex quibus declarant illud canticorum capite primo:
Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui, de unione diuinæ per-
Locus explic. sonæ cum natura humana. Filius nanque, tanquam os Patris, per incarnationem osculatus est humanam naturam, eam sibi ineffabili modo uniendo, & communicando illi suum spiritum, quo homo unus spiritus efficitur cum Deo, atque etiam ita copulando ut formam nostram acceperit, & factus sit similis in omnibus fratribus suis; ut, per hoc commerciũ, quod erat Dei & hominis, tributum sit uni. Indissolubili, itaque unione naturam humanam a principio mundi a se fugientem uniuit Deus, ut a se amplius fugere nequeat. Considera hoc loco, o interne homo, non solum Deum te fecisse, sed etiam omnia, immo etiam seipsum, cum uerbum caro factum est. i. Deus homo,
Ber. propter te fecisse, ut tu fieres Deus. Diuus Bernardus in locum citatum, tria osculorum genera numerat: primum, quo alicui honorem, pedes osculando, exhibemus: alterũ, quo manus exosculantes, aliquem tanquam dominum & moderatorẽ agnoscimus: tertium, quo alicui nos bene uelle & cum eo pacem habere, faciem suauiando, ostendimus. Spirituale igitur
oscu-

osculum, quo internus homo omnes proximos suauiari debet, erit interna affectio, ac uoluntatis inclinatio, qua se omnibus unit, ac signum horroris, & summissionis, concordiæque præbet. Ad hanc unionem, & summissionem, reuerentiamque significandam olim illi primi & perfecti Christiani, inter se osculabantur; de qua re Cyrillus Ierosolymitanus catechesi quinta hæc scripta reliquit: Deinde clamat Diaconus osculemini uos inuicem: atque tunc mutuo nos osculo salutamus. Non hoc ita suscipias, qua si osculũ illud sit eiusmodi, quale in foro inter communes amicos esse consueuit, neque enim tale est. ἀνακίρνησι τᾶς ψυχᾶς ἀλλήλαις καὶ πᾶσαν ἀμνησικακίαν αὐταῖς μνησεύεται. id est animas mutuo conciliat, & omnem malorum obliuionem illis spondet. Signum igitur est reconciliationis animorum, uniuersæque iniuriarũ memoriæ deletæ, &c. Osculetur præterea speciatim una cum Magdalena Christi pedes. i. pauperes, qui tanquam humiles & abiecti, pedum locum libenter obtinent; eosq; lacrymis cõmiserationis lauet, & misericordiæ capillis abstergat. Ad hoc officium præstandum multa sanctorũ exempla, ut diui Nicolai, Gregorij, Francisci, & aliorum ipsum cõmouere debent, qui homines, hac una uia, ad summum perfectionis gradum peruenere. Hos pedes osculabatur ille, qui de se dicebat: nihil negasse pauperibus: oculos uiduæ non fecisse expectare: non comedisse buccellã sine pupillo: suis uelleribus cooperuisse pauperem, &cæt. Qua in re a multis Christianis peccatur, dum Christi pedes non lauant, dum sordescere permittunt, dum nudos esse sinunt, & illorum loco satellites, scurras, & canes alunt.

Cor. 12. *Cyrillus Ierosl.* *Ioan. 12.* *Mat. 29* *Locus explic.* *Iob 31.* *Timothuis epi sco.* *Bernar.* *Furmen.*

Pascimus ignauos, iustis alimenta negamus:
Quo modo rite locet munera, nemo uidet.

Sed, o bone Christe, quid dicemus de illis, qui pedes tuos, hoc est humiles & pauperes uirgines oscu-

lari externis bonis conantur,ut tandem ad oscula im pudica, ad uiolãdam uirginitatẽ,ad contaminãdum templum tuum,aditum sibi faciant?Siccine Christiani,Christi pedes osculantur? Siccine peccatorum lacrymis rigant? Siccine misericordiæ capillis abstergunt? Hæccine sunt oscula pacis? Hæccine Christianæ caritatis signa?Hoccine est Christum osculari, & eius doctrinam apprehendere? Ab hac itaque osculandi ratione internus homo caueat; sicuti etiam ab

Tertul. lib. 4. 9. Mar. Ambros. lib.6.hexam. Clem.lib. 2.pedag. c.8. Prou. 7.

osculo proditionis, quo proditor Iudas usus est; ne tanquam hypocrita Christum labijs honoret & salutet,factis uero neget,aut ueritatem negãdo, prodat. Hoc autem faciet,si ab osculis meretricis; hoc est a corrupta uiuendi & docẽdi improborum hominum ratione,ne ab ea unquam alliciatur, cauebit sibi. Occurrit enim ornatu meritricio,præparata ad capiendas animas,& apprehensum iuuenem deosculatur,& procaci uultu blanditur: sed potius una cum sponsa,

Locus explic. Cant. 2. 1.Cor. 6.

a Deo osculari cupiat.Deus hominem osculatur per mentis illustrationem,gratiæq; infusionẽ,per quam homo copulatur cum Deo,quo cum unus spiritus efficitur, atque demum, per dulcem consolationem. Osculatur anima speciatim,per potentiam a Patre, per sapientiã a Filio; per bonitatem a Spiritu sancto; dum fulcitur,dum illuminatur,dum gustu rerum diuinarum repletur.Tunc præcipue huius osculi suauitas sentitur, quando filius prodigus ad patrẽ reuer-

Luc. 15. 1.Re. 18 Locus explic.

titur:quando Samuel.i.ipse Deus,Saulem.i.postulatum, oleo gratiæ inungit, & osculum reconciliationis signum præbet; quem patrem ipse Saul uicissim suauiatur.Felix osculum,ait Bernardus, acstupenda dignatione mirabile, in quo non os ori imponitur, sed Deus homini unitur. Conuertat itaque internus homo se ad Deum,& ardenti desiderio,dicat: Osculare,o Domine me osculo oris tui: non alterius, non

Cant. 2. Psal. 44.

prophetarum,non Angelorum; sed osculo illorũ labiorũ, in quibus est diffusa gratia; osculo illius oris,

quo

quo non modo signum amicitiæ præbetur, sed gaudia infunduntur, reuelantur secreta, quo quædam inexplicabilis fit superni hominis & diuini Verbi, quod est Patris osculum, cum illuminata mente coniunctio. Osculatus est Deus Ecclesiam spōsam suam, quando insufflauit in eius os, id est in Apostolos spiritum sanctum; dicens: Accipite Spiritum sanctum &c. Item, osculatus est Ecclesiam, seu humanam naturam, quando eam sibi, ut supra dicebamus, per assumptionem carnis intime uniuit; quando iustitia & pax osculata sunt. Nam, cū per hominis primi peccatum diuina læsa esset maiestas; iustitia & pax, seu misericordia quodammodo dissociata erant; sed cum diuinum Verbum unitum est carni per misericordiam, potuit per hominem diuinæ iustitiæ satisfieri. Quare in eo, qui erat Deus & homo; iustitia & pax iuncta sunt: Siquidem, is, ut homo, debuit, & ut Deus satisfacere potuit, ac satisfecit. Huius osculationis, quod conciliatæ gratiæ inter Deum & hominem signum fuit, perpetuo, aut saltem ter in die non sine magno studio, una cum matre Ecclesia cum signum Angelicæ salutationis datur, homo meminisse debet, ac una cum matre, magna admiratione affectus, exclamare, O admirabile commercium, creator generis humani animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est; & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam deitatem? O magnum pietatis opus, O miram erga nos bonitatem, O inæstimabilem caritatis uim, qua impellente, terrenis cœlestia, humana diuinis sociata fuere, O magnum uniuersæ telluris gaudium, cernentis se se diuinis irradiatam esse fulgoribus, dum æterni regis illustrata splendore, contractam prius caliginem, se amisisse dignoscit. Deus bone, quis animus, quæ mens, quod pectus satietur consideratione altitudinis consilij diuini super salute generis humani? Non me capio, aiebat quidam, quod summa maiestas naturam meam suble-

Philo in cant.
Ber.
Ioan. 20
Psal. 84.
Locus explic.
Aymarus Faleon. lib. de animi exhilarat.
Henric. Harph.

uat, & me miserum in diuinitatis gloriæ suæ consortium non ad horam, sed in sempiternum inducit, & fit frater meus, Dominus meus. In hos & alias id genus spiritualis homo prorumpat affectus; & dum cernit Deum ad tantam humilitatem uenisse, ut naturam nostram osculari uoluerit, ipse humiliter osculetur terram.

De mystica labiorum significatione, & quæ sint spiritualis oris labia. Cap. 64.

LAbiorum, quę a lambendo dicta sunt, plurimus est usus. Sunt enim oris opercula, & dentium, quos a frigore defendunt tegumentum: eorum auxilio, uoces formantur, cibus & potus sumuntur:
Soph. 3. sunt mollia, carnosa, flexibilia, & rubicunda. Hęc uox
Gen. 11. in scriptura sumitur pro uerbo, idiomate, & loquela;
Iob 12. ut eo loco, ubi dicitur: & terra erat labij unius, id est,
Locus explic. in mundo non erat nisi unicum idioma. Item pro eloquentia, mente, & ore. Labium unum, hominum im-
Psal. 70. proborum ad male agendum designat concordiam.
Isa. 29. Reperiuntur quædam labia dolosa, in ijs qui sunt du-
Aesopus. plici corde; qui ut ait lupus apud Aesopum, alia dicunt, alia faciunt, uel sentiunt: qui adulantur, vt decipiant. Inueniuntur etiam labia polluta, quæ sunt eorum, qui nō nisi impure & impie loquuntur. Item
Pro. 10. labia mendacij, id est fallaces sermones: quæ labia in hypocritis & mendacibus experiuntur: quibus labijs contraria sunt labia ueritatis, quæ simpliciter & pu-
Pro. 24. re loquuntur. Reperies etiam labia osculi; quæ nihil
lib. 8. mo. aliud sunt, quam dulces & aptæ responsiones. Labia
c. 32. interni oris. i. cordis, ut Gregorio placet, sunt animi seu cordis uires; quib. cogitationes, quasi uerba, formamus; cibū sumimus; quib. mens aperitur, & claudi tur: quę si nō sint munda, labia polluta dicentur. Vel
Henric. cum alijs clarius diceres, animæ labia esse intelle-
Harph. ctum & uoluntatem, quibus internum os labiorum

exter-

externorum munera exercet. Hæc labia implebuntur lætitia in æterna felicitate, cum intellectus & uoluntas gustabunt uinum illud, quo beatorum mentes inebriabuntur:& tunc exultationis labia uocabũtur:quoniam ibi ex totis animæ uiribus beati perpetuo laudabunt Deum, exilientque lætitia. Nec male quis diceret, duo labia, esse duo caritatis præcepta; quę os claudunt, ne quid turpe inde exeat, quæ aperiuntur, ut quæ ad Dei gloriam, & proximi utilitatẽ pertinent dicantur:quibus ab interno homine uerba omnia formanda sunt: quibus spiritualis cibus sumẽdus est, quibus tegendum est, si quid turpe in ore, apparet. Debent hęc labia esse rubicunda ceu uitta coccinea, ob caritatis feruorem, & diuina gratia aspersa. Sunt qui dicant, labia esse ipsa uerba, quæ aperiuntur ad laudes diuinas decantandas: in quibus debet esse sapientia;ut multos erudire ac placita considerare ualeant:quæ labia, qui moderatur prudentissimus a sapiente habetur. Est enim hoc inter primas uirtutes ponendum:ut merito ille dixerit.

Iob. 8.

Psal. 62.

Cant. 4.

Cato.

Virtutem primam esse puto compescere linguam.

De eo, qui id efficit, diceres habere labia osculi, idest blanda, & iucunda; quæ apposite & ad rem respondent;quæ non aperiuntur, nisi ut recta loquantur. Et hæc sunt labia quæ non uerberantur; hoc est, quę contumelia non afficiuntur; cum nihil non sapienter loquantur, & considerate dicant. Qui labia huiusmodi habent, non dicunt cum improbis. Labia nostra a nobis sunt, idest quidquid loqui uolumus, nobis fas est;quis nos frænabit, quin dicamus, quæ uolumus? Qui his labijs præditi sunt, nihil fraudulenter, nihil impune loquuntur. Et denique qui sunt his labiis ornati.

Pro. 24. Locus explic.

Pro. 10. Locus explic.

Psal. 11. Locus explic.

Nec sua laudabunt studia, aut aliena reprendent. Horat.

Dei labia sunt duo testamenta sibi mutuo respondentia, & diuinam uoluntatem nobis aperientia. His enim labiis Deus nobis locutus est. Gregorio, sunt di-

uina iudicia. Sic enim declarat illud Iob: Vtinam
Locus explic. Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi:
Clausis ait, labijs uox premitur, & sensus tacentis
ignoratur, apertis autem sermo dum promitur, animus
loquentis innuitur. Labia itaque Deus aperit
cum uoluntatem suam hominibus per aperta iudicia
ostendit, &c. Labia Ecclesię ex Gregorio, & Philone
Cant. 4. Episcopo sunt concionatores, per quos populis
Locus explic. uerba uitæ loquitur, & occulta mysteria manifestat:
quæ labia ob feruorem caritatis, debent esse rubicūda,
& ob suauitatem, quasi fauus distillans; ut dum
carnali ore loquuntur, dulcedinem sapientiæ, quę in
corde latet, per oris fragilitatem audientibus infundant.

De dentibus interioribus, deque eorum visu. Cap. 65.

EXplicatis spiritualibus labijs, dentes, ut ex humana
structura, quam imitare conamur, patet,
se se nobis offerunt; de quibus eadem ratione,
Cassiod. qua de ceteris partibus diximus, breuiter disputabimus.
Dentes qui, ut Cassiodoro placet, sic ademendo
dicuntur, inseruiunt animali ad conficiendum cibum,
ut facilius in stomacho digeratur: quorum alteri
franguntur: alteri terunt: conferunt etiam ad formandas
uoces. Sunt ordine suo digesti, albi, duri, in
carne quidem positi, sed a carnis natura alieni, labijs
conclusi, & neruis colligati; quibus infantes carent, &
in senibus, aut nulli reperiūtur cum iam ceciderint,
Eccl. 12. aut sunt uetustate detriti, ita ut cibum frangere ne-
Albin. in hunc loc. queant, & in paruo numero ac ociosi sunt. Denique
ut ait Ambrosius, æui maturos plerumque cernimus
Ambros. hoc ipso citius canescere, quod amissis dentibus nullam
possint cibi uirtutem ualidioris assumere. Den-
Ps. 57. 58. tes in scriptura, translate, detractionis, assentationes,
uerba maledica & nocētia, mordaces calumnias,

noxios

noxios conatus significant: Item, non raro pro fero- *Ps. 75.*
cia & robore, seu uiribus & potentia sumuntur: ut *Ps. 3.*
dentes peccatorum conterere, psalmo tertio, sit eo-
rũ uires frangere, & ad nihilum redigere. Angelorũ
dentes, ex Dionysio, est uis intelligendi, qua uerita- *Diony.*
tem suscipiunt, & cogitando diuidunt, ac in alios in-
feriores distribuunt. Ecclesiæ, seu sponsæ dentes de *Cant. 4.*
quibus in canticis mentio fit, sunt ipsius doctores, q *Locus ex*
cibum spiritualem, uerbum nimirum Dei, mandũt, *plic.*
& præmansum in ora audientium ingerunt: qui ẽt, *Orig.*
ut alij scribunt, fideles ab erroribus præcidunt, & lu- *Ambros.*
pos in dominicum gregem inuadentes lacerant. Hi
dentes debent esse candidi, hoc est puri, & absque ul
la peccati macula; qui candor caloris abundantiam, *Bern.*
& uim digerendi optimam; hoc est caritatem maxi- *Fran.*
mam, qua omnia aduersa etiam durissima toleran- *Geor.*
tur, arguit. Et quamuis in carne sint; tamen non de-
bent esse carne circundati, affectibus uidelicet carna
libus obsiti, sed a natura carnis omnino alieni. Dice
res etiam cum Isychio, dentes Ecclesiæ esse corre- *Isych.*
ctiones & increpationes, quibus nocentes corripiun- *Leuit. 7.*
tur. Quos dentes oportet esse lacte candidiores, id- *c. 19.*
est puros, & sinceros, ita ut a pura cordis intentione
nascatur correctio, & sit moribus candidus, qui alte-
rius mores sit correcturus. Animæ, seu interni homi
nis dentes, ex Origine, sunt mentis humanæ uires,
quibus res diuinæ meditando, & contemplando ru *Lib. 1.*
minantur, ac teruntur, quę deinde uoluntatis affectu *periar. c.*
gustantur: quarum dulcitudinem ubi quis percepit, *1. hom.*
alios ad easdem gustandas his uerbis excitat: Gusta- *10. in*
te, & uidete, quam suauis est Dominus; qui, ut est in *Exho.*
ueteri lege, ea sibi animalia mactari iussit, atque mũ *Ps. 33.*
da existimari uoluit, quæ ruminant. Ruminant autẽ *De Ru-*
quæ sumptum cibum diligenter conterunt, & deglu *minant.*
titum, ad os iterum, ut illum melius terant, reuocãt, *Leu. 11.*
ita ut semper manducare uideantur. Si igitur inter- *Locus ex*
nus homo inter animalia munda, & quæ Deo grata *plic.*
sunt

ſunt numerari cupit, contemplationis & meditationis dentes, quibus res diuinas ruminet, & terat, ut ea rum ſaporem percipiat eum habere neceſſe eſt. His dentibus potiſſimum terendus eſt cibus ille cœleſtis,
Ioan. 6. ille inquam Angelorum cibus, illud ſuauiſſimum manna, Chriſti caro, quæ eſt uere cibus, non cibi um bra: cuius ſuauitatem, cum abſque ruminatione illũ deglutimus, nequaquam ſentimus. Huc pertinet lo-
Cypr. cus quidam diui Cypriani ſermone de cœna: Celebrantes ait, ſacramenta commonemur quaſi ungulã findens & ruminans pecus, reuocare ad fauces, & mi nutatim commolere dominicæ inſtitutionis exemplum, ut paſſio ſemper ſit in memoria, nec tereant Chriſti hæredes mortis ſupplicia, ſed paſcant & reficiant maturatæ reſurrectionis lætabunda ſolennia. Et Philo epiſcopus declarans illud: Dentes tui ſicut
Cant. 6. caprarum, &c. ita de dentibus & manducatione ſpirituali ſcripſit. Interioris mentis cogitatu, atque acie, diuinarum rerum ſalutares cibos, & arcana myſteriorum pabula ipſis conterunt & mandunt. Quare, diuina myſteria contemplanda, & cogitanda, ac ruminanda ſunt, ſi eorum ſuauitudinem ſentire uolumus. Nam, quo modo Chriſti corpore ſumpto, is qui ſtatim deglutit, & dentibus interioribus non terit di uinæ caritatis uim, humilitatis dulcedinem, miſericordiæ ſuauitatem, ſapientiæ ſaporem, & denique panis huius fructum percipiet? Quo modo ſumptus cibus, ni his dentibus teratur, in ſuccum ſanguinemque conuertetur? Frangantur itaque ſpiritualia den tibus contemplationis. Sint hi dentes ſuo ordine digeſti, ut conueniente ordine manducatio ſpiritualis; hoc eſt oratio fiat. Sint albi, hoc eſt, contemplationes & meditationes ſint puræ: & licet fiant ab homine in carne conſtituto; tamen, ſint a natura carnis, id eſt a carnalibus ſenſibus alienæ. Sepiantur labijs, ligentur neruis, ne, quæ ſpirituale guſtu percipiuntur, alijs manifeſtentur. Danda etiam opera eſt, ne unquam

quam hi dentes frigiditate obstupescant, aut immunditia inficiantur, aut inertes & ociosi euadant, aut uetustate cadant. Quia, si his dentibus nouus homo priuabitur, cibum conterere non poterit, ac proinde facile consenescet, ac deficiet.

Quæ sit interni hominis lingua, & quo modo Deo, & Angelis allegorice tribuatur. Cap. 66.

VT uarius est in corpore animalis linguæ usus, ita in sacris literis uariæ admodum sunt huius uocis significationes, quas breuiter, ubi huius membri naturam & functiones explicauero, recensebo. Lingua, quam a lædendo, uel lingendo, uel ligando, uel lambendo, dictam esse aliqui putãr, est mollis, carnosa, neruosa, oblonga, plana, rubicunda, subtilis, acuta, in loco concauo, & humido quasi in carcere collocata, labiis & dentibus septa. Est animæ interpres, gustus & locutionis instrumentum. In diuinis oraculis, lingua, loquelam, doctrinam bonã, uel malam, flammam, maris seu fluminis oram, discordiam & opinionum diuersitatem, significare solet. Linguam percutere, est accusare, & calumniari. Et quoniam, ut quidam eleganter dixit, nihil inueniri potest melius lingua, si quis recte ea utatur, & nihil peius, si quis abutatur, hinc est, quod modo in bonam, modo uero in malam in sacris literis sumatur partem. Fit itaque mentio in diuinis oraculis de lingua dolosa, & ea est, quæ dolos texit: interdum de lingua superba, & est, quæ de se magnifice loquitur, item de lingua mendacii & adulationis, de qua sic scripsit Ieremias: Sagitta uulnerans lingua eorum, dolum locuta est, in ore suo pacem, cum amico suo loquitur, & occultè ei ponit insidias. Mala lingua, ut Hugo scriptum reliquit lingit adulando, mordet detrahendo, occidit incidendo: ligat & ligari non potest, labitur, & teneri nequit, labitur ut anguilla, penetrat,

Hugo li. 2. de aïa.
Act. 2.
Pro. 10.
Isa. 11.
Iere. 18.
Aesopus.
Ierem. 9.
Hugo.

netrat,ut sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos,mouet rixas,seminat discordias, & multos inter ficit uno ictu,blanda est,subdola,& lata & parata ad miscenda mala,& extrahenda bona:ut merito dixe-
Pro. 18. rit sapiens, mortem & uitam esse in manu linguæ. Contra eos,qui has linguas habent,ita inuehitur Da
Ps. 5. uid: Sepulchrum patens est guttur eorum;linguis suis dolose agebant;iudica illos Deus. Lingua interni hominis,ut quidam scribunt,est bona loquela,seu sermo. Hæc lingua debet esse mollis, hoc est benigna;neruosa,hoc est,firma & prudenter prolata;carnosa,hoc est,non uana,non futilis,sed solida:oblonga,ut pertineat eo,quo debet;sed tamen cum modo; plana, hoc est facilis, & non aspera;subtilis, hoc est, humilis;acuta,non ut lingua serpentum ad occidendum,sed ut animos audientium interdum seueritate dicendi penetret: conclusa tamen dentibus considerationis,& labijs silentii; ne quid inconsiderate, aut intempestiue dicat:cum maximam sapientię partem,in silentio positam esse sapientes,recte existima
Iacobi. 1. rint.Et diuus Iacobus,eius uanam dixit esse religionem,qui non refrænat linguam suam. Et propheta, hac unica ratione, quandam nos felicitatem in hac
Ps. 33. uita nancisci posse,his uerbis: Quis est homo, qui
1. Pet. 3. uult uitam (subintellige longæuam) diligit, idest
Locus explic. cupit dies uidere bonos,idest per multos dies frui his bonis,quibus hæc uita redditur beata; Prohibe linguam tuam a malo,& labia tua, ne loquantur dolū, &c. Ille ergo est felix qui sibi attendit,qui secum loquitur,qui ab altercationibus & inanib. sermonibus abstinet,qui aliorum facta non examinat.

Sed tacitos sinit ire dies, & paupere cultu,
Politia. *Exigit innocuæ tranquilla silentia uitæ.*

Noui itaque hominis lingua sit noua,noue,uarijs modis noua,magnalia uidelicet Dei loquatur.Hanc
Act. 2. linguam,tunc nouus homo acquiret, quando Spiritus Sanctus in speciem ignitæ linguæ supra ipsum illabe-

labetur. Propterea Apostoli noui utres facti, ideft no *Act. 2.*
ue regenerati, & multo diuinæ gratiæ repleti, uarijs *Locus ex*
loquebantur linguis; una tamen lingua, ideft uno *plic.*
idiomate, quod diuerfarum linguarum, ideft natio-
num homines percipiebant, ac propterea admirabā-
tur. Quod de hac lingua diximus, idem de doctrina
dicas; quam aliqui fpiritualem linguam effe dicunt.
Cor etiam translate uocatur lingua; de qua dicitur,
cogitare iuftitiam; uel dicas, effe ipfam cogitationē,
qua homines fecum, & cum Deo fermonem habēt;
quo tempore, gaudio & exultatione repletur. Sub
fpirituali lingua erit mel & lac, quando in ipfa cor-
rectione amoris dulcedo & animi fimplicitas appa-
rebit, & omnia blande, & dulce dicentur. Quę loquē
di ratio tantum habet uirium, ut fapiens dixerit, eā
frangere iram, qua nihil durius reperiri poteft; & *Pro. 15.*
alius,

Vincuntur molli pectora dura prece.

Curet itaque internus homo, ne fub hac lingua
lateat malum; hoc eft fraudulenta deceptio: neque
fit tanquam lingua canum latrantium, qui aliorum *Psal. 56.*
famam afperis morfibus dilacerant; fub quorum lin *Ps. 9.*
gua eft labor & dolor; quatenus fuis fermonibus, a- *Locus ex*
lijs anguftiæ & doloris caufa exiftunt. Caueat igi- *plic.*
tur ab hoc crudelitatis genere, a detractione uideli-
cet, qua ueluti acuto gladio (eft enim detrahentium *Ps. 56.*
lingua gladius acutus) homines, qui in aliorum ani-
mis per bonam famam uiuunt, necantur; qua, hoc
maximo bono, ueluti a quibufdam latronibus pri-
uantur, qua, homines bonæ famæ ueftibus, quibus, fi
quid in eis eft turpitudinis tegitur, expoliantur; ac
nudi, omnibus confpiciendi relinquuntur. Arefcat
fpiritualis lingua fiti aquæ illius, quæ falit in uitam
æternam, gratiæ uidelicet: fed non ficcitate doctri-
næ, qua fit, ut loqui nequeat. Lingua, quæ calamus
fcribæ uelociter fcribentis dicitur, eft prophetarum, *Ps. 44.*
& facrorum fcriptorum cogitatio & fermo. Quę
lingua

lingua a Spiritu Sancto uelocissimo scriba ad res diuinas scribendas, & laudes Dei celebrādas mouetur. *Locus explic.* Dei lingua, est potentia, qua pater Verbum bonum, *Isa.30.* idest filium producit, per quam linguam uocauit omnia, idest omnia creauit: Verbo siquidem omnia creata sunt. Est etiam lingua Dei Spiritus Sanctus, *Psal. 32.* per quem Deus pater secretum suum manifestauit hominibus. Lingua Dei, quasi ignis deuorans, est Christi sententia, quæ reprobos ad æternum ignem condemnabit. Vel dicas, esse internam Dei locutionem, quæ efficientia sua, ceu ignis, ueteris hominis reliquias consumit. Angelorum linguæ, sunt uoces illæ spirituales, quibus æternum numen perpetuo laudant, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus; uoces in quam, quibus inter se loquuntur, nosque erudiunt. *Isa.6.* Angelorum & hominum linguis loqui apud Paulū, *1. Cor.3.* est perfecte & exacte sacra mysteria cognoscere, at- *Locus explic.* que luculenter declarare. Denique, lingua Ecclesiæ, sunt eius sacerdotes & doctores; cuius linguæ for- *Synod.6.* mam & usum capite 18. exposuimus. Reperitur in- *Rom.* terdum hæc lingua muta; quod ex cerebri .i. scientiæ & rationis oritur defectu. Quandoque etiam ob nimiam mollitiem cupiditatum carnalium balbutit. *Ennod.* Et hinc est cur in quibusdam, ut cum Ennodio loquar, annosa reperitur infantia. Quare, a spirituali lingua superfluus sputus remouendus est; ne, aut loquelam impediat, aut gustum inficiat. Namque superfluitas omnis, & maxime uerborum, spiritualem *Iacob. 3.* gustum & sermonem, qui cum Deo, uel secum habendus est, impedit multum. Nec etiam eorum probatur lingua, quæ cum neruis longioribus, idest propriis & profusis sensibus abundet, nimia celeritate laborat; quæ, ut multa dicit, ita multa non explicat, sed uana garulitate & uerborum uolubilitate omnia confundit.

De gustu,

De gustu, & saliua spirituali, & qui sit Angelorum gustus. Cap. 67.

CVm in lingua, de qua proxima capite scripsimus, sensus gustus & saliua sint, quo modo ista in interiore lingua inueniantur, ex sanctorum patrum doctrina, hoc capite exponere conabimur. Saliua, est humor quidam in lingua, quo sapor sentitur; os humidum redditur, & cibi siccitas temperatur. Nascitur saliua, ut quidam uolunt, ex duobus neruis, qui sunt in prima linguæ parte: quæ saliua, ut a quibusdam scribitur ad necandos serpentes est idonea. Alii dicunt defluere a capite in os, & inde in uentrem. Diuus Gregorius declarans illud Iob; Nec dimittis me, ut deglutiam saliuam meam, de spirituali saliua, hæc scripta reliquit. Quid ergo saliuę nomine, nisi sapor diuinę contemplationis accipitur, qui ad os de capite fluit. Et reddens causam cur non deglutiatur, subdit. Quia diuinitatis contemplatio sensum tangit; sed plane mentem non reficit; quoniam animus perfecte concupiscere non ualet, quod adhuc (quia caligo corruptionis præpedit) raptim uidet. Et paulo infra: In ore gustus est, in uentre satietas. Saliuam itaque deglutire non possumus, quia supernæ claritatis bono satiari non permittimur, quod ex tenuitate gustamus. Vel dicas, saliuam esse sapientiam: hoc est sapidam scientiam, in lingua; qua superius nos loqui diximus; nimirum in facultate intelligendi, & in locutione. Hæc saliua ex capite, quæ est ratio, ad affectum, ubi est facultas ad gustandum defluit. Tunc enim sentitur rerum spiritualium gustus; quando quod intelligentia capitur, affectu percipitur. Sunt qui dicant saliuam spiritualem esse gratiam, quæ ex Deo & libero arbitrio, quasi duobus principijs nascitur; qua interdū os humidum efficitur, & sapor rerum spiritualium sentitur, cibusque deglutitur. De gustu: gustus, est animæ

Ambros.
Basil.
Gregor.
Greg. 8. mor. 21.
Iob. 7.
Locus explic.

sentientis facultas, qui residet in lingua, & ad conseruationem animalis omnino est necessarius; quo pereunte animal perit, & humoribus haud difficile corrumpitur; quo corrupto, quæ alias bene sapiunt, male sapere uidentur. Gustare in diuinis literis, est
Ps. 33. experiri, & probare. Hinc est, ut gustare quę sunt spiritus, & quam suauis sit Dominus, sit experimēto co
Sap. 34. gnoscere quanta sit spiritus suauitudo. Gustare mor
Ioan. 8. tem, est mori, & a nullo mortis cruciatu absorberi. Vel allegorice: gustare mortem, est aliquod peccatum, quo anima moritur, perpetrare. Reperiri quendam spiritualem gustum satis ex eo scripturæ loco constat, ubi dicitur: Gustate, & uidete, &c. Hic gustatus nihil aliud esse uidetur, quam uis humanæ mē
Psal. 33. tis, per quam bonum & malum, delectabile & triste percipitur: illa inquam uis, per quam una cum saliua gratiæ & sapientiæ, & caritatis neruis internum os diuinarum rerum dulcedinem percipit; unde gustus deuotionis & contemplationis nascitur, & suauitas sentitur: quam qui percipit, in has uoces pro-
Ps. 118. rumpit; Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel ori meo. Et aliis dicit; Gustate, & uidete quā
1. Pet. 2. suauis est Dominus; quem qui gustauit, lac spirituale concupiscit: & uoluptates, quæ ex humanis rebus capiuntur, tanquam inanes & amaras respuit. Quare uehementer uituperandi ac damnandi sunt, qui nondum gustato Domino eum, cum ab ipso ad se gustandum uocantur, expuunt; quem ex sola falsa persuasione, nulla ratione aut experientia moti, insuauem ac insipidum esse putant. Sed hi, quia cum Christo non surrexerunt, quæ sursum sunt, non sa-
Colos. 3. piunt, non quærunt; sed quæ super terram, cuius uoluptatibus, & fluxis gaudijs, capiuntur: nec animaduertunt, ut

Omnia fluxa fluunt, sæculorum gaudia longe,
Albinus *Nec redeunt iterum, more fluentis aquæ.*
Metild. Quare, merito uirgo quædam, petenti, cur homi-
nes

nes non guſtent res ſpirituales,reſpondit;id ex eo fie-ri,quod interiorem peccati guſtum non amiſerint. Si enim homo per pœnitentiam,omnem peccati guſtum & delectationem omnem remoueret;proculdubio rerum ſpiritualium ſuauitatem ſentiret.Quamobrem,uir quidam pius mundi uanitates,carniſque uoluptates tanquam uiliſſimas & inſuaues ſpernendas eſſe docebat. Quia, dum remanet ceparum Aegypti deſiderium, rerum diuinarum cibus non placet.Is,res ſpirituales guſtabat, qui ut ſuperius ſcripſimus, cum eas ſumebat,in hunc ſonum V. V. V. V. prorumpebat,& is,qui ad unas horas matutinas centies, & forte ad quemlibet uerſum ſpiritu trahebatur.Illi inquam ſpiritualem guſtum habent, qui orãtes in has & alias id genus uoces prorumpunt. O Domine quando te diligam perfecte? O Domine quando te amplectar brachijs animę meæ? O Domine quando meipſum, & omnia contemnam propter amorem tuum? O quando illum amorem perfecte amabo,qui me ab omni æternitate amauit. Quod ſi qui ſunt,qui guſtum rerum ſpiritualium per contẽplationem capere nequeunt, ſaltem ex ſumptione panis angelorum & mannæ,quod omnium rerũ ſaporem habet,capiant. Panis nanque iſte,ut ait Cyprianus ſermone de cœna,omne delectamentum habens uirtute mirifica omnibus, qui digne & deuote ſumunt,ſecundum ſuum deſiderium ſapit, & ſatiat edentium appetitus,& omnia carnalium ſaporum irritamenta,omniumque dulcedinum uoluptates uincit.Verum,quam multi reperiuntur,quorum anima nauſeat ſuper hoc ſuperſubſtantiali cibo?quem propterea leuiſſimum non ſine dantis iniuria,eſſe dicũt, ac cepis ægyptijs,& porcorum ſiliquis poſtponunt; quod cum digne,& ea quæ deberent diligentia ac reuerentia non ſumant,eius ſummã ſuauitatẽ,& uberrimos fructus non percipiunt; quos ſi perciperent, mirabili ſæpius ſumendi deſiderio caperentur. Vt

D. Dacr. documento.

Num. 11

Frater Rogerius Franciſc.

Cyprian.

Num. 21

Luc. 15.

S. Diado-chus. cap. 30. quæ de gustu diximus, adhuc melius gustant. S. Diadochi uerba quædam, huc pertinētia, afferre placet: ex quibus quo modo consolationes ueræ a falsis discernendæ sint, cognoscere licebit. Sensus, inquit Diadochus mentis est gustus perfectus, quo res discernũtur. Quemadmodum enim gustu, qui est sensus corporis, bona a malis sine errore, cum recte ualemus, discernentes, ea quæ sunt suauia appetimus; sic mēs nostra cum cœperit cum bona ualetudine, & in multa curarum uacuitate moueri, potest etiam diuinam consolationem affatim sentire, & a contraria non seduci, & in errorem rapi. Vt enim corpus, cum terreni cibi suauitatem gustat, experientiam sensus habet ab errore liberam; sic mens cum supra prudentiam carnis gloriatur, sentire potest sine errore spiritus sancti considerationem. Gustate enim inquit, & videte, quoniam suauis est Dominus; memoriamq; habere gustus sine obliuione per operationem caritatis ad probandum meliorem, ut Apostolus ait: Et hoc oro, ut caritas uestra magis abundet in agnitione, & omni sensu, ut probetis meliora. Hæc ille. Id, hoc loco, nouum hominem monuerim, ne dum se gustu spirituali carere sentit, se a Deo derelictũ esse putet; ac proinde, ut a multis fieri consueuit, a uia spiritus recedat, tum quia perfectio uitę spiritalis non est in isto gustu sita; tum etiam, quia sicuti illa suauitas solet interdum imbecilliores recreare, ita, minus cautis obesse consueuit: tandem, quis est, qui se dignum diuinis consolationibus iudicet, cum ob commissa scelera quilibet omni angustia se dignum existimare debeat? Gustus spiritalis in angelicis spiritibus, ex Dionysio, est intelligibilis alimoniæ refectio, & diuinorum, nutrientiumque liquorum admiratio. Et hæc

Dionys. ille, qui parum res spirituales gustauit, de spiritali gustu dicere habuit.

De

De palato, faucibus, & gutture spirituali. Cap. 68.

HOc capite reliquas interioris oris partes, quæ sunt palatū, fauces, & guttur, cū de his etiā in scripturis mētio fiat, breuiter prosequemur: q̄bus explanatis, nihil q̄d ad os spirituale explanandum pertineat, remanebit. Palatū in animali est pars oris superior, quæ dentibus quasi palis uallata est. In ore spirituali, superiorem mētis partē palatū esse diceres; cui tūc lingua adherescere dr̄, cum ob humorū spiritualiū siccitatem arescit: uel quando errātes non corriguntur; aut quando ob ignorantiā, aliquis loqui nescit. Fauces, ut Cassiodorus scribit, sunt gutturis uia, ubi iā deglutita dulcedo non sentitur. Eloquia Domini faucibus dulcescunt, q̄a nō in lingua, sed magis cum fuerint deglutita gustantur, & esse super mel dulciora, ut ait propheta, censentur: in quem locum sic scribit Hieronymus. Habet ergo sensus aī suas fauces, quibus uerba, quæ audit diiudicat; q̄bus res & gesta singulorū quę cernit discernendo examinet, & hæc amplectendo recipiat, & illa reprobando cōtemnat. Ex quibus colligere licet, fauces spirituales esse, uel uirtutē deuotionis, uel discernēdi facultatē, quod ex illis uerbis Iob, nonne auris uerba diiudicat, & fauces comedentis, saporē? confirmari p̄t. Auribus itaq; uerba percipiuntur, seu faucibus intelligentiæ & deuotionis gustantur. Aliud .n. est ore cibū sumere, aliud uero, palato & faucib. gustare. Vel cū aliis diceres, fauces esse interiores aīæ uires, q̄bus fercula diuina, sanctæ inspirationes, Dei uerba, cœlestisq; panis gustanē. De gutture: Guttur, duas habet uias: alterā qua cibus excipitur, alterā qua aer respiratur & spiratur, ad recreandū cor & ad formādas uoces necessarius. In scriptura hæc uox, ponit̄ pro cogitatione, loquela, & occultiore sermone; & interdum pro desiderio cibi sumendi. In carnali gutture, est q̄dā particula, qua, nunc unus, nunc alter canalis aperitur,

Ezech. 3. *Hie. 16 1.* *Locus explic.* *Cassiod.* *Locus explic.* *Psal. 18.* *Hieron.* *Locus explic.* *Iob. 12.* *Greg.* *Locus expos.*

ritur, uel clauditur, quã epiglottem uocant. Est etiã guttur longũ, concauũ, & in medio strictũ; quod interdũ humoribus a capite fluentibus clauditur, q bus suffocari solet animal. Guttur interni hominis, dicê-
Cant.7. res esse eius locutionem, quod guttur debet esse tanquã uinum optimũ, ad mentes audientiũ inebriandas, ut audientes dicant: Dulce guttur tuũ .i. eloquiũ
Cant.5. tuũ; ita vt sit suauissimũ & totũ desiderabile. Qui gut
Richard. de S. Vic. tur habent & non clamant, sunt qui facultatẽ docẽdi & orandi habent; sed hæc munera non exercent. Diceres ẽt, guttur esse uoluntatẽ, quę habet duas uias, appetitionẽ nimirũ spiritualiũ & humanarũ rerum, quarum altera aerẽ spiritus ad refrigerandũ cor spirituale attrahimus & remittimus; altera uero, cibos corporales ad corporis sustentationẽ sumimus. Hæ duæ uiæ uirtute prudentiæ, ueluti epiglottę claudun tur, ac pro oportunitate, nunc una nunc altera aperi tur: dum, nunc quæ sunt spiritus, nunc quæ sunt cor poris, curamus. Cauẽdum uero est, ne dũ quis cibos tẽporales comedit, aliquid dũ respiratur ad cor descendat, quod suffocetur; hoc est diligentiã habere oportet; ne dum bona temporalia appetit, nimiũ illis
Psal.61. cor adhęrescat; quia scriptũ est: Diuitiæ si affluãt, no lite cor apponere. Quare, utendũ est epiglotte .i. prudentia, ne quid cibi per uiã spiritus per inconsiderantiã transeat; sed suis tẽporibus utraq; aperiat & claudatur uia. Curandũ etiã est, ne quid superflui a capite rationis, in hoc guttur descendat, quo claudatur, & respiratio impediatur; qua cessante, etiam uita cessat; sed, si quid ceciderit expuendum est. Qua autem ratione cibi spirituales excipiendi sint, discitur ex
Prou.23. his, quę sapiens in prouerbijs scripsit: Quando sede-
Hier. in hanc locum. ris ut comedas cum principe, diligenter attende quę posita sunt ante faciem tuã, & statue cultrũ in guttu re tuo: si tamen habes animam in tua ptãte. Quibus
Locus explic. uerbis, non tam monet ut cibum corporalem parce sumamus: quam ut huius uitæ res prudẽter appetamus.

mus. Quæ diligenter attendat nouus homo, ne sit omnino mundanus, qui totus debet esse cœlestis; & ab omni parte carnalis, qui debet esse spiritualis. Hoc etiam monuit, qui dixit: Prohibe guttur tuum a siti; a siti uidelicet diuitiarum, & rerum caducarum, quibus, qui sitim suam sedare cupiunt, magis accendunt.

Creuit indulgens sibi dirus hydrops:
Nec sitim pellit, nisi causa morbi — Hier. 2.
Fugerit uenis, & aquosus albo
Corpore languor. — D. Dacr. docu. 12.

Paucis itaque internus homo contentus sit, simplicibus rebus delectetur; memor pauptatis, quā pro ipso assumpsit, ipsique Dominus commendauit. Tūc enim lætus & exultans suo laudes diuinas celebrabit gutture. Aut certe, tunc guttur a siti prohibetur, quādo ad fontem aquæ uiuæ itur, eaque aqua sumitur, quam qui bibit non sitit amplius. — Ioan. 7.

De maxillis, & barba. Cap. 69.

DIuus Gregorius expositurus locum Iob superiore capite citatum; quo modo ad cognitionem interni hominis ueniendum sit, his uerbis demōstrauit. Ex his ergo corporalibus exteriorib. interiora & spiritualia colligenda sunt; ut per id qđ in nobis publicum est, transire debeamus ad id, quod in nobis est, & nosmetipsos latet. Hanc docendi sacrarum literarum & diuinæ sapientiæ rationem, quidā minus spirituales, cum non animaduertāt, mysticos scripturę sensus minoris faciunt; ac eis friuolum esse uidetur per singulas externa hominis partes posse aliquid interni hominis significari; cum tamen id licere ex sacris literis aperte constet. Quare, nemini incōgruum, aut inane esse uidetur, si aliquot minutiores externi hominis partes, mystice īterno attribuemus; quando id, ex his quæ scriptura & sancti patres nos

docent, facturi sumus. Prosequentes igitur institutū ordinem, de maxillis & barba aliquid allegorice dicamus. Maxillæ, in scriptura, uires & fortitudinē desi gnant; quas, is conterit qui potentiam & ferociā alicuius confringit. Has maxillas frænari & cohiberi

Psal. 30. desiderabat propheta, cum dixit: In camo & fræno *Locus explic.* maxillas eorum constringe, qui non approximāt ad te; peccantium nimirum, qui uiribus suis fisi, longe a te Deo recedunt: eorum inquam, qui toto animi impetu contra diuina mandata feruntur; quorum

Faustus. *Scilicet in uetitos mens est decliuior actus.*

Noui hominis maxillæ, sunt uires eius spirituales, seu intelligendi & appetendi facultates; quibus aduersarij impetus, atque carnis appetitiones, quasi al-

Iud. 15. teri Samsoni, uincendæ sunt. Et, si interdum minus fortiter prçliando uictus ab hoste fuerit, quæ excepit uulnera lacrymis lauet: plorādo ploret in nocte, & lacrymæ eius sint in maxillis eius; quod facilius fa

Thre. 1. ciet, si eius beatitudinis fuerit memor: quæ ait. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Preteræa si quis unā ex maxillis ipsis percusserit; hoc est, si qua

Mat. 5. ignominia ipsum affecerit, intellectum, uel uoluntatem uituperando, dum, uel ignorantem, uel malum appellat; aut animum, uel corpus aliqua ratione lædit, id patienter ferat animo, si expedire ei uidebitur, alteram percutienti præbeat. Hoc ipsius frater & pa

Thre. 1. ter Christus, & uerbo, & exemplo docuit; de quo prænunciatum fuit: Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Quare, si internus homo iniuriam a quopiam acceptet, eam patienter ferat, cum Deus pro ipso indignissima opprobria patien-

D. Dacia. doc. 4. tissime tulerit. Iniuriam inferenti, iubente Domino, qui ei multum dimisit, ignoscat: ne quando illam

Eligius Nouoc. episc. ho. 8 seueram reprehensionem audire mereatur: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me; nonne ergo oportuit & te misere-

Mat. 18. ri conserui tui, sicuti & ego tui misertus sum?

Aduer-

Aduertat, quod quidam elegãter ſcriptum reliquit: Nescire misereri, eſſe cum feris habere cõmercium. Deum itaque, qui eum iuſte quidem, ſed tamen ex amore affligi permittit, magis quam hominem iniuriam inferentem, conſideret: atque Dauidis exemplo edoctus, dimittat eũ, ut maledicat, iuxta præceptum Domini. Et quis non animetur ad opprobria, & indigna quæcũque patienter toleranda, ſi diligenter conſideret, quam miti & humili corde, ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnem paſſionis ſuæ amaritudinem, & dolorẽ pro nobis ſuſtinuerit? Dæmonium habere, & seductor eſſe dicebatur, ab impijs captus ligabatur, premebatur, abducebatur, accuſabatur, conſpuebatur, alapis, & colaphis tundebatur, illudebatur, contemnebatur, flagris conſcindebatur, ſpinis coronabatur, felle, & aceto potabatur, clauis crucis affigebatur, blaſphemijs impetebatur, & interim tranquilliſſimam patientiam ſeruabat. Non aperiebat os ſuum agnus Dei innocens, niſi quod pendens in cruce pro ſuis perſecutoribus orabat. Interiores maxillæ, ut ad eas redeamus, debent eſſe ueluti phialæ aromatum, id eſt uarijs uirtutum floribus ornatæ, ita ut uarios effundant odores. Hunc locum exponens Gregorius, ait per maxillas ſignificari ſermonẽ, qui probatus a Domino uaria unguenta depromit. Eccleſiæ maxillæ, ut eidem placet, ſunt ipſius concionatores; quibus maxillis in perſona Petri, in actis apoſtolorum dicitur: Occide, & mãduca. Debent enim manducando cõfringere carnalium uitam, & peccata populi comedere: hoc eſt, ſacrificijs & orationibus expiare. In his maxillis lacrymas Eccleſiæ eſſe oportet; quoniam, non modo pro ſuis, ſed etiam pro alienis erratis, populique Chriſtiani aduerſis rebus, præ alijs triſtari debent. De barba: Barba, ſunt pili qui naſcuntur in mento, quod eſt ultima faciei pars, & uelut barbæ ſedes; in qua pulchritudo & robur apparent. Mentum, ſiue barba, translate deſignat uirilem ætatem,

Hidelber. epiſt. 25.
2. Re. 16
Lud. Bloſius in enchir. paruul. lib. 1
Cant. 5.
Locus explic.
Act. 10.
Oſe. 4.
Locus explic.
Franco Abbas.

ætatem, robur, iuuenes fortes, strenuos, impigros, & alacres, sapientiã denique, & uirtutes omnes, & maxime fortitudinem, per quam homo perseuerat usq; ad finem uitæ, quæ est extrema faciei, hoc est, uitę spiritualis pars. Barbæ pili, ut Gregorius scripsit, sunt uiriles, & prudentes cogitationes. Censebitur itaq; interior homo barbatus, cum strenue se geret, cum prudenter omnia faciet, cum ita uiuet, ut ei dicere nunquam sit necesse: Non putaram: cum meminerit se uirum esse, & nihil effęminate cogitabit, dicet, facietve unquam. Itaque cum quippiam ei faciendũ erit, manus prius ad barbam admouebit, & uiriliter agẽdum sibi esse recordabitur: Secus, qui faciunt, tanquam pueri, & fœminæ, caloris defectu, barba carentes, effæminate & imprudenter uiuunt. Quare barba, uiros a pueris, & fœminis distinguit; hoc est, prudentes & fortes a stultis & insipientibus. Et sicuti in senibus barba canescit; ita in uiris perfectis cana sa-
Eccl. 15. pientia florere debet. Hinc patet cur quidam interrogatus, cur barbam tam crebro tangeret, respon derit; Vt me esse hominem meminerim. Itaque, curabit internus homo, ne quid humoris in mentum de
Leu. 13. cidat, ob quem pili cadant, quibus amissis inter lepro sos collocetur. Nauabit quoque operam ne in ma-
2. *Re.* 20 nus Hanon ueniat, qui ipsi barbam neglectus causa,
Locus explic. radat, omnibusque deridendum dimittat. Hanon enim, hoc est diabolus, omnis doloris auctor, nihil magis quærit, quam barbam uirilitatis, & uestes honestatis seruorum Dauid, id est amicorum Christi, contumeliæ causa abscindere. Barba totius corporis
Aug. mystici, hoc est Ecclesiæ, sunt Apostoli, in quam bar-
Ps. 132. bam a capite Christo unguentũ gratiæ & donorum,
Locus explic. & a barba in oram uestimenti, hoc est, ad inferiores Ecclesiæ partes, id est ad subditos, descendit.

De collo, & ceruice interni hominis, & quod sit Ecclesiæ collum. Cap. 70.

COllum in homine est ea pars, quæ ab humeris ad caput pertinet, & est quasi erecta colũna, cuius basis sunt humeri, & epistilium, caput. Est ergo collum rotũdum, osseum, neruosum, erectum; cuius aduersa pars gula, auersa, ceruix nuncupatur. In sacro codice, collum erectum & extentũ, significat elationẽ, superbiam, & inobedientiam; sicuti etiam ceruix dura & pinguis. In corpore spirituali auctore Gregorio, collum est fides; qua capiti nostro Christo copulamur, a quo capite per fidem, ut supra scripsimus, omnis uirtus in corpus mysticum defluit. At uero diuo Bernardo, collum, intellectum designat. Nam, intellectus officio colli fungitur, dum per ipsum anima uitalia spiritus alimenta ad se traijcit, atque in quædam transfundit uiscera morum, affectuumque suorum. Sunt etiam qui dicant collum esse erectam liberamque uoluntatẽ, quæ capiti Christo copulata, uim gratiæ in reliquum corpus traducit. Hoc collum est in omnes partes flexibile, idque auxilio neruorum caritatis erga Deũ & proximum. Ad hæc, collum interni hominis, uirtutem spei aptissime esse diceres; quæ spes capiti, hoc est rationi coniungitur, & humeris tollerantię nititur. Hoc collum est altum, quia tendit ad cœlestia: erectum, quia ad terrena non deflectitur: rotundum, perfectione operum: firmum constantia & fortitudine. Nam, qui tollerat, sperat; qui sperat, ut ait Apostolus, non confunditur; hoc est, spes bonis operibus ad mortem usque factis, certissime speratæ rei potitur; & ideo hoc collum non frangitur. Tribulatio itaque patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, id est non fallit. Hoc collum interdum aduersarius uinculo despe-

cap. 40. *Dionys. Carthus.* *Rom. 5. Locus explic.*

rationis ligare contendit, ut hac ratione homines di-
Ierem. 27 uinæ misericordiæ, quam nulla peccatorum multitu
do & magnitudo superare potest, diffidentes, ad ęter
nos cruciatus trahat. Hoc fune Caim, Iudam, aliosq́;
quamplurimos in infernum traxit. Nouit enim calli
dus inimicus desperationem esse animæ homicidam,
& certam mortem. Peccare, inquit Chrysostomus, est
mors animæ; sed desperare, est ad infernum descende
re. Quare, si internus homo peccatorum præterito-
rum recordetur, nullis se sinat desperationis uinculis
ligari. Huc pertinet locus quidam Isaiæ, quo pec-
Isa. 12. cantium spes confirmari potest, qui sic habet: Ex-
Locus explic. cutere de puluere, consurge, sede Ierusalem, id est
euge te, o anima a sordibus peccati: excute negligen
tiam & somnolentiam: solue uincula colli tui, capti-
ua filiæ Sion, id est ui ncula desperationis & peccato-
rum: quia hæc dicit Dominus. Gratis uenūdati estis,
id est absque vlla utilitate; & sine argento, id est sine
propriis meritis, redimemini; ad pristinum nimirum
gratiæ statum, reuocabimini. Posses etiam dicere spi-
ritualis hominis collum, esse spiritum, quo se Deo &
Christo capiti suo unit. Huc pertinent, quæ a sapien-
Pro. 13. te sanitate, & gratia, irrigationeque carnis, ossium,
Locus explic. & colli dicuntur. Sanitas interni hominis in triplici
virtutum genere posita est. Alię nanque sunt, quibus
corporis motus comprimuntur; vt ieiunium, & humi
cubatio: aliæ sunt, quibus cogitationum motus tem-
peramus, ut temperantia, & continentia: aliæ deniq;
existunt, quibus Deo spiritus unitur; & huiusmodi
sunt uirtutes supernaturales, ut fides, spes, & caritas.
Et sicuti primæ ad secundas, ita secundæ, ad posterio
res referendæ sunt. Nunc, ad rem: cum carne compa-
Francis. Turrian. rantur uirtutes corporis, quia sunt inferiores: cum
ossibus seruitutes animi, quia sunt firmiores: cum col
lo comparatur spiritus, qui per uirtutes posterioris
Nilus Abbas. ordinis, cum Deo per contemplationem hominem
unit. Huc facit doctrina quædā Nili Abbatis de ora-

tione.

tione.ca.732.quę sic habet.Corporis uirtutes ad eas, quæ animę sunt,tibi duces existunt;& animæ uirtutes ad illas, quæ spiritus sunt: hę porro te perducunt ad ueram, & totius materiæ expertem cognitionem: licet alij,paulo aliter hunc locum, ex græco uertant. *Cant.* 4.
Laudatur in canticis collum altũ, & nitidum,ut turris eburnea, quæ est ædificata propugnaculis.i. quæ est munita bonis operibus: quam turrim aduersæ inimici uires expugnare nequeunt. Sit ergo internum collum altum:sed tamen spiritualis homo,qui debet *Mat.* 5.
esse spiritu pauper, nunquam extento collo incedat, id est nihil superbe agat, parum sibi sumat; quia, id est summi uiri, magnum esse, & nihil sibi sumere. *Cant.* 1.
Hoc autem faciet, si collum monilibus ornabit: si ab *Gen.* 41.
eo, torques aureus ex omnibus uirtutibus conflatus, pendebit. Hæc de collo:nunc de ceruice. Ceruix,quæ modo pro seruitute, modo pro superbia, modo pro uita ponitur,in bonam partẽ capta est erecta,& constans uoluntas: uel, cum Ambrosio, est fortitudinis uirtus,qua diuinæ legis iugum, & spiritualia onera constanter,ac libenter feruntur. Hanc ceruicem non *Iob* 15.
impinguet luxuria: non induret peruicacia;sed tem- *Act.* 7.
perantia extenuet,humilitas emolliat, iugoq; suaui *Isa.* 48.
& leui obedientia subijciat,Libenter ergo Christi iugo est subijcienda:quia

Sarcina cum soleat quæuis onerosa uideri:
Sola tamen Christi sarcina corda leuat.

Ad hoc iugum ferendum facile quilibet inducere tur; si intelligeret a quoquis, aliquod iugum in hac uita omnino esse ferendum: & illud potius susciperet, quod a Christo imponitur; tum quia leuius est; tum quod ad illud ferendum Christus summopere iuuat;quam id, quod a mundo & Dæmone imponitur;qđ,& grauius est,& a solo homine fertur: Quare,una cum Christo huic suaui iugo ceruicem suam omnes subijciant,cum ipso illud ferant; ut cum laborauerint & humiliauerint se,tãdem cum eodem gloriam

riam consequantur æternam. Propterea Christo Do
Ps. 109. mino dictũ est a Patre: Sede a dextris meis, id est frue re summa gloria, summoque honore; quia de torrente in uia bibit: hoc est, summos labores exanelauit, summos cruciatus pertulit. Ecclesiæ collum, ut egregie diuus Bernardus scripsit, & supra nos diximus, est beatissima semper Virgo, per quam dona omnia in reliquum Ecclesiæ corpus defluunt. Quamobrem omnes fideles, speciatim huic collo, se se priuato cultu copulare deberent: huic inquam matri misericordiæ & peccantium refugio. Quare, o beata Virgo,

Locus explic.

Nemo qui speret duce te peribit,
Sit licet sæuis deditus periclis:
Carceris duras fugerit catenas,
Qui tibi credit.
Quisquis confidit precibus Mariæ
Numen iratum reuocare cœli
Et Dei fulmen retinere dirum
Virginis ore.

Franc. Patr. carm. ad Pium 2.

At uero Gregorius Ecclesiæ collum, ait esse prędi-
Cant. 1. catores, qui comparantur monilibus: uel quia ecclesiam muniunt, sicuti monile pectus, uel propter rotunditatẽ, id est propter perfectionem, quia debent esse perfecti. In monili, gemmę in auro ponuntur: per aurum sapientia, per lapides, opera exprimũtur.

Locus explic.

Qui sint noui hominis humeri, & quo modo humeri, seu scapulæ Deo tribuantur. Cap. 71.

HVmeri sunt humani corporis posteriores partes collo subiectę, quę interiora animalis defendunt, brachia connectunt, onera ferunt, collum & caput sustentant: quę partes solent etiam appellari scapulę, quas scriptura metaphorice Deo tribuit; quia nos tolerat, portat, & portãdo protegit. Propterea legimus: Scapulis suis obumbrabit
Psal. 90. tibi; hoc est, auxilio, & prouidentia sua, tãquam Clypeo

peo & parma, Deus a summo periculo te tuebitur. Duę Dei scapulę, ait Bernardus in hunc locum, sunt duę promissiones, quibus nos Deus fouet; altera huius uitę, altera uitę futurę. Vide, ut Dauid his scapulis sustentabatur: Sustinuit anima mea in uerbo eius: sperauit aīa mea in Dño. Et alibi; In uerbo eius super speraui. Eadem ratione, tribuuntur allegorice Deo humeri; quod protectione & auxilio suo, nos defendat, & ferat. Custodit enim populum suum, tanquam pupillam oculi sui, & tanquam aquila super eum expādit alas suas; & assumit eum, tanquā pastor ouem, atq; portat humeris suis. Quare, humeros Dei, eius potentiam esse diceres, per quam omnes creaturas portat & conseruat; & patientiam, seu longanimitatem, qua fert peccatores, quos ad pœnitentiam expectat; ille sinister, hic dexter humerus appellaretur. Dicere etiam possumus, Dei humerum quo oēs creatūras sustinet, esse ęternum Verbum, quo gestantur & conseruantur omnia. Huc facit illud Pauli. Portansq; omnia uerbo uirtutis suę: βαστάζων, quod est humeris ferre; quasi ferens, & regens omnia potenti uerbo suo. Qua formula loquendi, ut ait Chrysostomus, facilitas regendi omnia significatur. Humerus uero, quo peccatores fert; est idem Verbū, carni unitum; quod uerbum de cœlo delapsum, ouem perditam, id est humanam naturam, reperit, & in humeros suscepit, & ad caulam cœlestem portauit. Quamobrem, Verbum

Sixtus 2 epist. 1. *Ps. 129.* *Psal. 118* *Psal. 16.* *Ps. 102.* *Heb. 1.* *Locus explic.* *Ps. 118.*

Mortale corpus induit,
Vt excitato corpore
Mortis catenam frangeret;
Hominemque portaret Patri.

Pruden. hym. de natali.

Humerus in Angelis, est eorum uis operatiua. Hominis uero interni humerus, seu scapulæ, diuo Gregorio, sunt operationes corporis mutuę, & socialis uitæ coniunctio: quibus humeris, alter alterius onera portare debet. Declarans enim illud Iob: Hume- *Dionys.*

ret Deus. Ferant etiam libenter suaue diuinæ legsi iugum;ad quod suscipiendum his uerbis, dum de sapientia loquitur, eos hortatur sapiens. Inijce pedem tuum in compedes illius, & in terquem illius collum tuum. Subijce humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris uinculis eius: ne de eis dicatur habere humeros recedentes, id est onera refugientes, & aliis imponere onera grauia, quæ ferri nequeunt, digito uero suo nolle ea mouere. Præterea, ex diuo Ambrosio, per humeros bona opera designantur, quibus humeris gestādus est Deus, ad quod hortatur Paulus, cum ait: Portate Deum in corpore uestro. Portare Deum, inquit citatus pater, est imaginem Dei in rebus bene gestis ostendere: sicuti portare imaginem mundi, est secundum opera carnis, quæ mundo placent, uiuere. Denique, per humeros intelligeres omnes uirtutes, quibus aduersa constanter feruntur: quibus humeris uitæ spiritualis interiora, hoc est, diuina dona conseruantur, bonarum operationum brachia colligantur, & collum, id est uoluntas recta & rationis caput sustentantur. Hos humeros prælati speciatim habere debent, ad oues infirmas ferendas. Cæterum, cū unicuique Deus mandauerit de proximo suo, quisque proximum suū amando, ut Deus nos omnes diligendo portat, baiulet. Tantum enim proximum portamus, quantum amamus: si amamus, portamus: si desistimus amare, desistimus portare: & quem minus diligimus, minus portamus. Amemus ergo multum, ut multum portemus, ut multum portando legem Dei adimpleamus, ut eam adimplendo mulrū præmij reportemus. Hoc est illud suaue iugum, & leue onus nobis a Christo impositum, onus uidelicet caritatis. Siquidē amoris mandatū, Domini præceptum est: quo nihil leuius, nihil suauius reperitur. Ipsa.n.caritas sensus corroborat, ut nihil graue, nihil difficile sit; sed fiat totum facile, quod agitur: cū eius proprium sit nutrire concordiam, seruare mandata, dissociata coniunge-

Eccl. 6. *Nehem. 9.* *Mat. 23.* *Ambr.* *1. Cor. 6.* *Locus explic.* *Eccl. 17.* *Mat. 11.* *Ioan. 15.* *Euseb. Papa epist. decre.*

iunge-

iungere praua dirigere,& cæteras uirtutes perfectio nis suæ munimine solidare. Ad hæc, onera tam utilia ferenda id deberet nos commonere, quod uideamus huius sæculi homines onera grauissima, a Diabolo & mũdo ipsorum humeris imposita, summis laboribus,

Baruch 3 & impensis ferre. Hi inclinant humerum suum, & cer-
Locus explic. uicem suam, ad facienda opera Regi Babylonis. i. Diabolo; in cuius ciuitate, quæ est confusionis ciuitas,
Bar. 6. Deos aureos, argenteos, & lapideos, ligneosq; humeris portant: qui Dei, hoc est, quæ humanæ diuitiæ & opes, cum clamauerint ad eas, non audient, & de tri
Isa. 46. bulatione nõ saluabunt. Portãt isti onera grauia, one
Psal. 37. ra uidelicet peccatorum; de quib. aiebat propheta, Sicut onus graue grauata sunt sup me. Etenim, ita grauia sunt peccata, ut animam, quę per gratiã supra cęlos eleuata erat, in profundum demergant infernũ: a quibus onerib. humeros suos internus homo subtrahat, ne dum ad cęlos leuis remeare cupit, grauissimis pressus onerib. labens, in infernũ decidat. Accipiuntur interdũ humeri in malã partem, pro arrogantia, & uiolẽtia, ut ex Ezechiele cap. 34. constat: ubi de malis pastoribus dicitur, laterib. & humeris impingere, & cornibus uentilare omnia infirma pecora, donec dispergantur foras. O egregium pastorum munus: O singularem pastorum curam: O illustrem pastorum caritatem: Qui dum quod perditum est requirere, quod abiectum est reducere, quod infirmum est consolidare, quod pingue & forte est, custodire debent, lateribus trudunt, humeris expellunt, cornibus uentilant, ut foras dispergant. Hoccine est hu-
Iob 31. meris ouem portare? hoccine est perditas oues requirere? Hæc certe non facerent, si librum in humero
Locus explic. portarent. Librum in humero portare, & tanquam coronam circundare; est, ut ait Gregorius, scripturam sacram operando perficere; quod qui fecerit; hoc est, qui prius librum hunc in humero portauerit, æterni premij corona circundabitur.

Quid

Quid dorsum in scriptura significet, & quod sit dorsum interioris hominis. Cap. 72.

PRoxime post ea, quæ de humeris diximus, sequitur ut de dorso & lateribus aliquid dicamus. Dorsum in scriptura sæpe metaphorice sumitur, & dorsum incuruari, idem ualet quod uarijs opinionibus agitari, uel uarijs peccatis premi, & grauari: ut grauantur qui diuino auxilio destituuntur, uel terrenis bonis & lucro inhiant, uel in seruitute sub aliquo crudeli tiranno manent; quibus modis potest intelligi illud psalmi; Et dorsum eorum (Iudæorum nimirum) semper incurua, id est obscurentur eorum oculi, & si quid uident, cœlestia uidere nequeāt; sed solum terrena uideant: Qua quidem pœna Iudæos affectos fuisse uidemus, quandoquidem, nihil prorsus, nisi pecuniam uident; quam etiam cōtra claram naturæ, & Moysis legem sibi a Deo datam, per usuram acquirere student. Nec eis patrocinatur, ut id obiter dicam is scripturæ locus, quo dicitur; Alieno, id est gentili, fœneraberis. Nam si recte hebræum codicem & suum idioma perpendere uellent, intelligerent eius loci, in quo explicando multum laborant scriptores, hanc esse sententiam. Iudæis non esse permissum, ut ad usuram dent, quod significatur, cum dicitur, Fratri tuo non fœneraberis; alieno, id est exteris nationibus fęnerari permittes. Hanc enim uim habet uox illa. fęneraberis, eo in loco. Non enim lex illa obligabat eos, qui non erant ex Hebræorum populo. Quare, si quis externus inter eos habitabat, nō erat ea lege impeditus, quin fœnori daret; quod tamen faciendo contra legem naturæ, cum fœnerari, ut aliquādo sapiēter dixit Cato, nihil aliud sit, quam hominem occider, peeccabat. Idem cernere licet nūc in nostra lege, quæ punit Christianos usurarios, cum tamen Iudæis id impune permittat. Ponere dorsum,

Psal. 68. *Locus explic.* *Deut. 23* *Locus explic.*

Psal. 17. & dare dorsum, est inimicos urgere, & fugare. Deni-
20. que, dorsum, fugam, tolerantiam, prudentiam ad re-
sistendum, & fugiẽdum significare potest. Dorsum in
animali, est ea pars, quæ est opposita pectori, qua fe-
runtur onera, quæ etiam tergum dicitur. Tergũ Dei,
Iere. 18. est reprobatio, punitio, & obliuio Dei: qua ratione
Locus explic. intelligitur illud Ieremiæ: Dorsum, & non faciem
ostendam eis in die perditionis eorum. Et psalmo pri
mo & uigesimo: quoniam pones eos (inimicos uide-
licet tuos) dorsum. i. in fugam conuertes, ac terga da-
re coges; in reliquiis tuis; uel ut alij, & melius, legũt:
Iansen. in reliquis tuis. i. in his qui superstites erunt, præpara
Locus explic bis uultum eorum, hoc est efficies, ut faciem suã con
uertant ad sanctos, quos tu seruasti & reliquos feci-
sti, quos dum uidebunt, summo afficientur dolore, di
Sap. 5. centes. Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum,
&c. Et item: Nos insensati uitam illorum estimaba-
mus insaniam. Itaque si peccatores nolunt pudefieri
cum Deus illis dorsum, eos reprobando, uertet;
opus est, ut non recedant a tergo Domini, sed seruiãt
1. *Re.* 12 ei in omni corde suo. Dicuntur peccatores non rece-
dere a tergo Dei, & post tergum eius ire, quãdo eum
Psal. 59. sequuntur, hoc est, cum mandata seruant; uel quan-
Locus explic. do eos peccatorum pœnitet; sed non audent, ut solẽt
amici ante faciem maiestatis eius accedere: & ideo
peccatrix Magdalena retro stabat: & publicanus a lon
Luc. 18. ge. Cum ad hunc statum peccator peruenerit, caueat
ne retro respiciat, hoc est, ne ad ueterem uiuendi ra-
Gen. 19. tionem, cuius rei Angelus Loth monuit, se conuer-
tat: quod si fecerit, uideat saltem Deum aberrantem
Isa. 30. ouem post tergum tanquam optimum pastorem quę
rentem, & ad rectam uiam reuocantem: nec habeat
Bar. 2. dorsum durum, hoc est animum obstinatũ; sed auer-
tat se a dorso duro, & malignitatibus suis. Quia, si
Deo terga uertet, in manus Diaboli ueniet: & hoc est
malorum dorsum, siue tergum; obliuio uidelicet, in-
gratitudo, & obstinatio; quod dorsum Deo & diuinis

rebus improbi uertūt: De quo Deus apud Ieremiam capite secundo his uerbis conqueritur: Verterunt ad me tergum, & non faciem: & in tempore afflictionis, dicent: surge & libera nos. Sed Deus respondebit: Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? Surgant & liberent te in die afflictionis tuæ. Dorsum filij Dei est eius humanitas, super quo dorso fabricauerunt peccatores; & prolongauerunt iniquitatem suam: uel, ut alij uertunt: Arauerunt in dorso meo aratores, & longos duxerunt sulcos suos. Tunc autem fabricauerunt, uel arauerunt peccatores super hoc dorso; cum innumeris uerberibus Christum Dominum affecerūt. Quod si hunc locum de Ecclesia exponere uolumus, quæ sæpe fuit impugnata a iuuentute sua; dorsum eius durum & constans, sunt sancti martyres; cōtra quos nulla tormenta, etiam atrocissima potuerunt; quia, dum magis patienter patiebantur, magis inimicos uincebant. Dorsum noui hominis, quo onera & correctionem diuinam fert, est stabilis & constans uoluntas, tolerantiæque uirtus: quod dorsum, nunquam Deo per impatientiam uertat; etiam si ab eo magnis calamitatibus afficiatur, quia Deus, quē diligit, castigat. Vult enim benignus pater hominem, tanquam puerum & stultum, minus accurate uiuentem, castigando, ad resipiscentiam reuocare. Virga, ait sapiens, in dorso eius, qui indiget corde. Ponit itaque Deus tribulationes in dorso, ut tandem reducat ad refrigerium; qua ratione diuertit ab oneribus dorsum; hoc est, subducit, & eripit a grauib⁹ calamitatibus, ne amplius manus eius sint in cophino; id est, ne amplius occupentur in ollis & lateribus conficiendis in Aegypto; in operibus uidelicet impuris & terrenis, in hac angustiarum & tribulationum ualle. Quam ob rem, si opus fuerit ut dorsum suum cilicio, hoc est pœnitentia, interdum induat, id libenter faciet: quia, qui pœnitentiam non egerit, in cœlum ingredi non poterit. Et dum super hoc dorso (quod proprium est hominis)

2. Paral. 29. *Ier. 2.* *Ps. 126.* *Locus explic.* *Opus. Tri part.* *Heb. 12.* *Psal. 56.* *Psal. 80.* *Locus explic.* *Flamin.* *Iere. 48.* *Amos 8.*

Ps. 120. nis)dormiet,ad cęlum,unde ueniet auxilium oculos conuertat.Nanque,cum quis in angustijs, aut poenitentia uersatur, in quibus homines spirituales suauissime tanquam in quodam lecto dormiunt, mentit oculos in Deum,a quo,& auxilium expectare, atque in eius gloriam omnia referre debet, si proficere cupit eum fixos habere oportet. Hactenus de dorso: nunc aliquid de lateribus. Latera,quasi lata, sunt partes sub ala & brachijs, quibus hominis intestina defenduntur,& ex septem costis utrinque conficiuntur.Sunt qui dicunt,duo latera animæ,esse spem & timorem, quæ septem uiriutibus & septem donis Spiritus sancti; interiora spiritualia, ne qua ratione lædantur,defendunt.Spei latus desperationi resistit;timoris uero nimiæ fiduciæ se se opponit:quæ duo uitia apostema in pectore animæ gignere consueuere. Itaque hominis interni uita his duabus uirtutib. quasi duobus lateribus, contineri & sustētari debet; cum inter spem & timorem semper manēdum sit. Spes ad æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala,qui sperat,sentit. Verum,de spe in cassum præsu-
Greg. mit,qui timere Deum in suis operibus renuit. Spes calcaria addit:timor frænat. Hæ deniq; uirtutes,nec
Psal. 90. ad dextram,nec ad sinistram flectere permittunt.Latus spei,est latus dextrum, a quo cadūt decem millia
Prou. 3. inimicorum ad desperationem inducere uolentium.
Iob 17. Nouit.n.is,qui recte sperat, Deum esse in latere suo; cui inquit;Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pu-
Ezec. 14. gnet cōtra me. Super quo latere internus homo dormit & requiescit. Latus timoris,est quasi latus sini-
Act. 12. strum,in quo dum dormit per negligentiam,ab An-
Locus explic. gelo, hoc est a diuina inspiratione, seu tribulatione percutitur,atq; a somno suscitatur,& a carcere libera-
Iob 16. tur.Habent etiā impij latera sua, quæ, ut ex Iob cap. 15.colligitur,sunt satellites & huius mundi opes,quibus ad male agendum peruersi homines utuntur.

De pectore & sinu noui hominis, & qui sit Dei sinus. Cap. 73.

PEctus, est auersa hominis pars a gula ad uentrem usque pertingens, lata, concaua, ossibus munita, & mamillis ornata: intranea, cor nimirum pulmonem, ac reliqua præcordia continet: facile a nimio calore & frigore offenditur, ictibus doloribusq; lęditur. Translate in sacris literis pro corde seu animo & volũtate sumitur. Interni hominis pectus dices esse mentẽ, seu animam, caritate latã, uarijs uirtutib. quasi craterem, contextã & munitam; humilitate concauã; mammillis misericordiæ & pietatis ornatam, cor sapientię & pulmonẽ affectus, & deuotionis continentẽ; quæ facile a frigore tepiditatis, a calore concupiscentię, & a peccatorũ ictib. offenditur. Vel cũ Philone dicamus, spirituale pectus esse sapientiã qua fouenda, & conseruanda sunt animi intestina, ut inde uitales spiritus generentur, & in reliquum corpus diffundantur. Præterea, cum Hieronymo dicere possumus, pectus esse bonam conscientiam, qua ea seruantur, quæ ad hominis interni cõseruationẽ sunt necessaria. Hoc pectore puro & cãdido munera Deo danda sunt, id est bona, ac simplici conscientia offerendum est Deo, quidquid ei offertur. Nam, *Philo.* *Mala. 2.*

Cum pectus gratum est, tunc sunt munera grata:
Visus Abel prius est, postea dona Deo.

Demum, sunt qui dicunt, pectus esse uirtutem fortitudinis, qua colligantur brachia; hoc est bona opera, & interiora hominis defenduntur. Si pectus pro sapientia sumatur; illud, hoc loco in gratiam sacerdotum adnotauerim, olim in uetere lege sacerdoti sacrificanti a Deo præceptum fuisse, ut animalis pectus comederet; ut ei indicaret, quantum ab eo sciẽtiam, per pectus significatam, requireret, ita ut alibi dixerit; ab eo magis se uelle sciẽtiam Dei, quàm holocau- *Franc. Georg.* *Exo. 29.* *Ose. 6.*

sta. Quale ergo debet esse sacerdotis pectus? tale, ait Cyrillus, quod plenum sit sapientia, plenũ scientia, plenũ omni diuina intelligẽtia; & quid dico plenum intelligentia? immo, quod plenum sit Deo. Et diuus Hieronymus id requirebat in sacerdote pect⁹, quod esset Christi officina. Pectus in Angelis, ex Dionysio, est uis seruãdi insuperabilis. Et hęc de pectore. Sinus, ab Hebręis, pro societate & coniunctione ponitur: ut dare in sinum, sit in fidẽ & societatẽ dare, & aliquem alicuius fidei cõmittere. Sinus Abrahæ erat locus in

Luc. 15. quo animæ expiatæ a peccatis ante Domini aduentũ quiescebant: sic dictus, quod, qui ibi manebant, in fide, qua Abrahã Deo credidit, mortui erãt: ob quam fidem in eius sinu quiescere dicebantur. Aliquãdo su

Psal. 34. mitur, tanquam pars pro toto: quo modo intelligeres illud: Et oratio mea in sinu meo conuertetur. i. in uti

Locus explic. litatem meam: uel, ut puto, longe melius. Adeo bene inimicis meis precor, ut uelim orationem meã redire in me ipsum: ut quę illis desidero, uelim mihi accide-

Ps. 128. re: quod boni, uel mali illis opto uelim mihi euenire.

Locus explic. Item, sumitur pro gremio & cõplexu, & in psal. 128. cum fit mentio de fœno nascẽte in tectis, quo qui me tit, non implet manus suas, neq; sinum suũ qui manipulos colliget. Huiusmodi fęnũ sunt peccatores, qui bus in die messis Deus manus suas nõ implebit: neq; Angeli, Dei ministri, eos in sinus suos colligent, sed igni cremandos tradent. Sinum interni pectoris, secretum mentis, cũ Gregorio, esse diceres; aut mentẽ ipsam, aut conscientiã: quo modo exponit illud psalmi 28. Redde uicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: ac si

Lib. 22. aperte diceret: In mente sua recipiant hoc, quod in

Mar. 14 nostris corporibus sæuientes, operantur: & illud Iob

Locus explic. capite trigesimoprimo. Celaui in sinu meo iniquitatem meam. In sinu iniquitatẽ cęlare, est eã in cõscientiæ latibulis occultare. Ex quib. exponeres etiã illud psalmi octuagesimioctaui. Memor esto dñe opprobrij seruorũ meorũ, ne. s. illud diu ferant; quod oppro

brium

brium continui, hoc est tuli in sinu meo, nimirum in me, vel in affectu meo, a multis gentibus illatum. In hunc sinum, quæ est mens, seu affectus, mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem, dabunt: hoc est, in cœlesti patria, pauperes, quorum est regnum cœlorum, mensuram confertam, hoc est plenā pro dimidia; superfluentem pro plena, coagitatam pro semipressa, vel semicoagitata, sibi data, restituent. Vt hanc mercedem, internus homo in sinu suo recipiat, diligenter caueat, ne in sinu suo iniquitatem cœlet: quod, qui faciunt, non aliter faciunt, atque ij, qui serpentes in sinu nutriunt; quorum deinde morsibus pereunt. Et quis est, qui ad aspectum serpentis non terreatur? non contremiscat? non retrocedat? & fuga, vel alia ratione suæ saluti non consulat? Ad aspectum peccati, non fugiemus? propius ad ipsum accedemus? siccine seruabimus illud tam salutare sapientis monitum: Quasi a facie colubri fuge peccatum? sinus Dei Patris, in quo est Filius, est Patris essentia, in qua esse dicitur tanquā in sinu, quia est eiusdem, ut sancti patres contra impiam Arrianorum opinionem docent, cū Patre substantię. Deinde, sinus Dei, est dilectio, cura, & conseruatio Dei, qua, tanquam amantissimus pater nos fouet. Huc facit illud Isaiæ: In brachio; hoc est, in fortitudinē sua congregabit agnos; pios videlicet & humiles viros, in sinu suo, idest in misericordia & cura sua, sustentabit fœtas, eos nimirum, qui aliqua molestia, & labore aliquo affecti sunt, feret.

Locus explic. *Luc. 6.* *Locus explic.* *Eccl. 21.* *Ioan. 1.* *Aug.* *Locus explic.* *Paul. in epist. 3.* *Isa. 40.* *Locus explic.*

Quid brachium in scriptura significet, & quæ sint Dei, & Angelorum, & noui hominis brachia. Cap. 74.

ANtequam ad explicandas inferiores noui homini partes accedamus, de brachijs, eorumque partibus cū sint pectori annexæ disputare com-

re commodum uisum est. Brachium in diuinis scri-
Psal. 17. pturis, uim, potentiam, uiolentiam, tyrannidem, au
57.88. xilium, uindictã, & generatim omne id, quo fidimus
Iob. 40. & nitimur significat. Dicit interdũ, brachiũ extẽtũ;
Deut. 33. & excelsũ quibus loquendi modis maior quædã denotatur potentia. Aliquando idem ualet, quod pro-
Isa. 9. ximus, ut apud Isaiam cum dicitur: Vnusquisque
Locus explic. carnem brachij sui vorabit, idest rem proximi sui corrodet. Brachium denudare, est se accingere, parare,
Ose. 7. atque expedire. Brachia, sunt membra fortia, flexibilia, agilia, idonea ad leuandum, portandum, defendendum, repellendum, erigendum, cõstringendum, & operandum: toti corpori, & sibi mutuo inseruiunt: id amplexantur, quod cor amat: carne, neruis, & ossibus sunt compecta. Noui hominis brachia, quibus ipse iacentes leuat, debiles portat, defendit oppressos, hostes repellit, lapsos erigit, proximum constringit, bona operatur, & cœlum rapit, sunt animæ vires, intelligendi nimirum ac appetendi facultates, quę se mutuo, ac cętera corporis membra iuuant; quæ ossibus constantiæ, neruis pietatis, carne deuotionis sunt conflata; & sicut corporalia brachia naturali quadã propẽsione carnale caput defendũt; ita spiritualia, ad spiritualis capitis tutelam, debent esse parata. Possumus etiã dicere; duo brachia, esse duas fortitudinis partes: alteram, qua bona fiunt, alterã, qua mala patienter tolerantur. Vel cum alijs dicamus, esse bona opera; quibus brachijs proximos amplectimur, cœlum rapimus, hostes repellimus, & superamus. Aut certe duo brachia, duos caritatis affectus; alterum in Deum, alterum in creaturas, quas propter Deum diligimus, esse diceres. Insuper brachium, est robur, illuminatio, ac consilium diuinũ, quod Deus, dum in militia spirituali versamur no-
Psal. 17. bis præbet. Huc pertinet illud prophetæ: Posuisti ut
Locus explic. arcum ęreum brachia mea; idest tantum virium meis brachijs tribuisti, ut sint dura, ueluti arcus chalibeus:

uel

vel ut possim arcum chalybeum frangere. Ex quo loco inferre licet, Deum, ut dicimus, esse brachium interni hominis, quo cum brachio omnia, sine quo nihil potest. Hoc intelligebant is, qui dicebat. Omnia possum in eo, qui me confortat: & ille: Esto brachium nostrum in mane; & salus nostra in tempore tribulationis: & ille: In Deo meo transgrediar murum. Custodiat itaque diligenter hic homo, hoc suũ brachium, in quo omnia potest; ut sit omnipotens, quia si eo priuaretur, agere nihil posset. Neque loco huius fortissimi brachij adsiscat aliud imbecillum & infirmum, humanum videlicet auxilium: ne maledictionem illam audire mereatur: Hæc dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum; idest qui loco Dei & auxilij diuini, carnem; hominem nimirum imbecillum & infirmum sumit; cuius cor uere a Deo recedit. Nec tamen dicimus, ut omnino humanum auxilium despiciat, & ut hoc se brachio priuet; sed illo, tanquam brachio dextero, hoc uero tãquam sinistro, & minus necessario & utili utatur. Multo minus nitatur eo brachio, quo multi stulte nituntur, fortuna, in quam; a qua ethnicorum more pẽdere, est a uera religione aberrare: quandoquidem fortuna, non est aliquod numen, quo humana regantur.

Phil.4. *Isa.33.* *Psal. 17.* *Ierem.17* *48.* *Locus explic.* *Agatius.*

Fortuna, incassum diuum tibi poscis honores:
Te cæci cęcam finximus esse Deam.

Stephan. Furcat.

Huc pertinet etiam eorum stultitia, qui bonis fortunę, tanquam brachijs fortissimis nituntur; sed isti, cum labenti innitantur, necesse est, ut cum labente labantur. Vide, ut ille, perfecte perfectus, & vere internus homo, his brachijs non nitebatur; Iob inquã, qui dicebat: Si putaui aurum robur meum, & obriso, idest auro perfectissimo dixi: fiducia mea: si lætatus sum super diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea &c. Dei brachium, in primis, est æternus filius, de quo speciatim intelligitur illud: fecit potẽ-

Iob.31. *Cyr.cont. Iul.* *Deut.32.* *Gen. 22.* *Luc.1.*

Isa. 53. tiã in brachio ſuo, id eſt in filio ſuo; & illud Iſaiæ: Et
Locus ex brachium Domini, cui reuelatum eſt; id eſt filius car-
plic. ni unitus, cui communicata ſunt ſecreta diuina: Bra
Iſa. 51. chia Dei apud eundem prophetam, ſunt filius, & Spi
Euth. Io. ritus Sanctus; Deinde, Dei brachium, eſt potentia
12. & uirtus, qua iuuat, ſuſtentat, & gubernat creaturas
Pſal. 88. omnes. Denique priuatum Dei auxilium, quo crea
Hier. 32. tura rationis capax ad bene agendum ducitur, & a
Offe. 11. ſeruitute Diaboli liberatur ſpeciatim Dei brachium nuncupatur. Angelorum brachia, ſunt ipſorum uires, & operationes. Quæ de brachio dextero, & ſiniſtro hic dici potuiſſent, inferius, cum de manibus agetur, dicemus.

Quas ſignificationes uox, manus, in ſcriptura habeat, & quæ ſint Dei, *&* Angelorum *manus.* Cap. 75.

VT variam uim uariumque uſum uox, manus, in ſcripturis ſacris habet; ita uarios fructus, ex cognitione uariarum ſignificationum huius uocis, percipitur; quas ſtatim proſequemur, ubi de natura huius partis aliquid dixerimus. Manus, proprie de homine dicitur; & eſt extrema brachij pars, quæ digitis quinque, palmaque conſtat; in cuius partis commendationē hæc ſcripſit Ambroſius. Succedunt brachia, & validi lacertorum tori, ualidę ad operandum manus, & procerioribus digitis habiles ad tenendum. Hinc aptior uſus agendi, hinc ſcribendi elegantia: manus eſt quæ cibum ori miniſtrat: manus eſt quæ præclaris enitet factis, quæ concilia trix diuinæ gratię ſacris infertur altaribus, per quam offerimus & ſumimus ſacramenta cœleſtia. Manus etiam totius corporis propugnaculum, capitis defenſatrix: quæ cum ſit loco inferior, totum uerticē comit, & honeſto uenuſtat ornatu. Hæc, ſi quis uoluerit ſpiritualibus manibus aptare poterit. Transfertur

fertur hoc nomen ad bruta animalia, & ita dicimus, manus canis & leonis; & ad res inanimas, vt cum manus dicitur de fluminibus, & mari, vt patet ex hoc loco apud Dauidem: Hoc mare magnum & spatiosum manibus, idest finibus, & litoribus, seu pro montorijs, quæ sunt quasi quædam maris manus, & brachia. Manus gladij, est eius acies; ut patet ex psalmo sexagesimo secundo, cum dicitnr: Tradentur in manus gladij, & partes uulpium erunt: id est, adiget eos Deus in aciem gladij, uel opera gladij; seu gladio occidentur, & a uulpibus & feris uorabuntur. Ceterum, ut multa paucis complectar, manus, significat operationem, & functionem quamcunque, ministeriumque, maxime cum additur nomen alicuius prophetæ; ut cum dicitur: Deum locutum fuisse per ma nū alicuius prophetę; idest, per illum, & ministerio illius. Item, significat, facta, studia, potestatem, titulum, possessionem, oppressionem, castigationem, impiorum correctionem, imperium, fortitudinem, audaciam, libertatem, consilium, & passim uindictam & ultionem Dei; quæ interdum, manus extēta, dicitur. Solet etiam prophetia dici manus & onus, quia plerunque grauia & atrocia prædicit. Has significationes si quis tenuerit multa scripturæ diuinæ poterit explicare loca. Sunt etiam quidam dicendi modi ab hac uoce sumpti. Manus custodire, est innocenter uiuere, nemini officere. Manus super ore ponere, est obmutescere, & obstupefieri. Manus adhęrere ori; est superstitionis signum. Osculari manus, est adorationis ritus. Eleuare manus, est pręualere, & iuuare. Manus supra caput ponere, est esse in dolore & in mœrore uersari. Manus in sinū mittere, est uiuendi otiosam rationem eligere: & manus in manum; est otiari, nihil agere: quo modo intelligitur illud: Manus in manu; non erit innocens malus, idest improbus, & si nihil agat, non ideo erit immunis a culpa; quia male cogitando peccat. Exten-

Ps. 103. *Locus explic.* *Psal. 62.* *Locus explic.* *Isa. 1.* *Isa. 14. 31.* *Ezech. 3.* *Iob. 30.* *Mich. 7.* *Iob. 13.* *Pro. 11.* *Locus explic.*

Isa.58. sio & colligatio manuum, & digitorum; impiorum
conspirationem; sicuti earundem partium agitatio
minas significat. Manum mittere, est auxilium præ-
Iob.30. bere: iniuriam reponere. Inuenire manum, est ali-
Num. 6. liquid efficere posse, & assequi. Manum leuare, est
iuramento prętare, seu iurare: solebant enim Iudęi
cum iurabant, manus leuare; ut ex multis scripturæ
Gen. 14. locis patet: quomodo exponitur illud: Inducam uos
Exho. 6. in terram, qua leuaui manum meam, idest quam uo
Locus explic. bis me daturum, iuramento confirmaui. Est etiam
leuare manum, præualere, uim in aliquē exercere, &
Psal. 73. potentiam ostendere: qua eleuatione ij solent uti,
qui orant: est enim orantium ritus. Heroglyphici,
Orius. per manum, hominem laboriosum, ut Orius Apol
lo scripsit significabant. Manus de Deo multis mo-
dis metaphorice dicitur. Primum Dei manus est po-
Ps. 920. tentia & virtus eius, qua cuncta fabricauit. Deinde,
Tertul. ut Tertulianus scripsit, est eius uoluntas, cum per
Psal. 30. uoluntatem proxime omnia operetur Deus. Præte-
Exho. 33 rea, manus Dei, est auxilium, protectio, & cura di-
Exho. 7. uina, qua omnia cōseruat, & regit. Insuper, Dei ma
Iob. 13. nus est punitio, & uindicta diuina: qua manu, im-
Isa.15. probos in omni genere bonorum fortunæ, corpo-
ris, animæque punit; qua etiam manu dicitur ali-
quando obscurare mentem. Ad hęc, miracula a Deo
facta, aliquando eius manus uocantu; quo modo,
Hilar.ps. 67. ut Hilarius scripsit, etiam sacramenta Dei manus di
cuntur. Ex quibus colligitur, Dei manus, interdum
esse ipsius opera. Denique duę Dei manus, sunt Fi-
Psal.49. 88. lius, & Spiritus sanctus, quibus manibus fecit, &
instaurauit mundum. Verbo enim Dei facta, & spi-
Ambros. in hexā. ritu oris eius instaurata sunt omnia. Angelorum ma-
nus, est uis agendi, & operandi ipsorum. Hęc, quæ
Ruper li. de uict. uer.c.10. de notionibue huius uocis breuiter diximus, si quis
teneat, multa intelliget scriptura loca, quæ de inte-
riore homine explicari debent.
Dion.

Quæ sint

Quæ sint interioris hominis manus. Cap. 76.

EX his, quæ proximo capite scripsimus, non difficile erit, vt arbitror, quæ sint interni hominis manus explicare, atque intelligere. Manus ergo spiritualis, est efficacia, & executio operationis; seu, cum Gregorio, dicamus esse operationes ipsas. Quæ manus debent esse annexæ brachio, idest virtuti operatrici, & maxime diuinæ: & pluribus ossibus, & neruis, virtutibus videlicet solidis & actuosis, constare debent. Hę manus toti corpori spirituali inseruiunt & seipsas iuuant: etenim, χεῖρ τὴν χεῖρα νίζει, *Hesiodus* idest manus manum fricat; caput exornant, & tuētur; cibum ori ori admouent: & ideo scriptum est; Labores manuum tuarum manducabis, idest fru- *Psal.127* ctum, & vtilitatem, uitamque ex tuis operibus per- *Locus explic.* cipies. Hæ manus, totum corpus mundum & nitidū conseruant; modo ipsæ nitidæ sint: quas propterea, ne reliquas partes inficiant, lauare inter innocentes *Psal. 25.* oportet; quod nihil aliud est, quam pure, innocen- *Locus explic.* ter, & religiose uiuere. Hoc significabant illi crebri manuū, qui in ueteri lege fiebant baptismi. Hos manus leuare oportet ad Deum, idque in ipsius nomi- *Psal.62.* ne, vt faciebat, is, qui dixit. In nomine tuo leuabo manus meas, hoc est, tuo fretus auxilio ad te, suppli cum more, manus leuabo, & preces fundam. Hoc idem suos docebat apostolus cum dicebat. Volo er- *1.Tim.2.* go uiros orare in omni loco: leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. Docebat itaque Paulus suos, aptare manus ad prælium, quod etiam Dauid, a Deo se edoctum fuisse psalmo. 17. fatetur. Nullo *Psal. 17.* enim tempore melius & fortius contra spirituales hostes, spiritualis homo spiritualem pugnat pugnā; quā cum manus leuat; hoc est, cum orat. Quod, *De orat. c.9.* cum aduersarius optime intelligat, omnem mouet lapidem, ut homines ab orando diuellat. Vniuer-

sum

sum bellum diuus Nilus aiebat, quod inter nos & dæmones conflatur, non est aliâ de re, quam de oratione: est enim illis oratio valde aduersa & odiosa, nobis uero salutaris & valde benigna. Dum itaque hæ manus leuãtur, vincit Israel; dum deprimuntur, vincitur. Vel, vt alij uolunt, manus eleuatę, sunt operationes orationibus coniunctæ. De manuum spiritualium eleuatione, hęc scripta reliquit Origenes.

Cap. 48.

Exho. 17.

Eleuare manus, est eleuare actus suos ad Deum, & non habere actus deorsum deiectos, sęd ad cœlum erectos. Eleuat manus in cœlum, qui in cœlo sibi thesauros condit. Eleuantur etiam manus, vt Ambrosio placet, cum maxima geruntur opera. Manus hasce extendere, seu expandere, vt Gregorius scripsit, nihil aliud est, quam operationes ad omnipotentem eleuare. Sunt autem speciatim extendendæ erga pauperes; vt fecit fortis illa mulier, idest anima constãs, de qua in prouerbiis dicitur: manuum suam aperuisse inopi, & manus suas extendisse ad pauperem: quę, proinde non timebit domui suæ a frigoribus niuis: oẽs enim domestici ei⁹ uestiti sũt duplicibus: de qua muliere in die extremo dicitur: Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis, idest in loco publico & frequenti, opera eius. Quis hisce uerbis nõ excitetur ad expandẽdas manus in pauperes? aut saltem his: Beatus vir qui intelligit super egenum, & pauperem: hoc est, felix, qui ex animo prospicit ægrotis, qui paupetum & afflictorum curam digneter suscipit: in die mala idest in die illa, quæ dicitur dies iræ, dies calamitatis, & miseriæ, dies amara valde, liberabit eum Dominus: Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, idest bonam valetudinem illi præstet; & beatum faciat eum in terra; viuentium videlicet, & beatorum: & non tradat eum in animam inimicorum eius, idest in manus, potestatem, & desiderium Dæmonum animam eius occidere & torquere cupientium. Dominus opem

Pro 31. Locus ex plic.

Psal. 40.

Locus ex plic.

opem ferat illi super lectum doloris sui, idest cum ipse aliquo graui morbo laborabit, aut aliqua angustia opprimetur, Deus illum iuuet: uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius: tu inquam Domine, eum sic affectum mirabili cura custodisti, & voluptate affecisti; ita ut non graues, sed iucundæ ei calamitates visæ sint. Diuus uero Ambrosius ait, manus extendere, esse Deum precari, bene uiuere, & operari. His manibus, hoc est bonis operibus, exquirendus est Deus, præsertim in die tribulationis. Manibus Deum inquirere, ait Gregorius, est sanctis operibus Deum inuocare, & ab eo auxilium petere. Reperitur etiam in sacra pagina quidam loquendi modus, qui multum ad hunc locum pertinet, & est: animam habere, uel esse in manibus; quæ verba, vt quibusdam placet, nil aliud significant, quam esse in bonis operibus, a quibus animæ uita & conseruatio perdet. Aut certe, est uersari in periculo; metaphora sumpta ab illis, qui uas magni valoris manibus gestant; & cum timeant, ne inter ambulandum impingant, & labentes illud confringant, caute incedunt. Nos ergo caute ambulare debemus, quia gestamus in vasis fictilibus, idest in his mortalibus corporibus, thesaurum gratiæ & donorum Dei: propterea cauendum est, ne in aliquod peccatum impingamus, & diuinorum donorum iacturam faciamus. Vel denique animam esse in manibus, est intentionem cordis operibus ostendere. Iam vero, noui hominis manus, est liberum arbitrium, cordisque affectio; in qua manu posuit Deus hominem, quando eum creauit. Propterea libro de uirtutibus Theages eleganter uoluntatem, χεῖρας ψυχᾶς τίνας, idest manus quasdam animæ nominauit. His manibus hoc est liberis & promptis uoluntatis affectibus exquirendus est Deus; quę si brachio, idest auxilio diuino fuerint iunctæ, poterit internus homo per eos bona apprehendere, & mala a se repellere. Postremo, spiritua-

Psal. 76.
Locus explic.
Iob. 13.
1. Reg.
2. Cor. 4.
Locus explic.
Aug.
Theages.
Psal. 76.

les manus, sunt uires & fortitudo ad agendum prompta, quibus res apprehenduntur, & retinentur. Has suas manus hic homo, diligenter mundet & lauet, ne qua macula illis adhæreat; ut possit cum viro innocentissimo dicere: Si in manibus meis adhæsit macula: ac si dixisset: nullum sceleris crimen perpetraui, purus, ac mundus ab omni peccati labe exi sto. Has suas manus potius ad dandum, quam ad accipiendum porrigat; cum beatius sit dare, quam accipere; sitque uerum, quod eleganter quidam cecinit.

Iob. 31.

Locus explic.

Acto. 20

Marto. li. 5.

Quas dederis solas semper habebis opes.

Quando autem dabit, ita det, quasi nihil unquã accepturus: quando vero accipiet, ita accipiet ut cumulatissime sit redditurus, & maiore mensura, quã accepit, sententia illa. Da cœcus, accipe oculatus. Cum ab eo aliquid petitum fuerit, statim, si potest. Huc facit se beneficium conferat: quia,

Cic. lib. 1. off. Hesiod.

Auson.

Gratia, quæ tarda est, ingrata est: gratia nanque
Cum fieri poterat, gratia grata magis.

Cum vero fratri a se aliquid petenti gratificari nequit, ita neget, ut de eo bene merendi uoluntatem se habuisse demonstret. Nam, pars beneficij est, quod petitur si bene neges. Nunquam ergo manus contrahat; quas, is contrahere dicitur, qui opẽ petentibus non subuenit: sed potius eas expandat; ad quod faciendum nos excitauit Seruator, cum dixit: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Propterea cauebit ne nimio amoris sui calore hæ manus incalescant, & ideo nerui pietatis contrahantur, digitique constringantur, atque demum totæ arescant. Et ut multa paucis complectar, interno homini diligenter cauendum est, ne id genus manus habeat, quæ in scripturis vituperantur: ut sunt manus impurę, leprosæ, pilosæ, dissolutæ, & sanguine infectæ.

Publian.

Luc. 7.

Luc. 11.

Iob. 30. Isa. 1. Exho. 3. Gen. 27.

De manu dextera, & sinistra Dei, & noui hominis. Cap. 77.

CVM externi hominis manuum, altera dextera, altera sinistra sit, interno quoque homini sua sinistra, & dextera assignanda est. Dextera, in diuinis literis sæpe ponitur pro brachio; & ideo potentiam, & uirtutem significat. Itẽ, dextera, est prosperitas & vita æterna, sicuti sinistra, est tribulatio & damnatio. Tentari a dextris & sinistris, est in rebus omnibus, aduersis & prosperis probari. Non declinare ad dexteram, vel sinistram; est uia uti, & ad extrema, in suis operationibus non flectere. Nescire quid sit inter dexteram & sinistrã, est præ stultitia nullius esse iudicij; & non possé discernere inter bonum & malum. Nam cum certissimum sit dexteram esse ualentiorem sinistra, id, qui ignorat est prorsus insipiens. Habere pro dextero & sinistro, est magni aliquid facere: uel contra, pro nihilo habere. Esse a dexteris, est opem ferre: esse a dexteris & sinistris, est omni auxilij genere opitulari. Sedere a dextris, est imperare: statuere ad dexteram, est in potestate constituere. Denique uniuerse, dextera in bonam partem capitur, ac potiora bona significat: sinistra, in malam, & aduersa designat. Dei dextera, est gloria, potentia, auxiliatrix uirtus, maiestas, & Filius eius. Dextera & sinistra, sunt uisibiles & inuisibiles creaturæ; glorificatio, & condemnatio; prędestinati & reprobi. De læua & sinistra sponsi ita scribit Gregorius; dum exponit illud, læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Per læuam sponsi, uita præsens, per dexteram uero uita æterna designatur: per caput uero sponsæ mens, quæ animæ principatur, assumitur. Sed læua sponsi sub capite sponsę esse dicitur, & dextera eius amplexatur eam; quia uitam tempo-

Deut. 5. Pro. 4. Ionæ. 4. Locus explic. Psal. 15. Psal. 109 Pro. 3. Matth. 25. Orig. Psal. 117 Can. 2. Philo epi scopus. Locus explic.

temporalem sub mente sua semper ponit: uitam uero æternam ut omnino amplexetur, concupiscit. Hęc quippe quæ uidet magnanimiter mente sublimis conculcat, officijs cœlestibus se occupat. Hæc necessitate tollerat; ad illa summo desiderio quasi brachio dextero sponsi adstricta suspirat. In quæ, cum aliquantulum intrat, delectabiliter quiescit; cuius quietis dilectione mundanos tumultos omnino fastidit. Sic quiescentem utique sponsus amplius diligit, & ab eius excitatione, improbos quosque repellit: dicens; Adiuro uos filię Ierusalem per capreas ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa uelit. O felicem animam, quæ in Christi pectore recumbit, & inter uerbi brachia requiescit? Vel cum Bernardo hoc modo hunc locum exponeres. Læua, est sup-
Psal. 15. plicij comminatio, dextera, regni promissio: in qua dextera sunt delectationes usque in finem. Tunc læua est sub capite, quando supplicij condemnatio non stat supra caput eius qui seruiliter timet; sed pœnæ timor mentem timentis propter gloriam Dei sustentat. Aut cum eodem, Læua Christi, est eius amor in passione declaratus, cuius recordatio caput sustinet; dextera beatitudinis promissio. Si hac læ-
Sap. 9. ua sponsę caput, idest mens sustentetur; nunquam ad terrena desideria, ad quæ quod corrumpitur corpus trahit, inclinabitur; sed desiderio beatæ uitæ constricta, ad æterna anhelabit. Quid enim faciet, considerata tanta & tam indebita miseratio, tam gratuita, & sic probata dilectio, tam inopinata di-
Pro. 3. gnatio, tam inuicta mansuetudo, tam stupenda dulcedo? Item, ex eodem: Lęua, sunt diuitiæ ueræ.i. uirtutes: dextera, uita æterna. Læua quidem leuat, dextera uero suscipit: læua medetur & iustificat; dextera amplectitur & beatificat: In læua eius merita, in dextera præmia continentur; in læua medicinę, in dextera deliciæ. De diui Augustini sen-

tentia; sinistra, sunt res ad hanc uitam necessariæ; dextera, sunt bona æterna: supponit capiti necessaria in hac uita: dextera complectitur, promittens æterna. Etenim, præsentis, & æternæ uitæ promissiones habemus. Quęrenda est primo dextera; hoc est beatitudo & gloria Dei: & adijcietur deinde sinistra, hoc est huius uitę commoda. De sinistra dicitur: accipies in hoc sæculo septies tantum: de dextera, in futuro uitam æternam. Vel certe dic, læuam esse Dei consolationem, qua spirituale caput sustentat, dexterã eiusdẽ tutelã. De dextera & sinistra interni hominis: Læua, est quidquid temporaliter habetur, dextera quod æternaliter possidetur. Item, læua sunt opera bona sine gratia facta, quę parum uigoris habent: dextera, opera grata Deo, quę uim rapiendi cœlum habent: & gloriæ pondus operantur. Dextera item, sunt ij qui in spiritualibus instruunt; sinistra, qui in rebus ad corpus pertinentibus iuuant. Dæmum, dextera est uita contemplatiua, sinistra, actuosa uita; in qua cor sapientis esse dicitur, quia sapiens omnia prudenter agit: & ideo, qui imprudenter se gerunt, sine corde esse dicuntur. Quando autem dextera sua internus homo aliquod bonum opus geret; ita aget, ut sinistra, hoc est proximus, id ignoret; id, si faciet dextere, si minus, sinistre, aget. Reperiuntur inter homines aliqui, qui ob caloris abundantiam, vel ob consuetudinem, uti Aod sunt ambidextri; sed tamen raritita in re spirituali, sunt quidam, qui ob caloris spiritualis copiam usumque contemplandi & agendi, utranque uiuendi rationem eligentes, & perfecte uiuentes, ambidextri sunt: cuiusmodi esse deberent, qui populo Dei pręficiendi sunt, ut Moabitas, idest aduersarios hostes uincerẽt, & populum sibi commissum liberarent. Verum, huius generis homines, qui in utraque uita excellant & perfecti sint, non facile reperies. Etenim, semper fuit & est, eritque uerum il-

In psalm. 143. *1. Tim. 4.* *Matth. 6* *Locus explic.* *Matt. 10* *Aug. in Psal. 120* *Ambros.* *Pro. 27.* *Eccl. 10.* *Matth. 6* *Iosu. 3.* *Plat. lib. 6. de leg.* *Iudic.* *Theodor. 12. cont. græcos.* *Iuuen.*

Iud: Rari quippe boni. Et hactenus de manibus; nunc ad digitos, qui in manibus sunt, explicandos accedamus.

Quid, digitus, in diuinis literis significet, & qui sint Dei, & spiritualis hominis digiti. Cap. 78.

Lact. Fir. de opif. Dei c. 6. DIgiti, sunt manus partes, quæ tribus particulis totidemque articulis constant; quibus apprehendimus, constringimus, & alia multa operamur: in quibus, ut Lactantius scripsit, difficile est expedire utrumne species, an utilitas sit maior. Digiti sunt graciles, mobiles, recti, distincti, *Ang. Po-li. mise. c. 62.* maiores & minores, armati & ornati unguibus; in ambabus manibus numero decem, in altera quinque. Quibus uero nominibus appellentur exponere, nostra nihil refert. *Aul. Gel.* In scriptura hæc uox, digitus, præter propriam significationem, aliquando *Pro. 7.* *Sap. 15.* pro potentia & uirtute, aliquando pro certa mensura, *Exho. 25* aliquando pro punitione, ac demum pro imperio *3. Reg.* sumitur. Digitum super os ponere, est silere: digitus uero qui apponitur est index, qui prudentiam significat; qua, quando tacendum & quando loquendum sit, docemur. *Cæl. Rod. lib. 16. c. c. 9.* Inter alia autem, quæ a mortalibus silentio colenda sunt, sunt diuina mysteria, quæ sic dicta sunt, quod ea δεῖ μύσαντες τηρεῖν ἔντον; idest oportet occultãtes intus seruare, uel ἀπὸ τοῦ μυῶ; occulto, & σόματος, idest ore; quasi ab occulto ore. Propterea, olim apud Romanos more usurpatum erat, ut transeuntes ante Deorum ædes, religionis causa, digitum super os ponerent. Qua consuetudine significare uolebant, qua ratione *Cyril.* occultiora mysteria honoranda sint; nimirum sacro quodam silentio. Et hinc est, quod sancti patres interdum conquerunt, quod ob Hæreticorum pra-

prauitatem cogantur occultiora, & sacratiora nostræ religionis mysteria tractare, ac humana quadam ratione ea explicare. Digito loqui, est arrogantiæ indicium, sicuti & digitum ostendere, quod & derisionis & detractionis est symbolum. Varij in manibus spiritualibus digiti, sunt uariæ uirtutes, per quas uaria operantur, siue uariæ animæ uires, siue uaria Spiritus Sancti dona; quibus aduersus Dæmones pugnamus & bona apprehendimus. Digitus ex Ambrosio, est eminentia perfectorum operum, quibus Christus apprehenditur. Quare, uniuerse loquendo diceres, digitos esse facultates, per quas proxime operamur, seu operationes ipsas perfectas. Hi digiti debent esse humilitate graciles, diligentia mobiles, iustitia recti, discretione distincti, uirtute fortitudinis & perseuerantiæ armati; numero decem; ut decem diuinę legis præcepta persoluant: tribus prudentię partibus, aut certe, numero, pondere, & mensura constare, & Trinitatis fide uel trium uirtutum Theologicarum articulis quasi uinculis, ligati esse debent. Quinque digiti, quorum auxilio tangimus, & apprehendimus omnia, sunt quinque corporis sensus, per quos interna manus attrectat, & operatur cuncta; cum nihil operetur, quod non sit aliqua ratione subministratum a sensu: Huc facit illud Apostoli: Fides ex auditu. Quando interior manus suis digitis aliquid recte operari uoluerit, necesse est ut eorum articuli diuinæ legis præceptis ligati sint, idest oportet, ut interior homo in promptu habeat diuina mandata, ne quid ultra præscriptum faciat. Hoc monuit sapiens, cum de diuina lege, quæ a ligando dicta est, dixit: Liga eam in digitis tuis: scribe illam in tabulis cordis tui. Idem ipse Deus cum legem dedit, docuit cum dixit: Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos, idest sint pręcepta mea in manu tua, ut re ipsa

Pro. 6. *Isa. 18.* *Francisc. Geor. in probl.* *Rom. 10.* *Locus explic.* *Deut. 6.*

perficiantur; sint ante oculos tuos, ut dic ac no-
cte mediteris ea. Quare, internus homo, qui
Matt.23 est ueræ fidei uerus confessor, non tantum more
pharisaico, ut gloriam sibi superstitiose uiuendo
aucupetur humanam, dilatet philacteria, idest
Locus ex membranas quasdam, in quibus decem legis, uer-
plic. ba sint descripta, in fronte liget; ut semper ob
Hieron. oculos moueantur, ut legem in specie se custodi-
re demonstret; & neque solum in capite, idest in
memoria, sed etiam in manibus, & digitis gestet;
vt quæ nouit, opere perficiat. At uereor, ne
in pharisæorum numerum multi ex Christianis
referendi sint, qui iactantes philacteria, dum se
multa cognoscere & dicere profitentur, nihil
eorum quæ norunt & dicunt, faciunt: sed isti
uapulabunt multis. Ostendet internus homo in-
dice; idest prudentia & sapientia sua, honeste,
Isa.8. & Christiane uiuendo, ac etiam docendo erranti-
bus uiam, qua ad cœlor remigratur. Digito de-
inde in terram, ut Christus fecit, scribet, quan-
Cant.5. do bene agendo, humiliter se geret: quæ si fe-
Locus ex cerit, de ipsius digitis dici poterit, eos stillare
plic. myrrham; quia fragrantes bonorum operum spi-
rabunt odores. Quando uero ei cum aduersa-
Psal.143 rio pugnandum erit, ad suum Imperatorem se
conuertat, ab eoque suppliciter petat, ut suos
digitos ad prælium docere uelit; quia, ab eo
edoctus, suos hostes superare haud difficile po-
terit. Tunc poterit manum suum mittere ad for-
Pro.31. tia, hoc est difficiliora opera aggredi; ac di-
gitis suis apprehendere fusum; idest, quod
Locus ex fuerit edoctus, quod cognouerit, opere com-
plic. plere. Et, ne quando digitis se & alios conta-
minet, aut quæ facit inficiat, caueat, ne di-
Isa.59. gitos iniquitatis plenos, habeat: hoc est, o-
Locus ex pera omnia, quæ facit sint honesta, mun-
plic. da, & maxime in fine, quasi in summis digitis:
quia

quia sæpe incauti homines cum opera quædam fere ad summum perduxerunt, facile superbiæ uel uanæ laudis uitio, ea inficere consueuerunt. Dei digitus speciatim, est Spiritus sanctus, quo lex in tabulis lapideis scripta in monte fuit. Ipse enim scripsit, qui scribēda dictauit. Hoc digito Dominus eijciebat Dęmonia. Sicut enim digitus cum manu uel brachio, manus uero uel brachium cum corpore, sunt in natura unum: ita, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres quidē in personis, in una uera diuinitatis substantia, unum sunt. Digiti Dei, sunt sancti prophetę, & canonici scriptores; per quos canonicos & sacros libros scripsit: de quibus patres exponunt illa uerba: Videbo cęlos tuos, opera digitorum tuorum: hoc est, legis diuinæ libros, sanctorum ministerio scriptos. Vel digiti Dei hoc loco, magnitudinem potentiæ & sapientiæ diuinæ designant, cum opus tam grāde, ac tam artificiose fabricatum, opus digitorum Dei esse dicitur; quibus uerbis facilitas in eo conficiendo bellissime indicatur. Aut certe, digiti quibus facti sunt cœli, sunt Filius & Spiritus sanctus, cum per sapientiam & amorem condita sint omnia.

Locus explic. *Exo. 31.* *Luc. 11.* *Mat. 12.* *Psal. 8.* *Locus explic.*

De spirituali spiritualis hominis tactu.

Cap. 79.

QVamuis tactus eiusmodi sit sensus, qui in toto animalis corpore est diffusus: tamen, ab homine manibus & digitis, quibus attrectat potissimum exerceri solet propterea, cum de manib. & digitis superius scripserimus, consequens est, ut de tactu aliquid dicamus. Est in tactu, ut ait Ambrosius, uoluptas gratissima sincerumq; iudicium. Plerunq; enim tactu probamus, quæ oculis probare non possumus. Tactu, quid lene, quid asperum, quid durum, quid

In hexa. c. 9.

quid molle sit percipimus, ac qualitates primas, utputa, caliditatem & frigiditatem sentimus. Est deniq; tactus quasi basis reliquorum sensuum, sine quo cæteri esse non queunt; & per omnes animalis partes est diffusus, ac proinde sensus patibilis nominatur.
Exo. 11. Tangere, in scriptura, est molestia afficere, uexare, attingere, seu peruenire: tangere mulierem, est illam cognoscere. Tangit Deus interiorem hominem cum in eius cor gratiam inspirat, cum ad compunctionem & dolorem excitat, cum auxilium præstat, & demum, quando castigat & punit. Tactus in Angelis, ut Dionysius scribit, est constantia & discretio, qua utile & noxium discernunt. Eadem quoque discernendi, & probandi uirtus, erit tactus in spirituali uiro. Vel, ut arbitror, tactus spiritualis est euidentior quædam fidei esperientia & attrectatus; qui tactus in eo repe ritur; qui per fidem, quæ ad statum uitæ spiritualis pertinent euidentius cognoscit, & quasi manibus attrectat. Hunc spiritualem tactum is habet, qui uirtute fidei & contemplationis, ęterni ignis æstum sentit: ut prudens ille uir; qui cum ardore libidinis uri cœpisset, de igne inferni cogitans, digitum ad lumen lucernæ admouit, ut experiētia cognosceret, an ignem illum ferre posset: & cum calorem luminis lucernæ ferre non potuisset, timore alterius ignis perterritus, concupiscentiæ calorem extinxit, & a peccato, ad quod accedere iam cogitauerat, resiliuit. Is inquam spiritualem tactum habet, qui perennis beatitudinis bona cogitando attrectans, nihil non agit, ut ea consequatur, & ab eorum consecutione nulla ratione retrahi se patitur. Hunc tactum perfecte habebat is, qui dicebat: Quis ergo nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculũ? an ꝑsecutio? an gladius? Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque Angeli, neque principatus, neq; uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundũ, neque

Marginal notes: Ps. 104. Exo. 30. Orig. ho. 1. in Ierem. Ps. 103. Dan. 10. Iob 1. 2. Dionys. Rom. 8.

neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Vide tactionem: uide tenacitatem: uide adhæsionem. & alibi: Scio cui credidi. Hunc tactū habebat etiam Aegidius tertius diui Fracisci discipulus, qui, etiam dum per uiam ambularet, si audiuisset hoc uerbum. Paradisus; statim spiritu rapiebatur. Hunc tactū habebant etiam de quibus capite de gustu mentionē fecimus. Et sanctus Diadochus refert de quodam, qui desiderio caritatis diuinæ cognoscēdæ ardebat, & cū Deus id ei tribuisset; aiebat talem in se operationem sensisse, ut anima cum inexplicabili lætitia, & caritate desideraret ex corpore excedere, & ad Dominum proficisci. Diceres etiam tactū spiritualem esse uirtutem commiserationis, qua spiritualis uir tangit, cū quempiam ex proximis aliquid molestiæ pati, sentit. Hunc tactum habebat is, qui dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? &c. Et sicuti tangendo quale unumquodq; eorum, quæ attrectamus sit, discernimus; ita prudentiæ uirtute, quasi quodam tactu cuiuscunque rei qualitates percipimus; quæ prudentia in toto corpore spirituali, hoc est, in omnibus uirtutibus reperiri debet; ut nocua reijciamus, & salubria prosequamur; uel, ut in omni re per tactum commiserationis fratri compatiamur. Ad quam cōmiserationem spiritualis uir excitabitur, si quantum Christus ipsius misertus fuerit, sentiet. Sentiet autem, si digitum in latus & uulnera crucifixi mittet; hoc est, si spirituali quadam experientia sentit, quantum pro ipso filius Dei perpessus fuerit; ut & proximi misereatur,

Atque redemptoris Christi sibi passio prosit.
Lancea, crux, plagæ, spongia, spina, cruor.

Dabit operā internus homo, ne quid immundum & morticinum, aut pollutum contingat; ne ad uesperum usque immundus euadat, & quæ tetigerit, & eos a quibus tactus fuerit immundos efficiat. Hoc faciet,

S. Diadochus.
2. Cor. 11
1. Cor. 12
Ioan. Rauis. orat. de Beata Virg.

Leui. 15. ciet, si, nec ipse peccabit, nec aliorum peccatis aliqua
Orig. ho. ratione consentiet. Abstineat etiam a tactione picis,
Isych. id est a rebus hisce terrenis, ne ab eis inquinetur: similiter ab experientia peccatorum: quæ ideo aliqui tangere desiderāt, ut ea melius cognoscant, & postea fugiant. Sed satis, mea quidem sentētia, id imprudenter faciunt: quod exemplo primorum parentum co-
Genes. 3. gnoscere licet: qui, dum uetitum pomum, ut tāquam
Her. Dij bonum, & malum cognoscerent, contingere uo-
Harph. luerunt, omnibus diuinitus datis donis expoliati, & iumentis similes iudicati fuere. Quare se prudenter
Alcæus. geret, si cuiusdam sapientis poetæ admonitionē fuerit amplexus, qui ita monuit: Sub omnem lapidem scorpius, o sodalis subrepit; caue ne te feriat: id enim quod est in tenebris adiunctū, omnem habet dolum. Demum, moneo internum hominem cauere, ne un-
Zach. 2. quam Dei pupillam, aut Christos, id est sacerdotes
Locus ex piosque uiros Deo caros tangat, id est ne iniuria af-
plic. ficiat: a quo iniquissimo tactu paucos reperies, qui se omnino contineant. Passim enim inuenies, qui Dei seruos uituperent, lacerent, atque eorum, si quæ habent pudenda, cæteris manifestent. Ab hac tactione abstinebit, si hos, & parentes, & nutrices, & pedagogos, & oculos suos esse meminerit.

De uentre, & utero Dei, & spiritualis hominis. Cap. 80.

Cum de brachijs manibusq; superioribus capitibus ea dixerimus, quæ ad nostrum institutum facere uidebantur; sequitur, ut ad eas partes explicandas, quæ lateribus & pectori sunt coniuncti, ut sunt uenter & uterus, quarum partium non raro in sacra scriptura fit mētio, reuertamur. Venter in humano corpore est ea pars, quę a pectore incipit, & deorsum uersus ad pubem extenditur, duobusq; lateribus clauditur, & umbilicum extrinsecus, atq; uiscera & stomachum

chum interius continet: & est, naturæ mollis, atque tractabilis. Et quamuis uenter & uterus inter se differant, quod uterus priuate dicitur de fœmina: tamen, hæ uoces in scriptura non raro confunduntur. Vēter translate, pro concupiscentia, auiditate, & luxuria capitur: Item, pro ipsis interioribus, & pro rei alicuius medio: quo modo intelligitur illud. Liberasti me Domine de altitudine uentris inferi, hoc est de medio inferno, seu sepulchro; uel a maximo quodam periculo. De uentre, seu ab utero idem est, ac si diceres, a natiuitate. De spirituali uētre hæc Philippus presbyter scripta reliquit. Ventrem, quēdam sinum animę dictum intelligimus; quia quemadmodum receptaculum quoddam est corporis, quo uiscerum uitalia continentur, & hoc uentris nomine appellamus: ita, uirtutem quandam exercitationis animæ capabilem, illa translatione per demonstrationem nominis dicimus, quæ eodem modo cogitationibus, quo uenter hominis uescis, repletur. Sancti, ait Origines, uentrem habent, in quo a timore Dei concipiunt, & plenus est uenter eorum aquæ salientis in uitam æternam; gratiæ scilicet. Qui credit in me, sicut ait scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Quia enim de mente fidelium, ait Gregorius, sanctæ prædicationes defluunt, quasi de uentre credentiū aquæ uiuæ flumina decurrunt. De eodem uentre intelligitur illud Ieremiæ: Ventrem meum, uentrem meum doleo: & exponens de quo uentre loqueretur, adiecit: Sensus cordis mei conturbati sunt. Neque enim ait Gregorius, ad salutem populi pertinebat, si propheta uentrem corporeum se dolere prædicaret Sed uentrem doluit, quia mētis afflictionem senfit. Item, quid sit uenter spiritualis, ex eodem Gregorio cognoscitur dum declarat hunc locum Iob: En uenter meus, quasi mustum absque spiraculo, quod laguncu las nouas disrumpit. Ventrem, sinum cordis appellat: in musto uero Spiritus sancti feruor accipitur: lagun-

Ezec. 7. *Leu. 3.* *1. Re. 28* *Eccl. 21.* *Locus explic.* *Isa. 48.* *Ioan. 7.* *Locus explic.* *Iere. 4.* *Locus explic.* *Iob 32.* *Greg.*

culæ

Locus explic. culæ sunt terrena corporum uascula; habemus enim thesaurum istũ in uasis fictilibus; uel spiritualia corda, quas lagunculas Spiritus sancti feruor disrumpit. Ex quibus constat uentrem interiorem esse hominis mentem, seu conscientiã & memoriam. Hic uenter uiscera cõtinet, nimirum cor intelligentiæ, iecur affectionis, fel contritionis, splenem risus & consolationis. Sumitur interdum uẽter speciatim pro ea animalis parte, quæ cibos excipit, quæ stomachus dicitur, si stomachus pro ciborum receptaculo sumatur: de qua parte, licet pro suscepto ordine inferius, cum de partibus internis agetur, disputandum esset; tamẽ, hoc loco de ea, propter oportunitatem, aliquid dicemus. Reperiri quendam spiritualem uentrem in hac significatione, aperte cognoscitur ex illis uerbis Ezechielis: Venter tuus comedet, & uiscera tua replebuntur. Hic uenter est mens ipsa, quæ cogitando & contemplando cibo refertur spirituali; super quo loco, sic scribit Gregorius. Cum mens nostra pabulum ueritatis acceperit, interna nostra non iam uacua remanent, sed alimento uitæ satiantur. Sunt, quorum uenter comedit, sed non satiantur uiscera, illorum scilicet, qui uerba Dei audiunt, sed non custodiunt illa: illorum inquam, qui aliud mandunt, aliud esuriunt. Vt autem melius uis spiritualis uentris explanetur, de uentre corporali non nihil dicendum est. Venter carnalis excipit cibum, quem digerit, & digestum in ceteras partes distribuit, ac propterea a natura in medio corpore est collocatus: & licet hæc pars ociosa, & inutilis esse uideatur, & intus lateat, & ei omnia mẽbra inseruiant; tamen est ualde utilis, & necessaria; & ut ab omnibus iuuatur, ita omnia iuuat; ut ea deficiente, cetera membra deficere necesse sit. Ventris uicem in corpore mystico politico, seu ecclesiastico gerunt principes & prælati, qui, apud quosdam minus prudentes male audiunt, quia otiosi, & inutiles esse uidentur; sed, quantum hi ho-

Act. 2. *2. Cor. 4.* *Ezech. 3. c. 3.* *Locus explic.*

mines totum reipub. corpus, & omnia membra iuuent, atque sustentent, isti non intelligunt. Solet, ut ad rem redeamus, carnalis uenter frigore, & calore, sed non una, & eadem ratione affici. Hyeme nanque ob acres frigoris morsus calore intus collecto, plus cibi appetit, & sumptum cibum facilius digerit. Aestate uero, contra; quia uitalis calor diffunditur; quo fit, ut animalis uires relaxentur, unde fit ut cibus appetatur & concoquatur minus. Ita, in re nostra: in hyeme tribulationum caritatis calor intus feruet, & ideo spiritualis cibus durior, melius concoquitur, & in sangninem conuertitur; ex quo fit, ut cũ quis plus cibi calamitatum, ac lacrymarum potus sumpserit, plus sumere desideret. In æstate uero prosperitatis, spiritualis calor disperditur, interiora animæ languescunt, cibus, nec appetitur, nec libenter sumitur, nec sumptus digeritur. Hinc corrupti humores, & spirituales putredines nascantur; hinc dolores, qui uentrem uehementer pungunt; hinc uermes, qui conscientiam arrodunt. Quo fit, ut ad medicamenta amara, & ad purgationes ingratas confugiendum sit. Quare, si intactum hunc uentrem internus homo conseruare cupit, eum aqua saliente in uitam æternam repleat, quæ nõ modo omnem sitim extinguit, & appetitionẽ sedat, sed etiam ab omni corruptione præseruat. Cauebit itaque, ne hic uenter unquam terræ adhærescat, id est ne rebus caducis, eas appetendo, maneat affixus; ne uoluptatibus perfruatur terrenis: sed potius, tanquam uter in pruina, arescat. Nihil enim potest ab humanæ mentis celsitudine esse magis alienum, quam hisce rebus caducis, momẽtaneis, & uanis se se implicare; quod qui faciunt, quodam modo subtus terram sepelire se se uidentur. Propterea sapiens, cum timeret in hunc errorem incidere, hũc in modum precabatur Deum: Aufer a me uentris concupiscentias: Concupiscẽtias speciatim ciborum & pecuniarũ, quibus potissimum

Ioan. 1. *Psal. 43.* *Iacoben.* *Eccl. 23. 33. 40.*

mens deprimitur, ac uilescit. Nam, qui his cupiditatibus laborant, contra Dei honorem, & animi præ-
Gal. 5. stantiam, sibi Deos fingunt. Auaritia nanque est idolorum seruitus, & Deos ex argento, auroq; sibi for-
Ezech. 7. mat, atque ita hominum animos inflammat, ut satiari & expleri unquam nequeant: quia

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Edacitatis quoque uitium, uentrem pro Deo ha-
2. Re. 25 bet: & cocorum princeps, ut in diuinis legitur literis,
Petrus destruxit muros Ierusalem. Cocorū princeps, ut qui-
Dan. epi dam scripsit, est uenter, cui nimirum a cocis laborio-
sto. 1. so opere, tanquam Regi & Deo, qui destruxit ædifi-
Locus ex cium animæ Deo gratæ, seruitur. Caueat itaque in-
plic. ternus homo, ne ita se deprimat, ita uilescat, ut ganeones, heluones, bibaces, & uinosos homines imitando, uentrem pro Deo habeat; & is qui ob suam præ-
Phil. 3. stantiam Deus aliquo modo appellari potest, is esse
Cant. 5. dicatur, cuius Deus, uenter est. Operam igitur po-
Locus ex tius diligentem nauet, ut uētrem eburneum habeat,
plic. id est, mentem munditia candidam, & distinctam sa-
Cant. 7. phiris, hoc est uarijs ornatam uirtutibus, ut sit ueluti
Ps. 109. aceruus tritici, uallatus lilijs. Dei uterus, est arcanū, seu secretum substantiæ Patris; ex quo utero ante lu-
Locus ex ciferum, id est ab omni æternitate eiusdem substan-
plic. tiæ Filium, genuit. Si ex utero, non ex aliqua materia, non ex nihilo, ut uolunt hæretici, sed ex eadem
Lib. de fi substantia Patris. Confitemur, inquit Eugenius Car-
de Cathr. thaginensis episcopus, Patrem de seipso, hoc est de eo, quod ipse est sempiterne, atque ineffabiliter Filium genuisse, non extrinsecus, non ex nihilo, non ex alia subiacente materia, sed ex Deo natum esse. Item uterus Dei, sunt incomprehensibilia iudicia eius, quæ uideri & cognosci nequeunt. Vel certe, uterus
29. Mar. & uenter Dei, pietatis supernæ uiscera cum Grego-
c. 21. rio esse diceres.

De umbilico. Cap. 81.

IN alijs partibus, quas sponsus in corpore sponsę suæ, in Canticis canticorum, id est in illo supremo epithalamio laudat, est umbilicus, qui crateri tornatili non indigente poculis comparatur: propterea, hæc pars, licet minima sit, a nobis prætereunda non fuit. Vmbilicus, est intestinorum ligamen in medio uentris, per quem fœtus, dū est in matris utero alitur. Hinc est, quod translate pro medio alicuius rei sumitur; ut terræ umbilicus, sit medium terræ. Sumitur etiā pro uoluptatibus, & delectationibus; cum in hac parte, in fœminis ueneris pruritus uigere dicatur. Residet enim concupiscentia in medio uentris; hoc est in medio carnis, & appetitionis carnalis. Quo fit, ut umbilicus in interno homine sit concupiscentia, quæ est in anima. Neque enim internus homo, ita in hac uita perfectus est, ut ab omni concupiscentiæ motu liber & uacuus omnino sit. Debet tamen hic umbilicus tornari, & poliri, ut instar crateris tornatus, & propolitus sit. Itaque, licet internus homo sine priuato Dei auxilio omnes prorsus concupiscentiæ motiunculas detornare non possit; tamen ei ita uiuendum est, ne qui maiores motus in hoc suo umbilico, ob quos uēter turpior euadat, consurgant: ne ipsi quod apud Ezechielem legitur, dici queat: In die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus; & aqua non es lota in salutem; nec sale salita, nec inuoluta pannis. Dies ortus, est cum anima, quæ ob peccatum mortua erat, nascitur Deo; quo tempore debet rescindi umbilicus, hoc est concupiscentia: debet lauari uenter lacrymarum aqua, ad abluendas sordes sanguinis, hoc est peccatorum: debet aspergi sale sapientiæ, seu pœnitentiæ, ad exiccandum & indurandum quod erat molle & fractum in animo: ac demum, noua creatura pannis, id est, bonis operibus, ne membra diffluant, inuoluenda est. Quare, spiritua-

Cant. 7. *Ezec. 38.* *Hugo Card.* *Cant. 7.* *Locus expositus.* *Ezec. 16* *Locus explic.* *Iere. 4.* *Psal. 6.* *Hug. in hunc locum.*

lis umbilicus a principio resecandus, lauandus, saliendus, ac pannis inuoluendus est. Quod si interdum morbo aliquo afficietur, qua sit ratione sanandus, *Prou.3.* ex sapiente prouerbiorum capite tertio discitur. Time Deum, recede a malo; sanitas quippe erit umbilico tuo: id est, timore Dei, non humanis medicamentis, cupiditates tuæ sanari possunt. Timor namq; Dei expellit peccatum: & qui sine timore est, non potest iustificari. De sententia Bedæ, umbilicus est imperfecta operatio & actio; quam, qui præscisam habet, umbilicum tanquam craterem tornatilem, non indigentem poculis habere dicitur; quia nullas habet rerum caducarum, aut libidinis appetitiones. Vel cum Ambrosio, umbilicum tornatilem is habet, qui omni doctrina est perpolitus, & tornatus, ac proinde potu spirituali non eget, cum in se doctrinæ scaturigines habeat. Denique, dicere quis posset, umbilicum tornatum esse perfectam operationem, tornatam, & rotundatam, cui nullius circunstantiæ deesset perfectio.

Locus explic. *Eccl.1.* *Beda.* *Ambr.*

Ruper. Hunc locum exponens Rupertus de beatissima Virgine, sic scribit. O sunamitis, o filia principis, corde & *Cant.7.* corpore casta es, mente & carne integra & incorrupta, cogitatione & opere munda. Hoc enim uersiculo appetitus carnalis cogitationis denegatur, qui si inesset, nunquam ueraciter diceretur; umbilicus sic præcisus; immo, & circumcisus, ut crater tornatilis, neque adderetur, nunquã indigens poculis. Nam, quid est, umbilicum non indigere poculis, nisi non uri, uel sitire per appetitum libidinis? Vere itaque, & uerissime Beatissima Virgo habuit umbilicũ tornatilem, quia in eius mente nunquam uel minimus appetitionis a ratione aberrantis, natus est motus; quandoquidem eo caruit peccato, a quo omnis turpis appetitio ortum habuit.

Locus explic.

De femoribus, quæ sint Dei, & interni hominis femora. Cap. 82.

FEmora, casũt hominis carnalis partes, quæ ab inguinibus ad genua pertinent: quibus sustentatur, super quæ homines se cingunt: & cum illis generationis instrumẽta sint affixa, libidinis symbolum in sacris literis esse solent. Hinc est, quod in ueteri lege reperimus antiquos patres solitos fuisse iurare posita manu super femur, tanquam super partem sacram, cum ex eorum femoribus sacratissima filij Dei humanitas proditura esset. Non secus, ac si in nostra lege, sacerdos, per sacratas manus, aut Christianus tactis Euangelijs iuraret. Dei femur, est Christus, uel natura humana a uerbo assumpta: in quo femore scriptũ est: Rex regũ & Dominus dominantiũ. Cui regi potentissimo dictum est: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: gladio nimirum fortitudinis, potestatis, sapientiæ, & uerbi tui, qui gladius erit tibi decori, & gloriæ. Tu inquam potentissime, qui fortitudine præcinxisti te, O Christe, qui gladio tuo strauisti inimicos, diuisisti filium a patre, filiam a matre, nurum a socru: quia non uenisti mittere pacem in terram, sed gladium. Ex his constat, femur, posse nobis significare potentiam, & carnis opera. Erunt igitur, in primis, interna femora, appetitiones, & illecebræ carnis: quæ femora debent esse acincta gladio austeræ uitæ & temperantiæ, quo gladio succrescentes appetitiones resecandæ, & zona castitatis comprimendæ sunt. Quare, ut scribit Hieronymus, gladio castitatis & uirginitatis opera carnis resecare oportet. Vnusquisque enim debet habere ensem super femur suum, propter timores nocturnos: ne hostis, qui in nocte uitæ huius ad homines necandos accedit, eos uoluptatibus emollitos & debilitatos inueniat, & ideo facilius uincat. Ea ergo ra-

Gen. 24. 47.
Locus explic.
Eucher.
Lyran.
Apoc. 14
Psal. 44.
Locus explic.
Ps. 94.
Aug.
Luc. 12.
Hier. epi. ad Principiam.
Greg.
Locus explic.
Cant. 3.
Locus explic.

tione spiritualis homo uiuat, ne unquam ei dici possit: Inclinasti femora tua in mulieres; quod nihil aliud est, quam mulierem carnaliter concupiscere. Quid enim turpius de spirituali homine dixeris, quã, si eum carni inseruire dixeris? & eo se se inquinare uitio, quo non modo spiritus, sed etiam corpus inficitur? Hoc loco, ad retrahendos homines a uitio isto fœdissimo, tetrasticon quoddam, quo eleganter turpis uenus uituperatur, quod apud quendam auctorem me legisse memini, adscribere placet.

Eccl. 47.

Bapt. Mant.

Ardet in affectu uenus anxia, sordet in actu;
Efficit, atque pudet; presto patratur opus,
Post factum, fecisse pudet; cito præterit illud,
Quod iuuat: æternum quod cruciabit erit.

Huc faciet etiam, si considerabit fore aliquando si impudice uixerit, & femora mulieribus inclinauerit, ut Deus ipsius femora coram omnibus hominibus in die iudicij, nudet. Ego, ait Deus per Ieremiã, nudaui femora tua, contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ. Et illud de pœnitentia, si quis accuratius perpenderet, quis id unquam perpetrare audebit, cuius certo scit fore ut se pœniteat? Quod si Demostenes meretrici magnam mercedem petenti, dixit: Non tanti emerem unum pœnitere; quid dicere deberet is, qui leuem, & sordidam uoluptatem capiendo, gratiæ Dei, & bonorum omnium spiritualiũ, summæ & æternæ beatitudinis, ac demum, & animæ suæ iacturam facit? Quid, si etiam consideraret uitia omnia, quæ ab hac una matre luxuria nascuntur? quorum quodlibet per se est graue; & perniciosum, ac propterea pluribus de causis mater fugienda, atque necanda est, ut ea mortua, filiæ quoque, quas hoc hexactico, eleganter quidam complexus est, pereant;

cap. 13.

Aulus Gel.

Impuram uenerem sectatur spurca libido,
Excitas & rapidas carnis amica faces,

Vnde homo fit præceps, inconstans, lumine mentis *Io. Gheesdal in catechis.*
Captus, uirtutis osor, amansque sui:
Contemnens Deum, uehemensque instantis amator
Temporis, ac misere secla futura timens.

Diceres deinde, femora, esse uirtutem constantiæ, & perseuerantiæ, quibus totum corpus spirituale sustentatur, atque erigitur. Habent femora suas iuncturas, de quibus sic in canticis scribitur: Iuncturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis. Femora, ut aliqui in hunc locum scribunt, sunt animæ potentiæ, in quibus uirtutes continentur: quorum femorum iuncturæ, sunt unio concors, & conuersatio mutua, quæ sunt ueluti monilia quædam, quæ splendent, & uirtutum sunt indicia: sed tamen opus est, ut manu artificis, qui concordiæ & pacis est auctor, fabricata sint, si splendere, ac placere debent. *Cant. 7.* *Locus explic.*

In homine interiore nullæ inhonestæ partes esse debent, & si sunt, qua ratione tegendæ sunt. Cap. 83.

PVderet me hoc loco, de partibus minus inhonestis quidquam scribere, nisi de his ea dicturus essem, quæ scriptura & sancti patres dicunt; atque ea ijs hominibus non scriberem, qui non carnalia, sed spiritualia cogitaturi sunt. Agam tamen pudenter, & paucis: tum quia hæ partes imperfectiones significant, quibus uir spiritualis carere debet: tum quia, ob hominum malitiam de his apertius, & fusius disserere, honestatis causa, non licet. Voces igitur, quibus hę partes significantur, fomitem peccati, appetitum libidinis, & peccatum ipsum translate significãt. Quare, hæ partes, in iteriore homine esse non debẽt, & si quæ reperiũtur tegẽdæ sunt, ut q̃ ignobiliora, & inhonesta sunt, honorem & honestatem abundantiorem habeant. Huc facit lex illa, quæ Exodi capite *Leuit. 16* *gloss. ord.* *1. Cor. 12* *Exo. 28.*

 pite

pite 28. habetur, cum de uestimentis pontificiis fit mentio. Facies & feminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis tuæ, a renibus usque ad femora, & utetur eis Aaron & filij eius, quando ingredictur tabernaculum testimonij, uel quando appropinquant ad altare, ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Feminalia, nihil aliud sunt, quam castitatis uirtus, qua partes istæ tegendæ sunt, ut ex Origene homilia nona in Leuiticum colligitur, ubi inter alia hæc scribit: Ita ergo, & omnis, qui in castitate uiuens imitatur Christum, hoc solum de humanis actibus nesciens, etiam ipse lineis femoralibus sanctificatis indutus est, & in honestioribus suis abũdantiorem circũdabit honestatem. Idem faciendum esse, docetur apud Ezechielem, cum dicitur: Et feminalia linea, ac si diceret, munda & alba castitas, erũt in lumbis eorum. Et quamuis omnes fideles sua pudenda tegere, ac femora constringere pie & caste uiuendo debeant: tamẽ, iis præcipue feminalibus utendum est, qui sacra contrectant, qui sacris initiari uolunt; quidquid contra perpetuam, & ueram Ecclesię traditionem, contra sanctorum doctrinam, contra diuinas scripturas, impie dicant heretici; quem errorem nõ est nostrum hoc loco latius impugnare, cum id uiri eruditi, & pij præstiterint. Dicam tamen, postquam hac de re mentionem feci, longe melius ethnicos hac in re, quam hereticos sensisse; cum apud omnes fere nationes, ijs a quibus sacra tractanda erant, aliqua castitatis lex fuerit imposita, de qua re talis apud Romanos lex pontificia extitit. Ad diuos caste adeunto, pietatem adhibento, opes amouento, qui secus faxit Iuppiter uindex erit. quibus uerbis tria uota, quę a religiosis Deo nuncupantur quodammodo exprimuntur. Apud Athenienses, qui erant in sacerdotium cooptati, cicutę sorbitione se castrabant. Et ingredientes templum ad sacrificandum, hoc prefari solebant τίς τῇδε; id est quis hic? cui aderant, refere-

Locus ex plic. *cap. 44.* *Can. ap. 6 18.* *Conc. An cir.* *Neocef.* *Rom. 8.* *Elib. cap. 27.* *Robertus Arboricens.* *Iodoc. elic.* *Thomas campegius.* *Francis. Guthma.* *Siricius Pa.* *Cicer. de leg.* *Georg. Giral.*

ferebant: πολλοὶ κ' ἀγαθοὶ, id est multi, & boni. Item, ut refert Callimachus in hymnis, dicere solebant: ἑκάς, ἑκάς ὅστις ἀλιτρός: quasi diceres: *Callim.*

Procul, o procul este profani. *Virg. lib.6.*

Et initio nascentis ecclesiæ, cum res sacra fiebat, & ad oblationem uentum erat, qui nondum erant baptizati extra Ecclesiam mittebantur, quibus dicebatur. Ite missa est: hoc est, oblatio facienda est, abite. Legimus etiam, in quibusdam locis Diaconos de eminenti loco hęc uerba clara uoce pronuntiare solitos fuisse. Sancta sanctis: quibus etiam uerbis indicabatur, ut ij, qui non dum baptismi aqua sanctificati erant, ne mysterijs adessent, recederent. Qui ritus quanta cum puritate diuina sint tractanda apertissime demonstrant. Vt merito aliquando profanus poeta cecinerit: *Sixt.3.*

Dignis sancta loquar, procul arcete profanos. *Orph. Theod.li. 2. de gre. affec.*

Quare, si ita caste sua sacrificia Dęmonum culto res tractanda esse censebant; si seminalibus ueteres sacerdotes, qui umbras contrectabant præcincti esse debebant, quanto magis ueri Dei, ueri sacerdotes, uerum Christi corpus puris manibus, & casto corpore contrectare debebunt? Sed, ut ad interiorem hóminem reuertamur, orabit internus homo Deum, ne unquam, si quæ in ipso sunt pudenda reuelētur: & propterea, eo indumento, quo omnia peccata teguntur, caritate uidelicet, ea tegere studeat: quam caritatem si habuerit, nunquam parentum, hoc est sacerdotum pudenda, ueluti Cham, alijs fratribus indicabit: ob quod scelus Esenua, id est infamis & impudicus est appellatus; sed tanquam bonus Iapheth reuerenter operiet. Nam, ut Fabianus pontifex epistola secunda scripsit, exemplo Cham filij Noe damnantur, qui patrum suorum culpas in publicum proferunt; aut eos accusare, uel eis detrahere præsumunt. Similiter, illi exemplo Sem & Iapheth iustificantur, qui reuerenter operiunt, & non produnt ea, quæ pa- *Iere.13. 1.Pet.4. Gen.9. Annius Viterb. Fabian. Papa. Iustin. Imp. fides.*

2.Re.10 tres suos peccasse cognoscunt. Intelligat spiritualis homo, nihil magis Hanon, id est Dæmonem stude-
Locus ex plic. re, quam præscindere uestes seruorum Dauid, id est sacerdotum uirtutes remouere, usque ad nates, ut eorum pudenda, hoc est peccata, ut ab omnibus irrideantur, appareant. Quare, iure optimo Dauid eos beatos nuncupauit, quorum tecta sunt peccata; non
Psal. 31. tamen eo modo quo hæretici dicunt; quia tunc periculi nihil est; ut ab aduersarijs irrideantur, seu, ut Deus in posterioribus eos percutiat, uel posteriora
Ier. 13. demetat, hoc est, puniat, & castiget post hanc uitam:
3.*Re.* 16 quod, tunc accidet, cum fuerint in confessione negle-
Psal. 77. cta. Denique, si quid superflui, & turpis in corpore spirituali fuerit, illud mundetur, & egeratur. Et licet Christus dominus eos laudauerit, qui se pro regno cœlorum castrarunt, id est ueneri renunciarunt: tamen, cum uiri spirituales aliam uitam uiuant, spiritualem nimirum, & diuinã, non prohibet illis, quin spiritualiter generent; immo id præcipit, immo hoc gratius fieri ipsi nihil potest; immo steriles uitupe-
Mat. 19. rantur, & damnantur, ut capite duodecimo latius diximus. Huc faciunt, quæ Origenes homilia sexta in Leuiticũ scripta reliquit. Isti ergo doctores aliquan-
Orig. do constrictis femoralibus utuntur; & abstinent a
Act. 16. generando, cum tales inuenerint auditores; in qui-
Locus ex plic. bus scient se fructum habere non posse. Neque enim spargendum est semen uerbi Dei, ubi nõ est mulier, id est bona uoluntas, & audiendi cupido, quæ illud ex-
Matt. 7. cipiat: cum non sit dandũ sanctum canibus, nec margaritę ante porcos proijciendæ sint. Vtetur itaque sacerdos femoralibus prudenter, quibus suo tempore se se constringet, ut ait Origenes. Et ethnici (cuius rei causam, nil attinet exponere) femoralia a Minerua sapientiæ Dea inuenta fuisse finxerunt.

Quid, genua in ſcriptura ſignificent, & quæ ſint interioris hominis genua. Cap. 84.

GEnua aliquid myſterij, etiam apud profanos habuiſſe, ex eo conſtat, quod ea ethnici Miſericordiæ, tanquam deæ conſecrarunt. Genuum flexio ſummiſſionẽ, & obſequium, deſignat, & ad iram dominorum placandam, gratiamque obtinendam maxime confert: & ſupplices, eorum quos orãt, genua amplecti conſueuere. Sunt præterea genua ſpei, cõſolationis, atque auxilij ſymbolum: quod parentes delectandi & fouendi cauſa pueros genibus excipiant, & ſuper genua eis blandiantur. Sunt autem genua in animali quaſi quædam femorum, cruriumque ligamina, de quibus hęc ſcripſit Ambroſius. Flexibile genu, quo præ cæteris domini mitigatur offenſa, ira mulcetur, gratia prouocatur. Hoc enim Patris ſummi erga filium donum eſt, ut in nomine Ieſu oẽ genu curuetur, &c. Interna genua ut ex citato auctore colligitur, ſunt fides, & ſpes; quæ ſi Deo flectantur, iram Dei placant, miſericordiamque obtinent; & ideo, fide & ſpe, nihil dubitando, Deum orare oportet. Sic enim ſcribit Ambroſius. Spes itaque exprimit humilitatis affectum, & ſedulæ ſeruitutis obſequium: fides æquat filium Patri, atque utriuſque eandem gloriam confitetur. Vel diceres, duo genua eſſe duas animæ uires, intellectum nimirum & voluntatem, quæ Deo flectenda ſunt, dum preces fiunt uel cum diuina tractantur: in quibus tractandis, flectenda ſunt omnino in obſequium fidei. Hæc genua ſunt roboranda, ac confirmanda bonis operibus & uirtutibus; ne ijs debilitatis, dicere aliquando neceſſe ſit: Genua mea, ideſt animi mei uires, infirmata ſunt, ignorantia nimirum, atque prauitate. Hæc genua ſuſtentare conabatur Apoſtolus tum ad ſuos hunc in modum ſcribebat: State ergo ſuccin-

Gyral. Synt. 1.
Ephe. 3.
Eſther. 4
Iſa. 45.
Iſa. 66.
Ambro. 6 Hex. 9.
Iacob. 1.
2. Cor. 10
Pſ. 108.
Eph. 6.

Phil.4. succincti: state in Domino carissimi, & misimus ad
1.The.3. confirmandos uos, & hortandos pro fide uestra, vt
nemo moueatur in tribulationibus istis. Et alibi:
Soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus
uestris, vt non claudicans quis erret, magis autem
sanetur. Huiusmodi genua firma non habuerunt,
Iud. 7. qui flexis genibus, ut Iudicum capite septimo
legitur, tanquam debiles & fracti ad aquam biberũt:
quam ob rem, Domini iussu ab illis fuere separati,
qui canum more lambendo, biberunt; quorum uirtute
Dei populus contra Madianitas uictoriam obti
Nahũ. 2. nuit: operum enim rectitudine, & constantia, contra
hostes pugnatur. Caueat igitur internus homo ne
genua ob timiorem, pigritiam, ignorantiam, & prauitatem
habeat dissoluta; ac proinde facile labatur,
Origen. aut distorte incedat. Si remissior fueris, si facile flecti
potueris, ait Origenes, quo modo pugnabis? quo
modo stabis aduersus astutias zabuli? Sunt qui dicant,
duo genua esse humanitatem, ac benignitatẽ,
quæ facile flecti debent ad infantes pueros excipiendos,
ad miseros sustentãdos. Præterea, nõ male quis
Deut.24 diceret, genua esse potentiam, & affectum. Hæc
2. Para. sua genua internus homo nũquam curuet Baal, idest
ult. Deo stultitiæ, Dæmoni uidelicet, qui est rex stultus,
3. Reg. & omnis stultitiæ auctor; cui genua non flectunt, qui
19. uere credunt, qui fidẽ operibus sustentant: illi vero
Matth.4 flectunt, qui peccãdo, mittunt se deorsum, atque ca
Ephe. 3. dunt, & adorant eum, a quo postea captiui ducuntur,
misereque ei, & peccato inseruiunt. Qui fornicator
est, ait Hieronymus, & per lupanaria scortaq;
discurrit, libidini flectit genu suum: qui furiosus, flexo
adorat iram genu: qui mammonam suscipit, &
Deus eius est uenter, flectit genua auaritiæ atque luxuriæ.
Toties Diabolo flectimus genu, quotiescunque
peccamus. Sed o rem lacrymis dignam? Quot
reperies, qui externum quidem genu Deo flectunt,
internum uero Diabolo? & Iudæorum more flexo

corpo-

corporis poplite; Aue, per irrisionem Christo dicunt: qui dum eidem genua flectere profitentur, eundem colaphis percutiunt, arundine cædunt, sputis fœdant, flagellis lacerant, spinis coronant. Hi sunt, qui dum Christianos se esse iactant, externo cultu, se Christum adorare ostendunt; interno tamen uere Dæmonem adorant; & eum, qui ex summo amore, summaque caritate pro ipsis derideri uoluit, impiè, & nefarie derident. At internus homo, qui est uerus Dei cultor; æterna & interna genua illi flectat, qui eum a seruitute Diaboli in libertatem filiorum Dei uindicauit: illi inquam, in cuius nomine cœlestia, terrestria, & inferna, genua flectunt: illi demum, ad cuius nomen Dæmones contremiscunt. Videat quam turpe sit ei flectere genua, qui velit nolit, Christo genua flectit: Intelligat quam iniquum sit uelle libere adorare Diabolum, qui inuite Christo Domino suo se subijcit. Flectat igitur genua sua Christo; & Patri illi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, ut det sibi secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum eius in interiore homine.

Matt.27. *In hereticos nostri temporis.* *Gala.3.* *Eph. 3.*

De cruribus, & calcaneo. Cap. 85.

DE cruribus interni hominis disputaturus, cum speciatim quod dicam habeam nihil, aliquid tamen ad similitudinem eorum, quę de cruribus sponsi a sanctis dicta fuere, scribere conabor; si prius, quę sit hęc pars in animali breuiter exposue ro. Crura sunt, quę a genibus ad imum pedem pertinent, & tibijs & suris constant, quorum estrema pars, est calcaneus. Tybię, sunt ipsorum crurum ossa: suræ, pars carnosa, quæ tibias circunstat & exornat. Sponsi crura, vt ait Gregorius, sunt Apostoli, per quos spōsus uniuersum peragrauit mundum: vel cū Philone Episcopo; sunt ijdem Apostoli, qui colum narum instar fortissimi, totum Ecclesiæ corpus su-

Cant. 5. *Greg.*

stenta-

Locus explic. stentauerunt, ac portarunt: quæ columnæ fundatæ sunt super basibus, idest super firmissima petra, qui est Christus: & super sanctissimis præceptis, quibus firmissime innituntur. Interni hominis crura, non male quis diceret, esse promptitudinem & facilitatem, seu fortitudinem & constantiam ad exequenda omnia mandata diuina, ad percurrendum diuinæ & humanę legis campum. Oportet vt hæc crura instar columnarum sint firmissima, quippe quæ totum corpus spirituale portare, ac sustentare debent: ita ut nec frangi, nec flecti queant; ne spiritualis cursus impediatur, aut retardetur unquam. Vbi enim prõptitudo & facilitas in diuinis & spirtualibus rebus remittuntur, aut franguntur, labascit, aut certe parum progreditur spiritualis homo. Sint ergo firma, ut nullo aduersę rei ictu frangantur, & ut progressus in uia Domini faciant quam maximos: quoniam, in hac uia non progredi, est retrogredi: & incassum bonum sumitur, si ante uitę tempus deseratur: quia, frustra uelociter currit, qui priusquã ad metam uenerit, deficit. Sint etiam longiora instar gigantis crura, ad resiliendum a peccato, ad percurrendam citius uiam, ad transiliendos montes, & colles, ad saliendum in cœlum, ad superandas omnes difficultates, ad grauissima etiam incommoda peruadendum.

Perque aspera duro
Nititur ad laudem uirtus interrita cliuo.

Syl.lib.4 Nulla itaque difficultate perterritus, uiribus diui-
Cant.2. nis nixus, festinet, properet post eum, qui tanquam gigas cucurrit uiam suam; post eum, qui transiliuit
Matt.16 in montes, & transiliuit colles; post eum qui dixit: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me: confidite, ego uici
Ioa.8. mũdum: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ uitæ. Nihil dubitet, nihil uereatur:
Senec. non est uir fortis & strenuus, quia laborem refugit:
Luc.li.9. gaudet patientia duris. Suram, quæ crura exornat, & cursum

cursum iuuat, non inepte existimares esse abundantiam deuotionis, qua promptior & agilior ad percurrendam uiam salutis, ad exequenda diuina mandata, homo redditur. Tunc autem erit uelocior cursus, quando crura, diuinæ consolationis, spiritusque sancti donis, quasi quibusdam medullis, fuerint irrigata; & vt firmiora sint, basibus diuinorum præceptorum innitantur. De calcaneo, Calcaneus, est infima pedis pars, rotunda & solida; & per translationem in scripturis, pro insidijs ponitur. Et ideo calcaneum obseruare, est insidias intendere & parare, ac deijcere & supplantare. Ex his intelligeres illud psalmi quadragesimi, Etenim homo pacis meę, idest amicus meus, cum quo pacifice uiuebam; qui edebat panes meos, idest quem mensa mea dignatus sum, magnificauit super me supplantationem, seu calcaneum; idest, me pedepetiuit, pede lęsit; ut fit pars pro toto, sumpta metaphora ab equis calcitronibus; uel certe, aduersus me insidias struxit. Hic locus intelligitur de Iuda, qui Christum despexit, & tradidit. Et Genesi capite tertio, dicitur: Tu insidiaberis calcaneo eius, idest curabis, ut illum deijcias & uincas: sumpta metaphora a pugilibus, qui pedes suos colluctantium pedibus, ut eos præcipitent, subijciunt. Calcaneus in spirituali corpore, est extrema operationis pars, seu perseuerantia; quæ debet esse dura, quia totum operis corpus sustentat; rotunda, quia operatio debet esse perfecta. Nanque pes, & corpus spiritualia, perseuerantia & perfectione terminantur, & perficiuntur. Huic calcaneo, idest perfectioni & perseuerantiæ insidiatur Diabolus; quippe qui optime nouit, tunc hominem labi posse, cum eius calcaneo insidias posuerit; cum supplantauerit: sed prudens homo eius insidias eludet, si caput conteret; hoc est, si principijs obstabit, & primas Dæmonis suggestiones fregerit, & calcaneo perseuerātię leonem, & draconem calcauerit, conculcaueritque.

Psal. 55. *Psal. 40.* *Locus explic.* *Ioan. 13.* *Gen. 3.* *Locus explic.* *Gen. 3.* *Locus explic.* *Psal. 90*

Alcui. que. Vel dicas cum Albino; seu Alcuino Caroli magni præceptore, in hunc Genesis locum, calcaneum
Remig. esse extremę uitę tempus, quo diabolus acrius impugnare satagit, ut in infernum supplantando in perpetuum deijciat. De eodem calcaneo Remigius in psalmum quartum, sic scribit. Per calcaneum accipitur consummatio peccati, quia hoc maxime obseruat Diabolus, ut perficiamus: ad hoc insidiatur; ad hoc laborat. Caput serpentis, est initium peccati, hoc est suggestio Diaboli, quam debemus conterere.
Psal. 48. Et psalmo quadragesimo octauo declarans illud: Iniquitas calcanei mei circundabit me, sic scribit. Calcaneus, est pars corporis, quæ semper terræ adhæret,
Locus explic. ubi merito ambitio & terrenæ carnalitates intelliguntur; quia semper circa terrena uersantur. Vel iniquitas calcanei, est superbia in fine operis: calcaneo insidiatur serpens, quia fini boni operis superbiam admiscere uellet. Posses etiã hoc loco per calcaneũ, propositũ & intentionẽ intelligere; ut hæc sit huius loci sententia. Non est cur in tempore aduerso timeam: & si ab alio, quam a Deo auxilium expectauero; non aberit a me iniquitas, intentio mea erit peruersa, cum magis Deo, quam uiribus humanis fidendum sit. Quare, si secus fecero, iniquitas propositi mei circundabit me.

Quid pes in scriptura significet, & qui sint Dei, Christi, & ecclesiæ pedes. Cap. 86.

PAulatim hunc internum hominem describẽtes, a uertice capitis ad pedes deuenimus: & cum de hac parte crebra fiat in sacris literis mentio, huius uocis significationes, antequam qui sint hominis spiritualis pedes dicamus, breuiter, ut solemus, numerabimus. Pedes sunt infimæ, & ultimę animalis partes; quibus totum corpus, tanquam quibusdam basibus sustentatur. Sunt plani, oblongi, neruis,

carnę

carne & ossibus compacti. Pes in scripturis translate, nunc in bonam nunc in malam sumitur partem. Significat igitur non raro, imperium & dominium: *Deu. 33.* praeterea, presentiam, siue conspectum, siue congressum, & aduentum alicuius: quo modo explicares illud Geneseos: Locupletauit te Deus ad pedes meos, idest ad aduentum, seu praesentiam meā. Itē, saepenumero, pes ipsas significat actiones. Insuper, extremum alicuius rei; ut tunicae pedes, sint eius extremitates. Ad haec, pedes rem infirmam & contemptibilem designant. Amplius, pes, ponitur pro lapsu & defectu; ut hoc loco; Non ueniat mihi pes superbiae, idest ne labar in peccatum superbiae: uel superbia non dominetur mihi: uel melius, non inuadant me superbi homines; & manus peccatoris non moueat me; ita ut hoc loco, pes & manus superborum uim significent. Denique, pes dicitur omne id, quo aliquid sustentatur: &, ut Cassiodorus scripsit, pedes non raro pro gressibus accipiuntur. Sunt etiā uarij modi dicendi, qui a pedibus sumuntur, statuere pedes supra petram; est in stabili tutoque loco aliquem constituere. Pedes cooperire, est rem minus honestam aliqua ratione, ut uerecundis uerbis, occultare. Stare, seu statuere pedes super pedes suos, est erigere, expeditum ac promptum reddere: quo modo, qui stant non claudicant, non labuntur, constanti, erectoque animo sunt, & tandem ad finem usque perseuerant. Pedibus conculcare, est uincere, debellare, alicuius uires prosternere: & qui sic deuicti sunt, pedibus conculcati dicuntur; est etiam despicere, & uiolare. Denique pedes alicuius, in uniuersum ij dicuntur, per quos aliquid operatur. Qui sint Dei pedes uarijs modis a scriptoribus exponitur. Primum, Dei pedes sunt eius potentia, dominium, uirtus, quorum pedum scabellum est terra; hoc est, peccatores, quos Deus suis pedibus comprimit & conculcat. At uero Dei sedes est coelum; hoc est uiri

Gen. 30. *Locus explic.* *Psal. 16.* *Psal 35.* *Deut. 33* *Psal. 35.* *Lindan.* *Vatab.* *Locus explic.* *Cassiod.* *Flam.* *Ezech. 23. 38.* *Isa. 66.* *Locus explic.*

uiri iusti, in quibus Deus per gratiam residet. Dein-
Exo. 24. de, Dei pedes. Sunt æternitas, stabilitas, atque proui-
dentia, Postremo, uerbi incarnatio & omnia quæ ad
Ephe. 6. incarnationem pertinent, ac ultima tempora pedes
Zach. 14 Dei dicuntur. Pedes Christi, qui per mundum ex-
Luc. 7. currunt ad nunciandam pacem, sunt Apostoli & mi-
nistri; quos pedes Magdalena, idest anima Christia-
na & pia, inungere & osculari debet. Ecclesiæ pedes,
sunt eius prędicatores, per quos peragrat uniuer-
sum orbem; pro quibus orandum est, ne dum per ua
ria loca concionando discurrunt, pulueribus terræ,
idest terrenis bonis & curis eorum inficiantur affe-
Thren. 1. ctus; ne quando de Ecclesia dici possit: Sordes eius
in pedibus eius. Sunt etiam Ecclesiæ pedes ij, qui
inferiorem locum obtinent, quos eo minus despice-
re oportet, quo magis sunt ecclesiastico corpori ne-
cessarij. Angelorum pedes, est eorum celeritas &
mobilitas.

Qui sint interni hominis pedes. Cap. 87.

CVM de pedibus interni hominis deque eorum usu sæpissime in sacra pagina mentio fiat, propterea de eis longior a nobis, si hanc partem diligenter tractare uolumus, disputatio habenda est. Docebimus itaque primum, qui sint spirituales pedes: Deinde de eorum usu & functione agemus: Postea, qua uia interno homini incedendum sit aperiemus: postremo, quę inter bonorum, & malorum uiam sint discrimina indicabimus. De primo: animæ pedes, ut Origeni, Basilio, & Hieronymo placet, sunt eius præcipuæ uires, intelligendi nimirum & appetendi facultates, seu cognitio, & amor, spes & fides; quibus pedibus peregrinando in hoc mundo ad cœlestem patriam per uiam mandatorum Dei tendit.
Hebr. 13 Etenim, non habet hic ciuitatem manentem in qua commoretur, sed futuram inquirit, cum peregri-

netur

netur ad Dominum. Hi pedes stare debent in recto, 1. *Cor.* 13
idest in loco plano & tuto: intellectus per fidem re- *Psal.* 25.
ctam in loco plano & recto, in Ecclesia catholica,
& Romana: uoluntas in recto amore, in Deum & *Locus explic.*
proximum, & in recta mandatorum custodia; ita ut
a uia mandatorum Dei non deflectat. Nanque ij bea
ti a propheta uocantur, qui sunt immaculati in uia; *Ps.* 118.
idest qui sunt integræ uitæ, scelerisque puri: ij in- *Locus explic.*
quam, quorum mores sunt probati: qui ambulant
in lege Domini, idest qui ad præscriptum diuinæ le-
gis operantur. Deinde, hi pedes prohibendi sunt a *Psal.* 55.
lapsu, hoc est ab errore contra fidem, ab iniustitia, &
odio contra caritatem. Imitetur ergo prophetam di
centem: Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut *Ps.* 118.
custodiam mandata tua: A uia nimirum impiorum,
a diuijs itineribus hæreticorum, a uanitate huius sæ
culi, & ab obscænis uoluptatibus. Vnam Dauid agno *Pro.* 3.
uit viam, qua receditur a malo, & itur ad bonum: quā
ambulabat fide, cum caritate coniuncta. O beatum *Psal.* 1.
illum, qui non abijt in consilio impiorum, & in via
peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ nō
sedit: Hoc est, qui improborum hominum uiuendi *Locus explic.*
rationem non est amplexus, nec alios male agere do
cuit. Sed, o miseram nostrorum temporum conditio
nem; cum tam multi a fide uera aberrent, nec pedes
in recto statuant, nec a uia mala pedes prohibeant,
cum quisque pro uoluntate sua uiam sibi inueniat;
cum tot sint inuentæ nunc fides & uiæ, quot sunt,
immo multo plures quam sint hominum capita: cū
quilibet pro sua libidine plures sibi fides fingat; vt
modo sint plures in una domo, immo in uno capite
unius hæretici fides, quam alias in uniuerso fuerint
orbe. Sed,

Vna fides cum sit, sancti ut docuere parentes; **Laur.**
Cur nunc tot fidibus luditur una fides? **Mond.**

Orandus itaque Deus est a uero Christiano & in-
teriore hoīe, ut hos pedes statuat super petra; idest *Psal.* 39.

super Christo: ut non cōmoueantur in æternum: ut
Locus ex dirigat eos in semitis suis: ut eruat a lacu miseriæ, &
plic. de luto fęcis.i.ex dēso & copioso luto, a graui nimirū
Psal. 65 & turpi errore. Orandus inquam Deus est; ne det
eos in commotionem.i.ne quando uacillare permit
Psal.72. tat; ne quando quispiam dicere cogatur: Mei autem
Locus ex pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.i.
plic. parum deffuit, quin discesserim ab honesto, & a uia
mandatorū Dei, & à uera religione deflexerim. Dein
de, ex Augustini sentētia, duo animę pedes sunt duo
caritatis præcepta, quibus vniuersam Dei legem be-
Mat.22. ne agendo percurrit: quandoquidem ab his duobus
mandatis uniuersa lex & prophetæ pendent: quibus
Psal.65. transeundum est per ignem & aquam, ut ueniatur
ad refrigerium. Ad hæc, pedes interni sunt bona ope
Psal.90. ra, quibus ad patriam, unde male agendo eiecti su-
mus, remeamus. His pedibus super aspidem & basi-
liscum ambulamus, & conculcamus leonē & draco-
Alber. nem: His pedibus recentiones hæretici Christi fide-
Pius con- les priuare conantur, ut ijs obtruncatis, in uia Domi-
tra Eras. ni ambulare & ad beatitudinem peruenire nequeāt.
Ludou.O Sed garriant quantum uolunt; nos una cum sanctis
rian. patribus, sacris concilijs, & diuinis scripturis, hos pe
Petrus des omnino necessarios esse existimamus: quandoqui
Aurel. dem, uerum est illud: Beati immaculati in uia. i. in
Sannut. moribus & bonis operationibus, quæ uia uocantur:
Adrian. quia sunt vsu terendę, sicuti uia pedibus teritur. Et
Card. li. hi sunt pedes, quibus in stadio curritur ad brauium.
2. Insuper, spirituales pedes, sunt meditatio & oratio;
Ps. 118. quibus pedibus in aulam summi regis ingredimur,
1.Cor. 9. in eaque stamus: est.n.oratio, mētis eleuatio in Deū:
Damas. de quibus pedibus intelligeres illud. Stantes erant pe
Psal. 121. des nostri in atrijs tuis Ierusalem. Siquidem his pedi
Locus ex bus in cœlis uersamur, nec alia ratione dum in hac
plic. mortali uita sumus, ibi nostra potest esse cōuersatio:
Greg. 1. quam ob causam ciues sanctorum & domestici Dei
Reg. 2. dicimur. Item, de diui Gregorij sententia interni

pedes,

pedes, sunt fortitudo & humilitas, quibus alternatim in prosperis & aduersis ambulamus: in prosperis humilitate, in aduersis fortitudine: quod etiam lyricus Poeta his uerbis nos eleganter docuit.

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare: sapienter idem, *Hor. li. 2.*
Contrahas uento nimium secundo
Turgida vela.

Hi pedes totum spirituale corpus sustentant, uestigia boni exempli imprimunt, & tandem ad locum salutis perducunt. *Luc. 21.* Demum, pedes spirituales, ut multi scriptum reliquerunt, sunt animę affectus: quia, ut corpus uehitur pedibus, ita quodammodo anima proficit suis affectibus: *Ludolphus. Carth.* qui debent esse plani per simplicitatem; carnei per clementiam; neruosi per obedientiam; ossei per constantiam: quibus pedibus calcanda sunt omnia, quæ infra Deum sunt: sub quibus, *Apo. 12.* beatissima illa Mulier habebat lunam, res omnes uidelicet fluxas & mutabiles. *Locus explic.* Ipsa enim omnes hasce mundanas res contempsit, ac pro nihilo duxit. In omnibus siquidem requiem, sua sapientia & prudentia contemplando, quæsiuit; *Eccl. 24.* *Locus explic.* & cum in his nullam quietem esse posse intellexisset, omnibus contemptis, in hæreditate Domini commorata est; id est totam se rebus diuinis tradidit, & Deum solum hęreditatē suam esse uoluit. Hi namq; spirituales pedes, tanquam columba, quæ ex arca prodiuit, *Gen. 8.* in hoc perturbationem, ac humanarum rerum diluuio, in hac limosa, ac lutulenta palude, terram in qua quiescant inuenire non debent. Horum pedum plāta, quę longa, lata, & dura esse debet; perseuerantiam, longanimitate longam, humilitate planam, constantia duram, non male diceret quispiam.

Qua ratione spirituales pedes custodiendi & curandi sint. Cap. 88.

Sot.Rom. 3. MAximam habendam esse curam spiritualium pedum, hoc est affectuũ, quos speciatim sacri scriptores animæ pedes esse dicunt; con-
Leuit. 1. stat in primis ex ueteri lege, in qua Deus præcipiebat, ut non modo caput hostiæ, sed etiam pedes la-
2. Reg. 19. uarentur. Et Misphiboseth, cum illotis pedibus, & intonsa barba, uestibusque immundis Regi Dauidi occurrisset, meruit dimidia hereditatis parte priuari. Lauandi itaque sunt diligenter spirituales pedes.
Ioan. 13. Quod aperte Christus dominus docuit, cum antequam ex hac uita migraret, discipulorum pedes, nõ
Ambros. Ser. 35. caput, non manus, lauit; & Petro renitenti dixit, eũ non habiturum partem in regno cœlorum, nisi sibi lauare pedes siuisset. Propterea, cum sponsa pedes
Cant. 5. suos lauisset, dicebat: Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos? non ait quo modo iterum lauabo; sed quo modo inquinabo: affectus uidelicet, quos laui: quasi, post lotionem immemor ueteris maculę facta esset, atque peccandi potestatem sibi detractã sentiret. Et certe, si quis beneficium lotionis huius consideraret, in eam sententiam ueniret, ut potius uellet quodcunque malum perpeti, quam iterum pedes sanguine Christi lotos inficere. Meditare, quæso, interne homo Christum tanquam seruum linteo præcinctum, ad pedes tuos se se prouoluentẽ, ac non dicam aqua, sed sanguine suo, pedes tuos lauantem, & hanc summissionem, & mansuetudinem, & caritatem, ubi perpenderis, non senties
1. Cor. 6. tibi facultatem inquinandi eos pedes, qui sanguine Christi loti, tacti, ac consecrati sunt, esse sublatam? non senties hos pedes non esse amplius tuos? Meditare etiam interdum lotionem illam pedum apostolorum, eamque tibi spiritualiter applica; de qua,

quidam ita scripsit. Magnum spectaculum, grande mysterium uidere maiestatem Filij Dei, creatorem hominum & Angelorum in forma serui cinctum linteo, ad pedes seruorum, hominum peccatorum, Iudæ proditoris, Petri, qui eum negaturus erat, manibus purissimis immundos Apostolorum pedes lauantem, & tergentem. Quod factum singulis annis a maioribus pastoribus, & in quibusdam religionibus ac confraternitatibus, non sine ratione celebrari solet. *Ruper. Abb. Tuit. In Ioan.* Internus itaque homo pedes suos, idest animi affectus, quibus dum in hac uita manet, terrã calcare ac proinde inficere, saltem pulueribus leuiorum peccatorum consueuit, diligenter, & sæpe lauet; ut tanquam hostia Deo offerenda non modo caput intentionis, & principium operis, sed etiam pedes affectionis, & fines operum mundos habeat: ne tanquam Misphiboseth; idest is qui os habet confusum, dum illotis pedibus ad Regem Deum accedit, altera hæreditatis, hoc est æternæ beatitudinis parte priuari mereatur. *Aug. Locus explic.* Ac illos nõ amplius sibi inquinare licere existimet. Quod si eos aliqua ratione turpificauerit, accedat ad Christi ministrum, ut eos in lauacro confessionis, eius sanguine iterum lauet: & ne omnino spurcus, ac immundus, & ore confusus accedat, se disponat, & lacrymis contritionis mundare se conetur. *Locus explic. Mar. 6.* Laudantur præterea in sacris literis discalceati & nudati pedes: & pedes nudos habere nihil aliud significat, quam affectus a rebus terrenis habere seiunctos; aut mentem ab omni sensu & carnali sapientia semotam; cuiusmodi is debet habere, qui ad res diuinas tractãdas est accessurus. *2. Reg. 3.* Propterea Moysi ad mysterium ardentis rubij uidendum accedere uolenti, dictum est: Solue calceamentum de pedibus tuis: Locus enim in quo stas, terra sancta est. *Exod. 3.* Ac si ei dictum esset. Humanum sensum & humanam sapientiam, si uis percipere diuina, depone. *Locus explic.* Hinc est quod Angeli nudi & discalceati describuntur; quia

Gen. 18. liberi, & expediti sunt, atque omni exterioris actio
Dionys. nis labe puri; & ad diuinæ simplicitatis similitudi-
Isa. 20. nem pro uiribus tendunt. Isaiæ quoque a Domino
dictum fuit, ut calceamenta sua tolleret de pedibus
Luc. 10. suis. Legimus etiam Christum Apostolis dixisse, ne
Leuiti. 1. calceamenta ferrent; idest ut omni solicitudine uaca
re uellent, & ut ait Origenes, mortalitatis indicio:
Quos etiam monuit, ut ab aliqua ciuitate pulsi, pul
ueres a suis pedibus excuterent: hoc est, ut nihil ter-
Mat. 10. reni acciperent; aut cum ea aliqua ratione commu-
Iere. 2. nicarent. Interdum uero laudantur pedes calceati
& tecti; quod luto, & puluere huius mundi non in-
Iudit. 10. ficiantur. Prohibe, inquit Deus per Ieremiam, pedẽ
tuum a nuditate, & guttur tuum a siti. Et Iudith cõ-
tra hostem proditura induit sandalia pedibus suis.
Etenim affectus, quos pedes esse diximus, bonis ope
Luc. 15. ribus, & sanctorum exemplis, quasi quibusdam cal-
Locus explic. ceamentis calceandi sunt. Et pater filio prodigo ad
se redeunti calceamenta dari iussit; ut per rectam
uiam ad quam redierat sanctorum exemplis muni-
Luc. 7. tus, studiosis affectibus iter faceret. Demum, so-
Mar. 14. lent pedes oleo, uel alio pręcioso unguento inungi:
& ideo legimus Magdalenam Christi pedes unxisse:
quos etiam internus homo unget, quando erga pau
Locus explic. peres pietatis opera exercebit, eosque tanquam pe
des Christi fouebit, & exosculabitur. Vnget autem,
non quocunque unguento, sed nardo spicato; idest
unguento quodã precioso, sic nominato; aut ex spi-
co facto: quo utebantur Romani; unguento uideli-
cet spicato nardino: qua uoce D. Marcus Romę scri-
Io. 12. bens, usus est. Seu nardo pistico; hoc est, fideli, sin-
cero, non deprauato. Solent enim minus boni Chri
stiani ea Christo & pauperibus dare, quæ minus bo.
na, quę corrupta sunt. De dextero, & sinistro pede
nihil speciatim hoc loco scribemus; quoniam, qui
sint, ex dictis facile colligere licet.

De

De functionibus spiritualium pedum. Cap. 29.

CVm in diuinis literis, quas externi pedes functiones habent; easdem spiritualibus pedibus tributas esse passim inueniamus, ut ambulare, currere, & id genus alias; nec inutile, nec a re nostra alienum has spiritualium pedum operationes diligẽtius explanare duxi. De his igitur pedibus, seu de interiore homine dictum legimus: abire ad Dominũ, uel Deum. Quo modo abimus ad Deum, qui cœlũ & terram implet? ait Origenes: de uita ad uitam; de actu ad actum; de bonis ad meliora; non passibus pedum, sed mentis profectibus. Si cæperis intueri, non ea quæ uidentur, sed spiritualia & futura, abijsse diceris ad Dominum. Rursus de eodem homine dicitur, ambulare coram domino Deo. Is corã Deo ambulat, qui ita uiuit, ut Dei filium decet: Vel, ut late exponit Origenes, ambulare coram Deo, est non alia de causa aliquid boni facere, nisi propter ipsum bonum, & Deum. Posses etiam dicere eos, ambulare coram Deo, qui semper Deum ob oculos habent: qui cum propheta dicere queunt: Prouidebam Deũ in conspectu meo semper, idest proponebam mihi Dominum ob oculos perpetuo. Item, legimus: ad Deum accedere, eique adhærere: quod est, ut ait Augustinus, non motu corporis, sed credendo & amando Deo appropinquare, ad eumque adherescere: a quo recedunt, seque diuellunt, qui peccando dissimiles Deo fiunt: &, ut Eligius scripsit, declarando illud, de filio prodigo, longe profectus est; non locũ mutando, sed animum. Quanto enim quis plus in prauo opere delinquit, tanto a Deo longius recedit. Quare, accedere & recedere a Deo, est bonis, aut malis moribus placere, aut displicere Deo. Vnus ergo homo stans corpore uno loco, iniquitatem amando recedit a Deo: ut si abire, uel ingredi ad mu-

Origenes. Gen. c. 5 16. Orig. Hom. 2. in Luc. Locus explic. Psal. 16. Augu. ad Dard. Locus explic. Eligius ho. 13.

Gen. 16. lierem concupisceret; hoc est, si quam mulierem co
gnoscere desideraret. Si itaque spiritualis homo nō
Gal. 5. uult a Deo recedere, spiritu ambulet: quod nihil a-
1. Cor. 9. liud est, quam in Euangelio & in his quæ Iesu Chri-
Hier. 33. sti sunt proficere, & in uita spirituali progressus fa-
cere. Dicitur etiam internus homo currere; quod
Ps. 147. est diuinam legem nunciare & docere: quia, qui ad
hoc munus exequendum mittuntur, ueluti ueloces
Isa. 5. nuntij currere, & neminem per uiam salutare debēt.
Quo fit ut eorum functio interdum cursus appelle-
Gen. 9. tur. Est etiam conuersari, bonam uitam ducere, ca-
Iob. 34. ritate ardere, qua qui flagrant, cum Deo currere di
cuntur. Hinc est quod spiritualis progressus, cursus
dicitur; quem ij currunt, qui ad perfectionē properāt,
1. Cor. 9. qui multum quotidie in uia spirituali progrediūtur;
qui ita in stadio currunt, ut accipiant brauium; qui
Psal. 18. ueluti gigantes ad currendam uiam suam exultant.
Quare, currere, est diligenter operari, caritate arde
Ps. 118. re, in fide & caritate proficere, & perfectū esse. Quo
modo currebatis, qui dicebat: Viā mādatorū tuorum
cucurri, cū dilatasti cor meū. Curritur in uia Domi-
Ambros. ni, ait Ambrosius, quando in corde est dilectionis lati
Abac. 3. tudo: quādo Deus spirituales pedes, quasi ceruorū,
Psal. 13. perficit & alibi, idē, cū uellet ostendere se innocentē
esse dixit: Sine iniquitate cucurri, hoc est pie & sancte
Psal. 58. cū alijs uersatus sum; sine dolo & malitia cū eis egi,
Locus ex- & direxi, gressus uidelicet, ut recta tāderent. De his,
plic. qui hāc uiuēdi rationē iniuerūt, dictū est: Currebatis
Ephe. 4. bene. Hinc currere post Deū, est mādata eius diligē-
1. Pet. 2. ter seruare, aduersus quē erecto & extento collo cur
Iob. 15. runt & ambulant, qui audacter, impudēter, peruicaci
Isa. 3. terq; quæ Deo displicēt, operātur. Sūt ēt aliqui, qui
dñr currere cū Deo; ut sunt, qui de se superbe & arro
gāter sentiunt; qui se Deo & sanctis, sicuti Lucifer &
impius Lutherus, qui etiam Beatissimę Virgini, quę
omnes Angelos sanctitatis præstātia superat, se se ę-
quare uoluit, æquiparare cōtēdūt. Verū, illi & istorū

similes

ſimiles erunt de numero eorum, qui in uanum currunt,& currendo,in inferni foueam decident. Quare,opus eſt bene currere,id eſt recta fide,bonis operibus,humili dilectione,magna contentione, omni labore,ad propoſitam palmam,feſtinare.

Qui ſtudet,optatam curſu contingere metam Hor. in
Multa tulit,fecitque puer,ſudauit,& alſit. poet.

Ad quam metam non perueniunt, qui habent pedes pigros:qui cum pedes habeant non ambulant,ut Pſal. 15.
ſunt, qui cum facienda cognoſcant & auxilio Dei ſe Pro. 113
poſſe operari ſentiant;tamen, ſemper in eodem hærent cęno.Huc referres eos,qui ueluti Miſphiboſeth, 2. Reg.
toto uitæ tempore claudicant; qui concitato greſſu 16.
non incedunt, dum partim in uia mundi, partim in Luc. 16.
uia Dei ambulare conatur:non animaduertens duo- 3. Reg.
bus dominis ſeruiri non poſſe: in quos cadit grauis 15.
illa increpatio: uſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini illum; ſi autē Baal, ſequimini illum.Reperiuntur inter Chriſtianos quidam, qui non modo non currunt; ſed,o factum iniquum & horrendū;currentes,uel a curſu retrahunt, uel impediunt,uel derident;quo, nihil inhumanius, nihil magis impius, nihil nefarius excogitari poteſt. Quid enim eſt, aut ab humanitate magis remotum, aut religioni magis contrarium, quam accedentem ad Deum ,ad felicitatem properātem deſpicere,aut remorari,aut impedire?Huc pertinent etiam,qui pe Ezec. 32
dibus ſuis aquam turbant;hoc eſt corrupta uiuēdi ra Locus ex
tione deprauataq; doctrina, fideliū mores,ueritatéq; plic.
catholicā peruertunt.Quod ſi quiſpiā eſt,qui timeat in ſpirituali curſu deficere,ad eū cōfugiat,qui dat uelle & perficere:ad eū,qui ait: Venite ad me oēs,qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam uos. Itaque Phil. 2.

Huc fatigati fugiamus omnes, Mat. 11.
Conferet gratiam,requiem laborum, Salmo-
Sarcinas tollens,humeros moleſto nius Mar
Faſce leuabit. cin.

Ad eum inquam, qui tanquam gigas exultauit ad
Psal. 18. currendam uiam suam; qui uenit saliens in mōtibus,
Cant. 2. transiliens colles: ad eum, qui uocatus est, accellera,
Isa. 8. & festina; ut post se in odorem unguentorū suorum trahat. Nunquam igitur internus homo, difficultate uiæ perterritus, pedem referat: quandoquidem, Vo-
Phil. 4. lenti nihil difficile; una cum Paulo dicat: Omnia pos-
Psal. 17. sum in eo qui me cōfortat: & cū Dauide: In Deo meo
Luc. 9. transgrediar murum. Timeat, ne si retro respicere uo luerit, Dei regno ineptus efficiatur. Pergat itaque, ui
Mat. 11 riliter agat, quia regnum cœlorum uim patitur, &
Gen. 19. uiolenti rapiūt illud: potiora bona spectet, ad ea con
Locus ex tendat: & cum a Sodoma, id est a carnali uita Dei be
plic. neficio eductus sit, ad montes, ut liberetur ab incendio, id est ad perfectionem ad austeramq; uitam, ne carnis incendijs uratur, properet: & dum incedit, re-
Gen. 19. tro non respiciat, ne in sal aridum, & durum con-
Locus ex uertatur. Nec tamen negauerim, immo a spirituali
plic. uiro id maxime requiro; ut aliquando retro se con-
Luc. 17. uertat; ut quantum uitæ suæ spatium transiuerit, uideat, & quam parum in uita spirituali profecerit intelligat: & cum quantum sibi uitæ supersit ignoret, iam iam noctem instare arbitretur; & tunc se ad uelocius currendum excitet; ut antequam huius uitæ dies claudatur, ad æternæ uitæ locum perueniat. Iuuabit itaque mirum in modum ad augendam spiritualem uelocitatem, ad excutiendam negligentiam, atque pigritiam, quæ in uia spirituali incedentes inuadere solet, si uir spiritualis, quod aliquando quidam profanus poeta cecinit, considerabit.

Mortalis editus sum,
Ana- *Vitæ ad uiam terendam,*
creon. *Quantumque iam peregi*
Cursum scio: at latet me
Quantum uitæ supersit.

Ex qua animaduersione fiet, ut festinet, & an-
Saphus. tequam uesper, id est mors, quæ omnia portat, ueniat,

ueniat, ad optatum, & propositum finem perueniat.

Quæ sit interioris hominis uia, per quam ambulare debet. Cap. 90.

INter alias calamitates in quas humana natura ob primi parentis lapsum cecidit, ea, & sane grauissima fuit, ut ob cęcitatem qua infuscata erat, quo, & qua ei eundum esset ignoraret. Nouit id, qui pene innumeras, easq; falsas, & aniles de bonorum & malorum finibus lectitauit sententias. Vt merito Isaiæ scriba Baruch de antiquis & magnæ doctrinæ uiris uiam disciplinæ ignorasse dixerit; eamque eum solum scire, qui uniuersa scit; eum nimirum, qui uere dicere potuit: Ego sum uia, ueritas, & uita, Christus Dominus: qui tanquam Oriens ex alto uenit ad illuminandos eos, qui in umbra mortis, id est in summa quadam ignorantiæ caligine erant constituti: ad dandam scientiã salutis, ad dirigendos pedes in uiam pacis. Neque enim Christi lucerna, id est Ioannes, suo lumine, sed lumine a Christo accepto illuminabat. Itaque Christus Dominus, non modo notas fecit uias uitæ, & deuios ad uiam reuocauit, sed etiam uiam regiam errantibus, se se præbuit. Cum ergo superius de pedibus & de eorum functionibus egerimus, de uia spirituali per quam ambulandum est, nũc aliquid dicemus. Nec in explicandis significationibus huius uocis, Via, immorabimur, quia satis erit, si in uniuersum dixerimus significare mores, uitæ rationes, negocia, opera, rei euentum, consilia, instituta, siue studia, & cordis affectiones. Viæ, sunt plures. Nam, aliæ sunt uię hominis; alię Dei, quæ non sunt, ut uiæ hominis. Vię Dei sunt eius opera misericordia, & ueritas, quæ in omnibus ipsius operibus relucent; quod qua ratione intelligendum sit, solet a doctoribus latius exponi; sed non est nostrum id fusius

M. Var. Bar. 3. Ioan. 14. Locus explic. Zacha. in Cant. Ps. 118. Isa. 55. Psal. 24. Paul. Burg.

hoc

Dried. tract. 5. *cap.* 4. hoc loco tractare. Sunt etiam uiæ Dei, eius mādata, & leges, quæ sunt uiæ rectę & planæ. Rursus, aliç sunt uiæ bonæ, aliæ malæ: per illas incedunt pij, per has ue
Psal. 25. *Pro.* 2. ro impij. Via, per quam interior homo ambulare debet, est Christus dominus, ut ex ante dictis constat;
Ioan. 14. per quam, qui graditur, non ambulat in tenebris. Ipse enim est uia, ueritas, & uita: uia, qua eundum, ueritas cui credendum, uita, qua uiuendum est. Deinde
Ose. 14. uia hominis spiritualis est diuina lex, quæ nos recta ad Patrem, a quo recessimus, reducit. Hanc uiam cu-
Ps. 118. currit propheta, quando Deus ei dilatauit cor. Tunc
Locus explic. enim mandata Dei alacriter seruantur, quādo semotis tentationū angustijs, fugataq; tristitia, Deus uia-
Ps. 118. torum mentes consolationes recreat: Et qui in hac uia immaculati ambulant, beati uocantur. Præterea,
Rom. 5. uia est recta fides, quæ a Paulo dicitur uia pacis, quod ad pacem æternam perfruendam ducit. Hanc uiam
Ps. 118. ambulabat is, qui dicebat: Viā ueritatis elegi: quam
Io. episcopus constan. uiam sancta mater ecclesia Romana, omnium ecclesiarum magistra nobis ostendit; dum, quæ sunt fide crededa, declarat; dum uerum scripturarum sensum
Calix. epist. 1. tradit. Diceres etiam, uiam esse sacram scripturam, seu scripturarum iuxta sanctorum patrum explanationem intelligentiam. Hæc uia ab ijs potissimum est cognoscenda, qui se duces alijs præbuerunt, ut alijs eam commostrare possint: quæ uia, ab eis de die, &
Psal. 1. de nocte terenda est; ne dum eam ignorant, ipsi una cum ijs, quos ducunt, in foueam cadant. Quibus di-
Isa. 57. ctum est: Viam facite, præbete iter, declinate de semi
Io. Arbo. ta, auferte offendicula de uia populi mei. Ij igitur,
Ioan. 11. qui doctores nominari uolū, uias discant, uiam alijs
Gen. 6. indicent. Nec enim meretur doctoris nomen is, qui
Psal. 38. cum possit & debeat docere, renuit. Sunt etiam uiæ
118. spirituales, uirtutes, & bona opera: quas uias, ait pro
Ps. 118. pheta, se nunciasse .i. notas fecisse Deo, a quo, idē pe-
Locus explic. tebat: Dirige in cōspectu tuo uiam meam: &, utinam dirigantur uiæ meæ .i. opera & studia mea, ad facien-

das

das iustificationes tuas.i. ad seruandam legem tuam. In his uijs internus homo;ita ambulet,ut nec ad dexteram,nec ad sinistram;hoc est ad extrema nō declinet. Quod si a recta uia aliquando aberrauerit,una cum Dauide ad pastorem suum se conuertat, & dicat:Erraui sicut ouis quæ perijt,quęre seruum tuum: ut postea cum eodem dicere queat: animam meam conuertit:hoc est, me ueluti errantem ouē,tanquam bonus pastor pedo misericordiæ,& iustitiæ suæ baculo ad rectam uiam reuocauit.Dum spiritualis homo in uia spirituali ambulat, meminerit eius,quod Dominus Apostolos ad prædicandum ituros docuit: Neminem per uiam salutaueritis: qua loquendi formula,ut Ambrosius scripsit,insinuatur celeritas, quæ in exequendis mandatis diuinis est adhibenda;ne cōfabulatione alicuius obuij nuntij is, qui mittitur,mandato flectatur a munere.Pulchra salutatio,sed eo pulchrior,quo maturior executio diuinorum, quæ per moram sæpe traxit offensam.Ideo autem,& honesta prohibentur,ne solennis gratia obrepat officij, & impediat ministeriū,cuius mora,sit culpa. Insuper,uia, & quidem regia, sunt tribulationes, quas scriptores uiam crucis uocare consueuere. Hanc Rex regum, Christus Dominus, hanc Apostoli,hāc sancti omnes ingressi sunt. Oportet enim per multas tribulationes intrare in regnū cœlorum? Et quid mirum?quia cum oportuerit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam,cur non opus erit,ut alij quoque patiantur,ut intrent in gloriam non suam?quam Christus ijs parauit, qui eum sequuntur. Nemo itaq; decipi se sinat, neq; dicat:Si Christus passus est pro me, nihil est cur ego patiar: quia,si tu non patieris, Christus,qui pro te passus est,pro te,quoq; gloriam assequetur. Passus ergo est pro te,ut tua tibi passio prosit, & ut tibi gloriam recuperaret;ad quā, nisi te abnegaueris,& crucem tuam sumpseris,nō[?] peruenies. Hoc,cum intelligerent Apostoli,non tā de apostolica dignitate, quā,

Pro. 4. *Ps. 118.* *Psal. 22.* *Locus explic.* *Luc. 7.* *Ambr.* *Locus explic.* *Idiota lib. 1. cap. 2. 3.* *Act. 14* *1. Pet. 4.* *Act. 5.*

quod pro nomine Chriſti contumeliam pati digni fa
cti eſſent gloriabantur. Sciebant enim hanc eſſe ue-
ram ad cœlum uiam, quam ipſa uera Via Chriſtus
Locus explic. Dominus uerbo & exemplo eos docuerat. Qui, quo-
niam de torrente in uia bibit, propterea exaltauit ca
put. i. quia multas ærumnas pertulit, propterea collo
catus eſt ad dextrā patris, eiq; dictū eſt. Sede a dextris
meis: hoc eſt ſceptrū æterni regni accipe, regnumq;
meum adminiſtra. Ad ingrediendum in hanc uiā pręclariſſimis his uerbis dux noſter Chriſtus omnes hor
Mar. 8. tatus eſt: ſi quis uult uenire poſt me, abneget ſemet-
ipſum, & tollat crucem ſuā, & ſequatur me. Sed heu,
quam pauci Chriſtum uerum ducē, ueramq; ad bea-
titudinem ducentem uiam ſequuntur? Contra uero,
quam multi Dæmonem falſum ducē, falſum ad ęter-
nos cruciatus ducens iter prompto animo uelociq;
ſectantur curſu? Quam rem, ſi internus homo in-
Iere. 9. ternis oculis accurate cerneret, cū Ieremia diceret:
Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem
lacrymarum, & plorem die, ac nocte interfectos filiæ
populi mei? Poſtremo ut huic capiti finem faciamus,
Aug. in pſal. 85. uia hominis eſt eius uoluntas, qua ducitur quocunq;
ducitur, nec non etiam ſanctorum exempla, per quæ
internus homo ambulare, atq; ea greſſib. terere quo
tidie debet. Quando autem in hanc bonam uiam ſe
ingreſſum eſſe, atq; in ea ſe proficere ſentiet; caueat,
ne in laqueos, quos in ea Dęmon tendere ſolet, inci-
Pſ. 141. dat; in laqueos nimirum inanis gloriæ, & ſuperbiæ;
Iob 18. ſed eleuet ſe ad conſiderandam diuinam gratiā, cu-
Pro. 1. ius auxilio efficit quidquid boni efficit. Quia tunc
Locus explic. fruſtra iacetur rete ante oculos pennatorum, eorum
uidelicet hominū qui cōtemplatione ſe in altum tol
lunt, & omnia bona Deo accepta referunt. Scribitur,
aucupes ad coturnices capiendas ſolitos eſſe uti ſpe-
culis, quæ ob earum oculos proponunt. Nam cum co
turnix in ſpeculo ſeipſam uidet, ſua ſpecie, ſuique
ipſius amore allicitur, ita ut aucupem ad retia reuer

tentem sequatur, & tãdem in latentes laqueos impingat. Ita Dæmon callidissimus auceps amorem sui, & ea quę placent ob oculos homini proponit, quibus ipse captus in suos laqueos incidit. Huc pertinent hæc aurea sancti Ephrem uerba. Cum in seruitutem redigere studet aliquem inimicus, considerat in quod uitium pronior inclinet natura ipsius, ut cum uinculis proprijs oblectetur, perpetuo maneat in seruitute. Scit enim uersutus & callidus aduersarius, si nos ingratis uinculis obstrinxerit, fore, ut illis celeriter confractis in libertatem nos uindicemus. Quamobrem iucunda cuique inijcit uincula, ut in illis libentius conquiescat. Potest enim adiuuante diuina gratia mens ex inimici retibus se se explicare. Nũc ãt obstricti uincula nostra diligimus, atque osculamur, & seruitute ipsa superbi sumus, & tanquam liberi gaudemus &c. Caute igitur internus homo ambulet, & cum se laqueos inimici euasisse cognouerit, cum propheta dicat. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.

Isa. 55.

Pyth.

De diuersis veteris & noui hominis, seu bonorum & malorum vijs. Cap. 91.

DIcebat per Isaiam Dominus: Non enim cogitationes meæ, cogitationes uestræ, neque uię uestræ, uiæ meæ. Quibus uerbis aperte indicatur alias Dei, alias hominum esse uias. Quo fit, ut internus homo, qui Deo uiuit, Deumque sequitur (quod finem hominis in hac uita esse sapientes dixerunt) longe diuersas ab homine carnali uias, habeat; de quarũ discrimine ideo scribere uolumus, ut uiarum diuersitate cognita, diuersi quoque quos

illæ perducunt cognoscantur fines: ut ijs cognitis a recto itinere internus homo deflectere uelit nunquã. Quæ sint ueterum hominum & malorum uia ipsimet declarant, cum dicunt. Lassati sumus in uię iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles: uiam autem Domini ignorauimus. Et a sapiẽte prouerbiorum capite secundo improborum uiæ, malæ, tenebrosæ, peruersæ, & infames uocantur: & a Christo Domino, uia lata, quæ ducit ad perditionẽ. Est enim uia, quæ uidetur homini iusta, id est æquabilis & plana: nouissima autem eius ducunt ad perditionẽ. Descripsit etiam aliquando regius propheta elegantissime impiorum uitam, cum cecinit: Fiat uiæ illorum tenebræ, & lubricum, & angelus Domini persequens eos: Hoc est, uiæ impiorum sunt tenebris obsitæ, ita ut qua tendant, aut fugiant, non uideant: sunt etiam lubricum, id est uiæ lubricæ, in quibus facile labuntur, ita ut pedibus sistere nequeant: & eos persequatur angelus Domini, hoc est diuinæ iustitiæ minister Dæmon. Quod si, ut alibi scriptura ait, fugit impius nemine persequente; quanto magis fugiet, cum tantus inimicus, & angelus tam uelox eum persequetur? His & alijs similibus appellationibus infaustæ & infelices sceleratorum uiæ a sacris literis pinguntur; ut ab eis insipientium oculos & gressus remoueant. Et quis si eas diligenter uiderit, ab eis non recedat? Contra uero, bonorum uiæ, contrarijs omnino appellationibus nominantur: pulchræ, pacificæ, rectę, planę, claræ, & alijs similibus modis. Quod si quando dicuntur arctę & duræ, id ob nostram uitiatam naturam de eis dicitur; cum nos simus nimis crassi, dilatati, & impinguati; atque ad bene agendum ob prauitatem nostrã minus apti. Vtcunque res habeat, ea uia ambulandum est, quam nobis ueritas ipsa indicauit; quam etiam is agnouit, qui cecinit.

Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem

Sap. 5. *Prou. 2.* *Pro. 14.* *Psal. 34.* *Locus explic.* *Pro. 28.* *Pro. 3.* *Psal. 16.* *Chrys.*

Diffi-

Difficilemque aditum primum spectantibus offert,
Sed requiem præbet fessis in uertice summo,
De uia uero lata quæ ducit ad perditionem:
Molle ostentat iter uia lata, sed ultima meta
Præcipitant,

Merito ergo propheta a Deo petebat: Semitas tuas edoce me: Deduc me in semita mandatorũ tuorum: Viam iniquitatis amoue a me. Et Deus in ueteri lege sępe populo illi dicebat: Si ambulaueritis mecum, vt contra me, ambulabo uobiscum, ut cõtra uos. Hic locus uarie a uarijs uertitur. Aliqui ita uertunt: Si tepide mecum egeritis, ego quoque uobiscum tepide agam. Ex quo discimus in uia Domini feruenter ambulandum esse, cum in ea non progredi, sit retrogredi: non secus, ac si quis aduersa aqua per flumen nauigaret; qui si non contenderet aduersus aquę cursum, sed cessaret, non eo maneret in loco ad quẽ peruenisset, sed necessario ab aquis deorsum ferretur. Iustus itaq; petit a Deo, ut sibi uiam ostendat: ut ipsum a uia iniqua abducat: at impius non ita; inquit enim: Auferte a me uiam, declinate a me semitam. Quare uiam cognoscere renuit, ut male incedat. Ex quibus colligere licet, bonorum uias esse uias a dextris, quæ ad dextram Dei ducunt; ad quam in die iudicij statuendi sunt; uias uero impiorum esse uias a sinistris, quæ ad sinistram, reproborum locum pertinent. Viæ dextræ sunt bona opera, sinistræ, peccata; per illas boni, per has improbi incedunt: in quib. ita delectãtur, ad quas ita hęrẽt, ut per bonas uias gradiẽtes uitupe rare non dubitent. Ambulans, ait sapiens, recto itinere, & timẽs Deum despicitur ab eo, qui infami graditur uia. Sed, quid ineptius? quid stultius excogitari potest, quam aberrantem a uia, irridere eum, qui recta graditur? qui multo magis irridendus esset, quã Diogenes, qui cum irrideretur, quod in Stoicorũ gymnasio retrorsum incederet, irridentib. dixit: Non uos pudet uiuendi iter facere retrogradum, & hoc mihi ui-

Ps. 118
Leuit. 26
Francis. Geor. sec. 8. prob.
Isa. 30.
Iob 21.
D. Solon.
Pro. 14.
Iob 12.
Dieg. stel. par. 1.
Apud Stobeum.

tio uertitis? Poterunt isti, qui bene incedentes & Christiane uiuentes irridēt, Christum etiam ipsum irridere, qui eos pręcedit, & per hāc uiam ambulare uolentes, ad se uocat. Est etiā inter bonorum & malorum uiā id discriminis; quod boni ducē sequuntur Deum; Siquidem Deus iustum ducit per uias rectas; mali uero Diabolum, a quo ueluti oues ad occisionē, uel tanquam capite dānati, collo & manib. ligatis, a tortore ad malam crucem ducuntur. Quare, si homines commiseratione cōmouentur erga eos, quos ad patibulū trahi uident, quantū commouerētur, si se a Dęmone ad æternos cruciatus crudeliter trahi animaduerterent? Vt autē internus homo ad eum finē perueniat, quo eū recta, quam ingressus est uia, ducit, secū uiaticū ferat, ne in uia deficiat; panē uidelicet quotidianum, cœlestem cibum; cuius auxilio ad mōtem Oreb peruenit Elias, & panē bonorū operū, potumq; diuinæ gratiæ. Hanc uiam triū dierū spatio conficiet, si dictis, factis, cogitatisq; legem Dei seruabit: si ab omni inquinamēto corporis, animi, & spiritus mūdus erit. Et dum in hac uia pergit, caueat, ne declinet ad dextram, uel sinistram; hoc est, ob nullam rē, siue prosperam, siue aduersam a lege Dei aberret. Id autem pręstabit, si impiorum uia relicta, in lege Dei meditabitur die, ac nocte. Si quis, ait quidam, diuinas literas crebro & cum fide lectitabit, huic uia salutis in dies magis magisq; aperietur. Itaque, ne unquam a uia recedat, in sacris & diuinis lectionib. se exerceat, improborum consuetudines fugiat, quę mirū in modū uolentibus ad patriam remeare impedimento sunt. Et cum omnia quę in natura sunt nocētia fugiāt, & salutaria naturę ductu ament, quod etiā in ijs ipsis rebus, quę sensu carent, cernimus; uti in arboribus, quę sibi inimicas arbores uitant, & certis in locis felicius crescunt; quanto magis animal rationis capax id efficere debet? Neq; ea ratio eū decipiat; ut ideo uelit cum prauis societatem inire, quod cupit eos ad bonā frugem

Theophilus Alexand. *Psal. 22.* *3. Re. 19.* *Exo. 3.* *Origen. hom. 3.* *Locus explic.* *Psal. 1.* *Theophra. lib. 3. de hist. plant.*

gem reuocare; quandoquidē, ut quidam scripsit κακίας ῥᾶον μεταλαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι. ideſt facilius eſt uitia contrahi, quam uirtutē cum alijs communicare. Morbus.n. in alios citius, quam ualetudo transfertur. Itaque cum hic mundus, in quo nūc uersatur, ſit laqueorū plenus, caute ambulet, & tāquam peregrinus a carnalibus deſiderijs abſtineat: & cū uideat ſe in hac lacrymarum & miſeriarum ualle constitutum, ab ea ſe liberari, & ſuum curſum quamprimum cōficere deſideret. Et certe, ſi humana miſeria, de qua latiſſime multi multa ſcripſerunt, attentius conſideraretur, proculdubio homines ab his caducis rebus magis abſtinerent, & in uia per quam ad beatitudinem itur, maiores in dies facerent progreſſus; quo fieret, ut de uirtute in uirtutem eundo, ad uidendum Deum deorum, id eſt uerum & ſummum Deum in Sion, tandem peruenirent.

Niceph. lib. 11. c. 17.
1. Pet. 2.
Ioan. Bromyard. in ſum. prædic.
Io. Faber. hom. 34.
Xenocr.
Platon.
Gather. in Gen. c. 3.
Pſal. 83.

De oſſibus & medullis interni hominis, & quæ ſint Eccleſiæ oſſa. Cap. 92.

CVm hactenus, quo modo externę externi hominis partes, interno homini conuenianț explicuerimus; ſequitur nunc iuxta ſuſceptū ordinem, ut qua ratione interiores partes ei tribuendę ſint, doceamus. In quibus explicandis de ordine, ſiue naturæ, ſiue doctrinæ non erimus admodum ſoliciti: tum quia id parum ad rem noſtram attinet, tū etiam quod non omnium partiū, uel in ſcripturis, uel apud ſanctos patres facta eſt mentio. Quare, eas ſolū proſequemur partes, de quibus aliquid ab alijs dictum fuiſſe legimus. Ab oſſibus aūt tāquam a prima & maxime neceſſaria animalis parte initiū capiemus. Oſſa, in animalibus, quæ oſſibus utūtur, uniuerſum corporis ædificium, quaſi quædā fundamenta, ſuſtinent. Quo fit ut tranſlate, pro robore, & potentia, in ſcriptura ſumantur. Item, os, & caro pro cognatione, & *Iob 20.* *Pſal. 51.*

persona nobis affinitate, uel amore coniuncta capiuntur. Quare, cum de aliquo dictum legimus: Os meum, & caro mea es tu: idem sonat, ac si diceretur: frater, seu cognatus meus, seu familiaris meus es. Rursus, ossa interdum pro tota hominis uita, ac corporis constitutione ponitur; ut eo loco ubi dicitur: Sana me Domine, quoniã conturbata sunt ossa mea; hoc est, uita mea; ego totus: & illud Ezechiæ Regis apud Isaiam: Quasi leo contriuit omnia ossa mea; uis uidelicet morbi, quo rex ille affectus erat, totum corpus, & uitam eius concusserat; ac si a leone quodam fuisset exagitatus. Ossa, sunt sicca, alba, frigida, dura, & medullarum plena: quibus medullis, quasi quibusdam riuulis, irrigantur. Dicunt quidam, in humano corpore esse tot ossa, quot sunt in lege affirmantia præcepta; nempe 248. neruos uero & ligaturos 365. quot sunt in eadem lege negantia præcepta: ut sicuti ossibus & neruis corporeis exterior homo compingitur; ita diuinis mandatis & legibus interior coagmentetur. Ossa noui hominis quibus spiritus sustentatur, sunt omnia quæ in animo sunt firmiora, ueluti omnes eius uires, de quibus intelligitur illud: Omnia ossa mea dicent; Domine Domine, quis similis tibi? id est, omnes animi uires, & facultates omnes Dei magnitudinem commendabunt. Item ossa, sunt uirtutes omnes, & speciatim spes, quæ dum ad æterna gaudia aspirat, grauia omnia sustinet. Horum ossium stabilitatem sanitatemque desiderabat propheta loco paulo ante citato: in quem locum, de ossibus spiritualibus sic Cassiodorus scribit. Ossa, hic per allegoriam fortitudinem mentis debemus aduertere, quæ cum deficit, uigor omnis elabitur, sicuti & ossibus quassis corpus minime continetur. Vt enim in ossibus est fortitudo corporum, ita in uirtutibus robur inuenitur animarum; & plane debilis reperitur omnis anima, nisi fuerit uirtutum fortitudine fulta. De ijsdem ossibus intelligitur illud. Au-

1. Para. 11. *Iudit 9.* *Psal. 6.* *Isa. 38.* *Locus ex posi.* *Francis. Geor. in Problem.* *Ps. 34.* *Locus ex plic.* *Isa. 37.* *Bruno episcop. Herbipo.* *Greg.*

ditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt
ossa humiliata:hoc est; fac Domine, ut audiam hanc
felicem responsionem, mihi condonata esse peccata *Locus explic.*
mea; ex quo fiet, ut maxima perfundar lætitia, &
gaudio explear:& tunc ossa mea, id est animi mei ui
res,intellectus, memoria, & uoluntas exultandi oc- *Apolog. de Dauid c.13.*
casionem habebunt: quæ potentiæ peccato debilita-
tæ fuerunt. Ossa,ait Ambrosius,dicuntur ueluti qui-
dam animi motus,qui humiliantur peccatis, sed exul
tant gratiæ cœlestis munere. Quando autem uarijs
tribulationibus hæc ossa erunt concussa; non despe-
ret internus homo, sed ad medicum animæ suæ se se
conuertat;& audiat:quoniam loquetur pacem. Nan
que,iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde, *Psal. 33.*
& humiles spiritu, id est attritos, & oppressos, seu *Locus explic.*
summissos,saluat. Multæ tribulationes iustorum, &
de omnibus his liberauit eos Dominus: Custodit Do *Psal. 33.*
minus omnia ossa eorum;unum ex his non contere-
tur.Vbi autem tribulatio, & angustia abierint; dele- *Psal. 34.*
ctabitur internus homo salutari suo, id est ob adeptã *Locus explic.*
salutem lætitiam capiet:& omnia eius ossa,id est om
nes animi uires dicet: Domine Domine, quis similis
tibi?Præterea,ossa interni hominis,stabiles intentio- *Ber. ser. de exte. & carne.*
nes,firmaq; decreta esse diceres; quæ totum intentio
num,& cogitationũ corpus,uitæq; spiritualis mem-
bra sustentant:aut certe,opera grauiora & operosio-
ra,quę a perfectis uirtutibus proficiscuntur.Quæ os *Greg. 14 mor. 23.*
sa,quasi herba germinabunt;quia,producent uberri-
mos uitæ æternę fructus.Omnia hæc interni hominis *Isa. 66.*
ossa ab omni morbo erunt immunia, cum,ut ait Isa-
ias,animam suam hic homo effuderit; hoc est,quan-
do commiseratione erga pauperes fuerit cõmotus. *Isa. 58.*
Demum,diceremus etiam,ossa esse ipsas actiones,&
opera absq; caritate,& gratia facta:quæ opera sunt
ueluti quædam ossa dura & alba;frigida tamẽ, & ari
da,cum calore caritatis, & medulla deuotionis ca-
reant. Quare,ut fiant ossa uiuentis, quæ prius mor-

tui erant,& ut cremium aruerant, opus est ut calore diuini amoris, & mollitudine deuotionis, gratiæque medullis abundent. Ecclesię ossa, ut quidam scriptum reliquerunt; sunt Apostoli, & sancti omnes: quæ ossa ab interno homine colenda sunt, cum matris suæ corpus his ossibus sustentetur. Ita autem uenerari debet, ut etiam horum ossium particulas, hoc est reliquias ueneretur. Qua in re inique prorsus hæretici se gerunt; dum uenerationem sanctorum, ac reliquiarum negant; de qua re, si Deus dabit opusculum non pœnitendum foras dabimus. Comparatione reliquiarum ait Theosidius; quidquid est in mondo est uilissimum. Reliquiæ sunt locorum lucernæ, quæ abscondi non possunt, populorum solatia, urbium propugnacula, morborum medicamenta, retributionis æternæ symbola, diuinæ potentiæ argumenta, preciosa aromata, poma odorifera, lapilli inæstimabiles. Reliquiæ cæcos illuminant, auditum restituunt, loquelam tribuunt, leprosos mundant, a morsibus ferarum sanant, Dæmones fugant, uitam restituunt. Mirabilis ergo Deus in sanctis suis; magnus in magnis & minimis. Verum, ne ab instituto nostro latius aberremus, ad auctores in margine citatos lectores reijcio: & cū de medullis facta sit mentio, de is quoque aliquid, dum de ossibus agitur, dicamus. Medulla ossibus est ualde necessaria, cum eorum frigiditatem & duritiem temperet. Est enim calida, mollis, dulcis, sapida, & tenera. Spiritualem medullam pietatis uirtutem esse diceres; de qua dixit Apostolus; ad omnia ualere: seu uirtutem deuotionis & gratiam ipsam: aut certe omnium uirtutum (ut ita loquar) florem. Quantum hæc spiritualis medulla Deo placeat, ex eo constat, quod in antiqua lege animalia medullis referta sibi offerri uolebat: quæ medullata a scriptura uocantur: Immo omnium rerum, utputa, olei, & uini medullam requirebat, quam ipsis sacerdotibus tradebat; ut eos, qui

Theosidius ser. de reliquijs. Alanus Copus. Syno. 7. Lipom. Sim. meta. Dorotheus episc. Pet. Chrysost. ser. 167. Greg. episco. Turo. Tim. 4. Isa. 25. Num. 18 Locus explic.

sunt

sunt ueluti Ecclesiæ ossa, debere esse medullis spiritus & deuotionis, melioribusque uirtutibus refertos, insinuaret. Is dicitur sacrificia medullata Deo offerre, qui ex omnibus suis rebus, tum corporis, tum animi, quod melius est ex omni animi studio & deuotione ei offert. Ossa externi, & ueteris hominis ex Gregorio sunt dignitatũ fortitudo, siue potestas, duræve consuetudines: medullæ uero, terrenæ, & domesticæ diuitiæ, ac male uiuendi desideria: quibus medullis improborum ossa irrigantur. Ex quib. colliges medullas interni hominis esse bona desideria, rectasq; intentiones, ut alibi idem auctor scriptum reliquit. Et quoniã ut animalis corpus male habet, cũ ossa non bene affecta sunt; ita etiam spiritalé corpus multum laborabit, quando eius ossa male constituta erunt. Curabit ergo nouus homo, ne ossa sua aliqua ratione putrescant. Solent, ut sapiens scripsit, inuidia putrescere, cum alterius rebus opimis inuidus marcescat. Quod uitium tantum in quodam Imperatore potuit, ut summos, quos non poterat æquare artifices, cum pene artes omnes profiteretur, ex urbe eiecerit; immo quosdam interfecerit. Solent etiam ossa, nimio calore arescere; calore inquam concupiscentiæ, quo omnis exiccatur deuotionis medulla. Huc pertinet illud: Ossa, ut cremium aruerunt: Quæ uerba exponẽs Gregorius ita scribit. Per ossa orationem & intelligentiam possumus accipere, quæ quasi sicca remanent, dum factorum, & uirtutum pinguedinem non habent. Virtutibus igitur, & gratiæ medulla ossa abundare oportet; ut de eis dici possit:

Ossibus in medijs uera medulla latet.

Postremo, solent ossa morbi uiribus conteri; ut ex locis superius citatis constat: & propterea internus homo operam dabit, ne in aliquã grauiorem ægritudinem. i. ne in aliquod grauius peccatum incidat; quo ipsius conturbentur, ac cõterantur ossa. Et ut aliquid de ossib. Ecclesię dicamus; Ecclesię ossa, ut Basilio placet,

Lib. 15. Mor. 25.

Eccl. 14. Horat. Dion. in Adrian.

Psal. 101 Locus explic.

Faustus.

Ps. 6. 31.

cet, sunt potentes, qui impotentiũ imbecillitatem sustentant. Idem, non uno in loco docet Gregorius: qui etiam scriptum reliquit, Ecclesiæ os esse Christũ, carnem uero, esse discipulos. Si dicamus fortiores & perfectiores esse Ecclesię ossa; dicemus etiam, esse ossa ex ossibus; ex ossibus scilicet Christi. Accedunt ossa ad ossa, quando Ecclesiæ principes, seu omnes fideles inter se cõcordiæ, & caritatis uinculis colligantur. Hęc ossa arescere dicuntur, quando zeli sui igne crucianetur, cum uident alios infirmari: aut, cum ceteris dolentibus, dolent. Quis infirmatur, dicebat Paulus, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Ossa ergo, sicut cremium consumpto adipe arescunt, cum perfecti quique carnalibus infirmitatibus condolent, & se quasi spirituali pinguedine existimant uacuos, dum illos uident uirtutibus destitutos.

Gen. 2. *Greg.* *Iob 40.* *Locus explic.* *2. Cor. 11*

De neruis & compagibus spiritualis corporis.
Cap. 93.

Quemadmodum humani corporis ossa, nisi neruis quasi ligaminibus quibusdam colligarentur, necessario dissoluerentur: ita, ni spiritalis corporis ossa quibusdam spiritualibus constringerentur uinculis, consistere nequiret. Nerui, sunt animalis particulæ, quibus motus & sensatio fiunt: sunt longi, flexibiles, toto corpore diffusi, & a cerebro, ut multi uolent, ueluti a quodã fonte oriuntur, quib. quasi funibus quibusdã omnes animalis partes ligantur. Neruus, in scriptura interdum ponitur pro laqueo, ut apud Iob cum dicitur: Posuisti in neruo pedes meos. Pedẽ hominis Deus in neruo ponit, ut ait Gregorius, quia forti districtionis suæ sñia ligat. Aliquando sumitur proprie, ut ex eodẽ auctore capite 10. constat, cum ait: Ossibus, & neruis compegisti me. Neruos interni hominis cum Chrysostomo, orationes esse diceres: qua de re sic ipse scribit.

Iob 13. *Locus explic.* *Chry. li. 2. de ora.*

bit. Si quispiã diceret, ὅτι νεῦρα τῆς ψυχῆς εἰσὶν αἱ προσευχαί; idest quod nerui animæ, sunt orationes, uerum dicere mihi uideretur. Nam qui non orat, dissipatas, atque dissolutas sui corpis partes habet; qui uero orat, quasi quibusdam cogitationum uinculis, totus unitus, & collectus, sibique constans est: & qui non se colligit, ut docent, qui de oratione scri bunt, orare nequit, ac propterea totus dissipatus dissolutusque absque neruis existit: qui non orant, habent manus laxas, genua dissoluta, brachia dispersa: & denique, eius qui non orat membra, huc illuc flectuntur omnia. Ligant itaque orationes, quasi nerui quidam, omnia spiritualis hominis ossa, & partes, hoc est opera, uirtutes, intentiones, animique uires omnes: & ne corpus hoc dissoluatur efficiunt. Per hos neruos sentimus & tãgimus res spirituales: quibus neruis qui carent, nec æterna bona tangunt, nec suauitates spirituales gustant, nec quæ Deus loquitur audiunt, nec denique fragantes uirtutum odores percipiunt. Per hos neruos, in quibus spiritus uitales, idest gratiæ Spiritus sancti, resident, habemus motum bonorum operum. Debent hi nerui esse humilitate flexibiles, longanimitate longi, & ꝑ omnes corporis partes; idest per omnes operationes, & actiones, uitamque omnem diffusi; ita ut sine ratione agatur nihil. Propterea sancti uiri, nihil frequentius, nihil accuratius facere, quam orare consue uere: nouerunt enim & intellexerunt illud: Oportet semper orare. Hos neruos subneruare, hoc est inci dere tentat Dæmon, dum homines ab orando retrahit; aut in oratione animi orantis uires dissipare connititur. Et sicuti nerui corporei a cerebro oriun tur; ita spirituales a cerebro spirituali, idest a ratione, & prudentia oriantur oportet; ut orantis obsequium rationabile sit. Sed cum de ratione orandi dis serere ad nos nihil attineat, lectorem ad eos, qui de hac re fusius scripserunt, reijcio. Deinde, cum Gregorio

Luc. 18.

S. Nilus Guillel. Par. de rhetor. Eu.

gorio diceres, neruos, quos super ossa inducit Deus, esse uires ad agendum, spiritibus diuinis munitas, quibus homo sentit, & mouetur. Etenim, qui filij
Rom. 8. Dei sunt, spiritu Dei aguntur. Possemus etiam dicere, neruos esse rectas intentiones, quibus opera interni hominis, quæ ossa esse diximus, continentur, atque ligantur, ac in unum referuntur, recteq; mouentur: quibus debilitatis, aut fractis, totum spiritale corpus dissoluitur. De neruo Iacob, qui emar-
Gen. 32. cuit, quando cum Angelo colluctatus est, sic scribit
Hidelber. Hidelbertus. Dum mens in contemplatione diuinas apprehendit delicias, ex earum desiderio carnis affectus emarcescit. Arefacto autem neruo, pes unus est
Locus explic. incolumis, alter languet; quia mortificata in nobis carnis concupiscentia conualescit pes, quo ad Deum dirigimur; infirmatur ille, quo a Deo declinamus. Hæc Hidelbertus. Si itaque neruus, intentiones significat, cauebit nouus homo, ne Dæmon unquam eas secet, quia rectis intentionibus sectis, necessario corpus bonarum operationum decidet, nec sentiet, aut mouebitur amplius. Neque internus homo ha-
Isa. 48. bebit neruum quem Isaias ferreum uocat; hoc est, ob
Locus explic. stinationem, & peruicacitatem; quandoquidem, is neruus nec motus, nec sensus instrumentum esse potest, cum ui spiritus excitari se & iuuari non patiatur. Compages, ut de his etiam uerbum dicamus, in corpore spirituali sunt sanctæ cogitationes, quibus unum bonum opus alteri aptatur, ac conglutinatur: aut dilectio Dei, & proximi, pacisque uincula, quibus opera nostra compingenda sunt. De his compagibus spiritualibus epistola ad Hebræos men
Heb. 4. tionem fecit Apostolus, cum de uerbo Dei dixit, penetrare usque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discernere cogitationes, & intentiones cordis. Quibus uerbis, ipsemet apostolus seipsum explicasse uidetur: cum compages, & medullas, cogitationes & intentiones esse

demon-

demonstrauit. Cogitationibus nanque ueluti compagibus, ossa & partes interni corporis compinguntur. Ossibus itaque bonorum operationum, diuini auxilij neruis, ac rectarum cogitationum compagibus compactus est a Deo spiritualis homo. De uenis, quę sunt quasi canales quibus nutrimentum animalis per totum corpus diffunditur, ut quodcũque mẽbrum pro sua indigentia nutriatur, nihil inueni a sacris scriptoribus dictum, nec aliquid de nouo excogitare uolui: de quibus, quisque pro suo sensu mystice loquatur. Idem, de arterijs, quæ a corde initium ducunt, & spiritus per vniuersum corpus deferunt, dixerim.

De humoribus spiritualibus in uniuersum, & speciatim de sanguine. Cap. 94.

SCribunt physici, in corpore animalis esse quatuor humores, qui ad eius nutritionem & conseruationem sunt maxime necessarii: quorum singulis cũ elementis affinitatem quandã habent: sanguis cum aere, quia est calidus & humidus: cholera cum igne, quia est calida & sicca: malancholia cum terra, quia est frigida, & sicca: phlegma cum aqua, quia est humidum, & frigidum. Hos quatuor humores, quidam dicunt, esse similes quatuor uirtutibus cardinalibus, quas humorum uicem in corpore mystico gerere existimant. Sanguini, qui est dulcis, conformis est temperantia, & modestia: choleræ, quia est calida, comparatur rigor iustitiæ: melancholiæ quia est sicca, similis est fortitudo: phlegmati quod est aqueum, comparatur prudentia, quæ ueluti aqua, est perspicua & clara. Item, de his humoribus aliqui hunc in modum sentiunt. Phlegma est humor affabilis, cui respondet in corpore mystico spiritualis affabilitas, quæ commoueri nescit: Sanguini, qui est dulcis & concoctus, deuotio & clemẽtia: choleræ,

zelus

zelus iustitiæ: Malancholiæ, spiritualis tristitia: De sanguine sæpe fit mentio in diuina scriptura; quæ uox translate sumpta ut plurimum male sonat. Etenim carnis corruptionem, opera carnis, peccata ipsa præsertim grauiora, & concupiscentiam, non raro homicidium & maxime pusillorum, denique uindictam; & ultionem diuinam significat. Ex eadem uoce quidam dicendi modi fluxerunt. Insidiari sanguini, est parare insidias & fraudes. Vocem sanguinis clamare de terra, est uindictam deposcere. Sanguinem abscondere, est non ulcisci. Viri sanguinum, sunt homines dolosi & improbi, qui alios diuexant. In bonam partem, sanguis, cognationem, hostiam, peccati remissionem, quia scriptum est, nullam sine sanguine remissionem fieri significat; & præterea alimentum & mercedem, quę operanti debetur; quã qui non soluit, dicitur effundere sanguinem: sumitur denique pro homine ipso, & uita, animaque carnali. In scripturis, dicitur uitam esse in sanguine, non quod sanguis sit forma, uel anima hominis, ut quidam inepte senserunt; sed quia sanguis est humor toto corpore fusus, nutritiuus, calidus, humidus, naturæque maxime amicus; quo deficiente, uita deficit: Quo fit, ut sedes animæ appelletur: quo qui abundant, sunt bono succo, colore uiuido, & hilari animo, ac fortes. Sanguis est promptus ad tuendam naturam: quia cum homo timet, ad cor, ueluti ad arcem se contrahit: cum pudefit, ad superficiem se diffundit: cum aliqua denique corporis pars læditur, statim accurrit. Eius prima sedes est cor, concauum ad recipiendum & creandum sanguinem; & durum ad retinendum. Denique sanguis facile corrumpitur cuius eo minus animal habet, quo magis pinguedine abundat. Sanguinem interni hominis, caritatem esse optime dixeris; qui sanguis gignitur in corde affectionis, & humilis firmeque mentis: per totum corpis spirituale funditur, cor custodit,

Ambros. *Psal.* 50. *2.Reg.* 1. *Osee.* 4. *Gen.* 9. *Matt.* 17 *Psal.* 77. *Gen.* 4. *Heb.* 9. *Luc.* 10. *Eccl.* 34. *Luc.* 17. *Eph.* 6. *Deut.* 27

ſtodit, omnia membra tuetur, contrahitur ad ſe, diffunditur ad alios: quo effuſo, uita ſpiritualis ceſſat, & a quouis graui peccato corrumpitur; quo qui abũdat magis ſtrenuus eſt, & minus pinguedinis carnalitatis habet. Rurſus, ſpiritualis ſanguis cum Origene, eſt ſanguis Domini, quo uiuit & nutritur ſpiritualis homo; quo qui caret, uita ſpirituali caret. Item, ſpiritualis ſanguis ſunt diuina uerba, quæ ſpirituales ſpiritus, & uitam continent: Verba, aiebat Dominus, quæ locutus ſum uobis, ſpiritus, & uita ſunt. Bibere, ait Origenes, ſanguinem Chriſti dicimur, non ſolum ſacramentorũ ritu; ſed cum ſermones eius recipimus in quibus uita conſiſtit. Et diuus Petrus cum hunc ſanguinem guſtaſſet, Chriſto apoſtolis abeundi facultatem facienti, dixit: Ad quem ibimus? uerba uitæ habes. Hic ſanguis, ueluti ſanguis Abel clamat; ſed non idem: ille uindictam iniurię, hic ueniam perpetrati peccati depoſcit. Aut certe, cum eodem Origene dicamus, ſanguinem eſſe ſacrarum ſcripturarum ueritatem. Nam, cum ſcripturæ uerba, ut poſtea dicitur, ſint cibus ſpiritualis, in hunc ſanguinem, ideſt in ueritatem, hic cibus conuertendus eſt: & ſcriptura ſine hoc ſanguine mortua eſt. Quem ſanguinem effundunt hæretici, dum peruerſe eam accipiunt, dum gladio erroris eam iugulant; ac propterea, ubi eſt effuſus, a Deo uindictam clamando petit. Sed non animaduertunt, miſeri, ueritatem Domini manere in æternum, & portas inferi non poſſe præualere aduerſus eam: & illud: Cœlum & terra tranſibunt, ideſt potius cœlum & terra deſtruentur, quod tamen nunquam fiet (neq; enim ut id obiter dicam mundus deſtruendus eſt) uerba autem mea non præteribunt. Demum, ſunt qui dicant, ſanguinem ſpiritualem eſſe memoriam paſſionis Chriſti; & ſanguinis ab eo fuſi. Hunc ſanguinem effundunt qui occidunt Zachariam filium Barachię; ideſt memoriam Dei, filiam benedictionis, ſeu laudis Dei.

Orig. ho. 17. in nu. *Ioã. 6.* *Ioã. 6.* *Gen. 4.* *Greg.* *Orig.* *Pſ. 116.* *Mat. 16.* *Mat. 14.* *Locus explic.* *Philo. li. de mundo* *Theologi in d. 48.* *Mat. 23.* *Locus explic.*

Orig. dis Dei. Per benedictionem enim Dei, memores sumus Dei. Cum itaque sanguis tam necessarius sit in spirituali, quam in naturali corpore est; operam nauet internus homo, ut sanguinem suum conseruet & augeat: sanguinem inquam caritatis, ueritatis, ac memoriæ passionis, & beneficiorũ Dei. Et ne aliorum sanguinem aliquando per scandalum, aut falsam doctrinam effundat, diligenter caueat: ne postea ubi homicidium spirituale fecerit, cogatur cum propheta dicere: Libera me de sanguinibus: hoc est; a perpetrato homicidio. Nec etiam, quod huc facit, sanguinem pauperum hauriat, & bibat, fundatur. Panis egentium, ait sapiens, uita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est: ac si diceret; Vita pauperum consistit in tenui uictu, quo egentes contenti sunt, qui hoc uictu pauperem defraudat, est homo sanguinarius, & homicida. Pasce fame morientem, ait Ambrosius: Quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, fame occidisti. Sed, quid de ijs dicendum erit, qui non modo de suo non dant pauperibus, sed impie ab eis, quod habent, auferunt? dum artificibus, & operarijs pro rebus acceptis pro operibus, quod iã diu debent non soluunt: Immo cum ab eis sanguinẽ suum; idest labores & res suas reposcunt, corporis sanguinem se fusuros esse minantur: & si fortasse ipsis a pauperibus aliquid restituendum est, eos suffocant, & ut in carceres conijciantur curant, donec ad minimum quadrãtem satisfaciant. Sed hi non exaudiunt uoces huius sanguinis, qui apud Deum uindictam clamat: Ecce, inquit Iacob, merces operariorum, qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est a vobis, clamat, & clamor eorum in aures Dei Sabaoth introiuit; qui in lege sua precepit: Non morabitur opus mercenarij apud te usque ad mane. Et, si iniquum est boui trituranti negare pabulum; cur non erit impium pauperi laboranti non tribuere mercedem? Verum

Psal. 50. *Eccl. 34.* *Locus explic. Iansen.* *D. 86. Pasce.* *Greg. Nysse. or. de paup. aman.* *Mat. 18.* *Luc. 5.* *Leu. 19.* *Deut. 25.*

rum, ille qui est iustus iudex, aliquando de manu isto- *Psal. 2.*
rum sanguinem requiret: tunc uidelicet, cum loque
tur ad eos in ira sua, & in furore suo cõturbabit eos:
tunc cum in breui exarserit contra impios ira eius,
in illa die, in qua reddet unicuique secundum ope-
ra sua.

De ceteris humoribus spiritualis corporis.
Cap. 95.

SIcuti in humanis corporibus animaduertimus, unum magis, quam alterum, hoc uel illo humore abundare; ita quoque in corporibus spiritualibus, si quis diligenter attendet, similem quandam uarietatem inueniet. Videre enim licet quosdam ueluti quadam spirituali cholera abundare, cum quodam spirituali zelo pleni sint: alios verò phlegmate, hoc est quadam placabilitate & comitate, cum commoueri nunquam queant; idem de alijs dicas: cum aliqui, quasi sanguine abundãtes, læti & suaues sint: alij uero, quasi malancholia pleni tristes & mæsti. Propterea, de his humoribus aliquid mystice dicemus, ut suam quisque spiritualis corporis constitutionem facilius cognoscat. Phlegma in humano corpore, est humor frigidus & humidus, & ob imperfectionem caloris naturalis semicoctus; qui, vel perfecte concoquendus & in sanguinem conuertendus, ac proinde residet in uenis, aut certe eijciendus est. In corpore spirituali phlegma, est affectio cruda, & ob debilitatem caloris caritatis indigesti mores. Neque enim dum spiritualis homo hanc uitam uiuit, omni ex parte, omnes imperfectos mores euacuare potest: qui, vel in sanguinem deuotionis & caritatis conuertendi, vel certe eijciendi sunt. Qui minns hoc humore abundant, sunt carnis affectibus pingues, pigritia tardi, ignorantia hebetes, ingratitudine obliuiosi, inconstantia molles, moribus liuidi, elatione

tumidi,

tumidi, sputo superfluitatum pleni, torpore acediæ somnolenti, potum, & cibum spiritualem minus appetũt, ac demum de rebus inanibus facile somniãt. Quare, ne his imperfectionibus spirituale corpus laboret, danda opera est, ut caritatis calor crescat, ut quicquid est imperfecti in spirituali corpore concoquatur, & in sanguinem conuertatur, aut certe eijciatur. Hoc spirituali humore ij potissimum abundare solent, qui recens frigideque ad Deum se conuerterunt, qui cum parum feruore abundent, crudis adhuc ac indigestis moribus, affectionibusque constant. De cholera; Cholera est humor subtilis, calidus, siccus, amarus, & ruber, excessu caloris generatus; sanguinem, qui fere nunquam sine cholera reperitur, subtiliorem reddit, unde facilius penetrat, superflua expellit, & digestionem iuuat. Quare, si modum habet corpori prodest; si uero abundet, obest. Cuius fere sunt ista: Amaritudo in ore, dolor capitis, alienatio mẽtis, somni horribiles, corruptio gustus, &c. Mystice; cholera est contritio, & indignatio contra uitia; atque amorem sui, quæ sequitur calorem caritatis, siccitatem abstinentiæ, vnde oritur rubor verecũdiæ, & amaritudo doloris; subtilioẽ reddit spiritualem amoris sanguinem, ut facilius omnia penetret, & fuse, lateque in omnia membra se se diffundat: duriores cibos concoquit, impuraque expellit. Hic humor in illis reperitur, qui indignantur contra se, suaque peccata, qui in amaritu-
Isa. 58. dine animæ suæ recogitant annos suos, qui corpus
Ps. 101. suum castigant; qui cinerem tanquam panem man-
Psal. 6. ducãt, qui in gemitu suo laborant: in illis denique, quorum oculus a furore conturbatus est. Debet tamen hæc cholera esse temperata, ne quid corpori officiat; hoc est, zelus debet esse discretus, ut in omni
Rom. 12. re sit rationabile sacrificium. Est hæc cholera sanguini permixta. i. mẹror lẹtitiæ coniũctus: quia, dum in hac uita uiuitur, dulce cum amaro gustãdum est,

Ma-

Malancholia est humor spissus, terrestris, tristitiam generat, aliquot membra ueluti splenem, nutrit, famem in stomaco excitat: & hanc medici appellant naturalem; quæ differt ab altera malancholia, quã non naturalem uocant, quæ est ueluti fex, & ciuis humorum aliorum, ex qua ęgritudines oriuntur in curabiles; quæ timores, etiam sine causa, excitat. Quare, qui hoc humore abundant, timent, nigret, trepidant, somniant, monstra uana imaginantur, ac multa contra naturam faciunt. Verum, hæc malancholia quę contra naturam est, potest reperiri in cor pore spirituali: Oritur enim ex grauioribus peccatis. Quo fit, vt qui hoc humore abundant, nigreant ob defectum candoris innocentię; timeant ubi non est timor, & ueluti somniantes, multa se habere existiment. Malancholia spiritualis, est timor, tum uenturæ mortis, tum uitæ æternæ amittendæ. Hæc cum sanguine, idest cum caritate mixta, splenem, hoc est lætitiam, nutrit: Timor enim Domini delectabit cor, & dabit lætitiam. Excitat etiam famem spiritualis cibi, dum Dei iudicia timentur, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Hac spirituali malancholia affectus erat is, qui dicebat: Timor & tremor uenerunt super me; & contexerunt me tenebræ; & dixit: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? Ex hoc enim timore nascitur quædam famis perfectionis, & beatitudinis acquirẽdæ, nec non etiam lætitia, qua internus homo affectus, maximos in uia spiritus facere progressus studet: & velut simplex columba perpetuo canendo plorat, ac solitudinem quærit. Hinc est quod sapiens eum beatum appellauit, qui semper est pauidus. Et hæc de his humoribus dixisse sit satis.

Psal. 52
Psal. 75
Eccl. 14.
Eccl. 1.
Psal. 54.
Pro. 28.

De pinguedine & adipe spirituali.

Cap. 56.

Reperiri quandam spiritualem pinguedinem, non ex uno tantum sacrarum literarum loco cognoscere licet; & speciatim ex illis Dauidis
Psal. 62. uerbis, quibus se desiderare aiebat, animam suam adipe & pinguedine repleri. Nam sicut in corpore animato maximus est pinguedinis usus, ita etiam in mystico, mystica pinguedo est maxime necessaria; & propterea ea repleri propheta desiderabat. Pinguedo in animali est substantia quædam mollis, alba, ex congelato sanguine generata, quæ, vt nocet si superabundat; ita, si modum habet, prodest. Siquidem, si modum habet confert ad uires, ad motum, & operationes; emollit carnem, quæ sine adipe est sicca, & arida, & ita siccitatem temperat, & est innati caloris pabulum. Et ut in natura, modo laudatur, modo uituperatur; ita in re spirituali, nunc bene, nunc male
Ps. 127. sonat, ut ex illis, quæ infra citabo plane constabit lo
Locus explic. cis. In diuinis ergo literis adeps sæpe rerum abundantiam designat; ut eo loco, cū dicitur: Adipe frumenti satiat te, idest rerum omnium abundantia te replet. Adeps uero frumenti est farinę flos, seu selectissimum frumentum. Item, ponitur pro superbia, ira, & abundantia malitiæ. Ad hæc, adeps, præsertim is, qui est circa renes, libidinem & carnis deside ria designat; & in ueteribus sacrificijs igne creman-
Psal. 72. dus erat. Adipem comedere, est carnalia sectari; & hac de causa eius manducatio interdicta erat, ut ex hoc præcepto disceretur, a rebus carnalibus abstinendum esse. Eosdem fere usus habet hæc uox, pinguedo, quæ potissimum abundantiam & opulentiam designat. Huc pertinet dictatum illud. Præ pinguedine perijt; quasi diceres, sua mole, sua magnitudine,

gnitudine, & ex nimia rerum copia. Et scripturarum more, pinguia & adipea uocantur, quæ felicia & opulenta sunt. Pingues, de quibus sæpe fit mentis sunt potentes, superbi; qui gloria, robore, & honore florent, & qui cæteris præstantiores censentur: ueluti Reges, pastores, principes; qui, tauri, & vaccę pingues interdum uocantur: quæ vaccę faciunt calumniam egenis, & confringunt pauperes. Quare, cum vellet Dauid summum opulentiæ & felicitatis statum exprimere, dixit: Prę pinguedine egressi sunt oculi eorum, idest vt ex nimia pinguedine, quæ oculos fere obtegit, cernere aliqs nequit, ita isti tanta rerum copia & felicitate abundant, vt præ superbia nihil videant, nihil cernant, & omnes despiciant. De spirituali pinguedine, hæc diuus Augustinus scripta reliquit. Habet quandam pinguedinem anima nostra. Est enim quędam saturitas pinguis sapientiæ. Animæ enim quæ carent sapientia, macrę sunt, & ideo ita exiles fiunt, vt in operibus bonis cito deficiant. En ergo quo modo spiritualis pinguedo necessaria est; vt in operando, præ nimia macie aliquis non deficiat. Est etiam spiritualis adeps, in Deum, & in proximum caritas; qua anima, veluti quadam pinguedine, est succi plena. Sine qua est sicca, ieiuna, nec quidquã operari ualet: Hæc pinguedo generatur ex congelatione sanguinis carnalitatis, quo sanguine ij minus abundant qui caritate pinguiores existunt. Hac pinguedine sacerdotum animam, per Ieremiam se inebriaturum esse pollicitus est Deus. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine; & populus meus bonis meis adimplebitur: quod factum fuit, quando de cœlo supra apostolos spiritus sanctus missus est: quo ita inebriati sunt, vt musto pleni esse censerentur: tunc repletus est populus bonis Dei; donis uidelicet uarijs Spiritus sancti. Et hic est ille adeps, quo animam suam psaltes repleri cupiebat. Sicut adipe & pingue-

Psal. 77. *Psal. 21.* *Eze. 34.* *Amos. 4.* *Locus explic.* *Augustin. Psal. 67* *Ier. 31.* *Act. 2.* *Locus explic.* *Psal. 62.*

pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meũ: hoc est: o Domine, opto detione & caritate repleri, quo fiet, vt summis laudi-
Ambros. bus labijs meis te ornem. Vel diceres cum alijs, adipem esse abundantiam deuotionis, qua spiritale corpus, pingue, nitidum, & ad agendum expedi-
Leu. 3. tum, ac promptum redditur. Et hic fortasse est adeps, quem Deus perpetuo iure in generationibus & cunctis habitaculis sacerdotum requirebat. Hoc
Psal. 43. adipe qui sunt impinguati, cum alacritate, & humilitate, ac promptitudine in diuinis officijs versantur; & veluti oues fœtose & crassæ abundant ingressibus suis; in suis nimirum bonis operibus sunt fœcundi: quę bona opera interdum adeps nuncupantur. Præ-
Psal. 22. terea adeps, quo impinguari internus homo desiderare debet, est diuina gratia, qua suum caput regius propheta impinguatum fuisse psalmo vigesimosecũ
Psal. 12. do pergaudebat. Hoc adipe pinguescunt speciosa
Locus ex deserti, uiri uidelicet sancti, & pij, qui in hoc mun-
plic. di deserto, inter peccatores speciosi sunt. Hęc est pinguedo, quæ animam nutrit, commiseratione & mansuetudine mentem & totum mysticum corpus emollit, vacuitatem cordis virtutibus replet, poros sensuum claudit, siccitatem temperat. Ad hæc
Psal. 16. adeps spiritualis, est virtus misericordię, quem con-
Leui. 6. cludere dicuntur, qui nullo misericordiæ permouentur studio; qui inquam pauperibus pietatis viscera claudunt. Demum, adeps & pinguedo spiritualis, sunt consolationes & deliciæ spirituales, quibus anima nitescit, & uiget; quibus, qui carent, squallent, languescunt, & tabescunt. Spiritualis itaque homo
Ier. 31. hac pinguedine affectus, & vt cum scriptura loquar, inebriatus, est hilaris, lætus, & iucundus; exultat, gaudet, terrena despicit, pinguibus pascuis super montes Israel in herbis virentibus, idest in cœlis, in æterna fœlicitate pascere ac quiescere concupiscit; & in has uoces prorumpit.

Iam me pœnitet *Synesius*
Terrenæ vitæ, *episcopus*
Abite in malam rem pestes *hymno. 3*
Impiorum mortalium
Vrbiumque opes.

Cæterum, cum nemo poſſit pinguis fieri, niſi eos cognouerit cibos, qui ad pinguefaciendum maxime apti ſunt, qui nam ſint, breui hoc loco dicam. Poterit quis facile pingueſcere ſi ad eam, quam in *Pſal. 22.*
conſpectu ſuo Deus parauit menſam accubuerit: ad *Locus ex*
menſam inquam ſacrarum ſcripturarum, vbi ſunt *plic.*
epulæ pingues ſpiritualis intelligentię,& diuinorum *Iſa. 25.*
myſteriorum cibi: ad menſam inquam magni regis; *Pſal. 77.*
ubi panis angelorum, panis qui de cœlo deſcendit, *Pſal. 22.*
manducatur; ubi calix pręclarus, & inebrians apponitur; ubi non modo pręſens datur pinguedo, ſed etiam futuræ acquirendæ ſpes largitur: ubi inquam *Pſal. 80.*
adeps frumenti, ideſt ſpiritus Chriſti, quod frumen- *144.*
tum, vt nos pinguefacerit, cecidit in terram, ideſt ꝓ *Locus ex*
nobis mortuum, eſt, ut reſurgendo multum fructū *plic.*
afferret: ubi inquam ſpiritualia dona animam pin- *Ioan. 12.*
guefacientia conceduntur. O igitur ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus frumenti adeps ſumitur; & recolitur memoria paſſionis eius, ex qua totius Eccleſiæ adeps uerberum ui fluxit,& futuræ gloriæ pignus datur. Erit interni hominis a mala pinguedine ideſt a luxu, & ſuperbia cauere; quia iſta pinguedo, ſanguinem caritatis minuit, corpus frigidum reddit, *Deu. 32.*
animal aggrauat, motum retardat; a ſuperfluis inquam uoluptatibus,diuitijs, & honoribus. Namq; de eo,qui tali pinguedine affectus eſt,legitur Incraſſatus eſt dilectus,& recalcitrauit:incraſſatus,impinguatus,dilatatus,dereliquit Deum factoré ſuum, & *Iſa. 34.*
receſſit a Deo ſalutari ſuo. Sed, qui hac ratione pinguent a Deo occidentur, & eorum ſanguine & adipe, terra gladiuſque diuinus inebriabuntur;quando *Ezech.*
Deus inter pecus pingue & macilentum iudicabit. *34.*

Non igitur vanis honoribus, fœdis voluptatibus, fluxis opibus pinguefaciat se: quibus tamen, quis non pinguescit? quis non repletur? quis nō afficitur, & inficitur? cum ab omnibus hæc tria, honos, voluptas,
1. Ioā. 2. opes, quærantur, retineantur, & conseruentur? Nā, ut Ioannes ait, omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ tanquam Dij ab hominibus coluntur

Bap. Mant. *Ambitiosus honos, & opes, & fœda uoluptas:*
Hæc tria, pro trino numine mundus habet.

De his tribus vitijs, cum soleant humanum genus corrumpere, multa sapientes viri scripserunt, vt eis medicinam facerent. Sed, quæ est nostrorum temporum magna calamitas, non in bonorum auctorum, & eorum præsertim, qui uiuendi rationes, & frangendi cupiditates præcepta tradunt, sed in fabularum, ac impudicorum scriptorum lectione homines uersantur. Etenim, quam pauci sunt, qui eam philosophiæ partem, quæ mores tractat, vel semel uideant? quæ præter maximas, quas habet vtilitates, cum plurimum ad frangendas cupiditates, & ad acquirendas virtutes conferat, maximam quoque uoluptatem, cum ea doceat, quæ scitu perdigna sunt, quę quotidie fieri debent, quę ad humanę uitæ usum pertinent, ingenuis animis affert.

Guillerm. de Mara de his tribus uitijs.

Quam rari sunt, qui non dicam in lectione sanctorum, sed prudentum hominum versentur? ueluti Senecæ, Plutarchi, Epitecti, & multorum aliorum, qui, vel de vita recte instituenda, uel de uitijs fugiendis, uel de vtraque fortuna, vel de consolatione scripserunt: quorum auctorum lectio, uberrimos fructus parit.

Frā. Pet. Cardan.

Quid,

Quid, cor, in scriptura significet, & de modis loquendi ab hac uoce sumptis, & quæ sit cordis natura.
Cap. 99.

NVlla est fere uox, in diuinis oraculis, quæ sæpiús translate sumatur, sicuti, cor, cuius uocis explanatio ad ea q̃ de corde spũali dicẽda sũt, plurimum conferet. Cor igitur, mediam eius rei de qua dicitur partem significat: vt cor maris, & cor terræ idem sonet, ac si diceres, medium maris, & terræ. *Psal. 45.* Deinde cor, sæpissime pro ipsa anima, cum eius sedes esse dicatur, ponitur. Postea, cor, passim uim cogitãdi ac appetẽdi significat: ut cor dicatur intelligẽdi, & appetendi vis, ac princeps animæ pars. *Origen. hom. 6. Isaiam.* Quo fit, ut non raro pro consilio, industria, studio, cogitatione, appetitione, ingenio, prudentia, memoria, intelligentia, sapientia, fortitudine, perspicacitate, concordia, discordia, amore, uoluntate, delectatione, audacia, ferocia, ignauia, stultitia, duritia, grauitate, crudelitateque ponatur. Ex qua etiam uoce uarij loquendi modi fluxerunt. In corde ponere, seu dicere, est statuere, cogitare: sicuti corde carere, est imprudenter agere. *Isa. 47.* Huc pertinet illud: habere cor, & non habere cor. Is cor habet, qui prudenter agit, qui periculis non cedit, qui sapit: is non habet, qui minus considerat, qui minus sapit, qui effœminate agit; qui cor mulieris habere dicitur. *Ier. 5.* Habere cor in ore, & os in corde sunt opposita: illud est stultorũ, qui dicenda & non dicenda manifestant, & eorum *Eccl. 21.* qui quicquid in buccam uenit, effutiunt: hoc, sapientum, qui ea, quæ rem continent, & serio, ac prudenter loquuntur. Ad cor, & super cor loqui, est blande consolari, & amanter loqui, monere, & suadere. Dilatari corde, est animum repleri lætitia, & consolationem capere: interdum uero est superbire, & *Psal. 4.* contumaciter agere. Cor inclinare, vt diuus Salo-

D. Salo-nius. nius docet, est humiliare se, & ad aliquid agendũ se applicare. Corde & corde loqui, dicuntur ij, qui aliter atque sentiunt loquuntur: & hi dicuntur duplici corde: de qua re eleganter Origenes homilia sexta *Eccl. 2.* in Isaiam scripsit: quibus dictum est: Væ duplici corde. Effundere cor, ut Ambrosio placet, est effunde- *Ambros.* re peccata, ad hoc ut Deus effundat de spiritu suo: & interdum, idem sonat, ac animi sui sensa omni studio, Deo manifestare, uel aliquid uehementer se cu- *Thre. 2.* pere, patefacere, & ex corde orare. Mortuus a corde is dicitur, cuius nulla apud posteros extat memoria. Profundi corde sunt, qui, quod in animo ha- *Isa. 29.* bent, callide occultant, qui nimium sua prudentia, & scientia nituntur. His sunt contrarij recti corde; *Psal. 27. 31.* qui sunt simplices, & bonam rectamque intentionem habent, quos sua conscientia surdo uerbere non percutit. Contriti corde dicuntur, qui peccatorũ dolore sunt oppressi, & cõsternati. Mundi corde sunt, qui cordis mundiciam, & conscientię candorem conseruant, qui puro simplicique animo Dei honorem, proximique salutem quærunt: *Matth. 5.* Et hi Deum uidebunt. Corde Deum uidere, ut Origenes scripsit, est cum mente intelligere & *Origenes.* cognoscere. Cor crassum, de eiusdem auctoris sententia, est illud, quod frigore iniquitatis *Orig. li. ad Rom.* est constrictum: & corde incrassari est huius uitæ curis impediri: ubi uero cor pinguit, non potest tenuiores spiritus notiones suscipere. Incras- *Orig. ho. 9 in Isa.* satum itaque cor, ait Origenes, est illud, quod non nisi humanis cogitationibus est refertum, quod non nisi de humanis rebus cogitat. Fit etiam mentio de corde carneo, & lapideo; quæ corda sunt inter se contraria; illud est obtemperans, & facile, & no- *Ierem. 31* uum solet nuncupari; hoc durum, & peruicax; *Ezec. 36.* quod, qui habent, præputiati & incircuncisi cor- *Psal. 50.* de dicuntur. Reperitur etiam rectum, & obliquum: *Isa. 47.* illud, ad diuina eleuatũ est, ac bene de ueritate sentit;

hoc

hoc uero ad terrena & errores est deflexum; quod & *Mar.6.*
obcœcatum dicitur; quia uersatur in errore, & quod
sibi expediat, non uidet. Cor eleuatum, est eorũ, qui
ob res secundas, uel opes extollunt se, & gloriantur,
quod facere leuitatis, ac stultitiæ esse, M. Tullius sa- *Cicero*
pienter dixit. Cor magnum, & cor Leonis, ij habere *lib. de off.*
censentur, qui forti sunt animo, qui audacter pericu- *& in Le*
la aggrediuntur. Cor unum, est magna animorum *lio.*
cõsensio; cui opponitur, cor diuisum, quod est in ijs, *2. Mac. 1*
qui studia diuersa spectant. Cor conturbatum, est il- *2. Reg.*
lud, quod animi perturbationibus agitatur; a qua- *17.*
rum agitationibus & procellis tũc aliquis liberatur, *Ose. 10.*
quando toto corde ad Deum conuertitur; quando ui
tijs nullum relinquitur locum, quando tota cogita-
tione uiribusque omnibus Deum diligit. Denique se
cundum cor id fieri dicitur, quod ad optatum cõtin-
git, quod sub manus succedit. Ex antedictis intelligi *Act. 13.*
licet, cor, modo in bonam, modo uero in malam ca-
pi partem in sacris literis. Vt autẽ, quæ de corde my-
stice dicuntur facilius intelligantur, aliquid de uero
corde præcognoscendum est. Cor, a cura, ut quidam
uolunt, dictum, ex partibus animalis, primum uiuit,
ac proinde uitæ, quam ceteris partibus communicat,
fons & domicilium uocatur; quo fit, ut sit primum
sentiendi organum. Cor, natura, est calidum, & sic-
cum; figura oblongum, suprema parte patens, infima
acutum, qua parte ad sinistrum latus uergit; dilata-
tionis, & constrictionis perpetuo cietur motu; ei om-
nia membra inseruiunt, & maxime pulmo, qui trahit
& emittit aerem, quo refrigeratur: cõtinet duos uen
triculos: alterum dextrum, qui sanguine, alterum si-
nistrum, qui spiritu abundat: quo fit, ut sedes spiritus
uitalis nuncupetur.

De

De corde interni hominis, & quod sit Dei, & Angelorum cor. *Cap.* 98.

SIcuti ex humani corporis partibus, cor præcipua pars censetur, cum sit fons uitæ & animæ sedes; ita etiam inter membra spiritualia, *spirituale* cor, principem locum obtinet. Et hinc est, quod sacræ literæ animaduertentes huius partis uim, atque præstantiam, cum de ea loquuntur, monent, ut omni
Pro. 4. custodiatur cura. Sed cum custodiri non queat, ni prius cognoscatur; ideo quod sit spirituale cor, aperire necesse est. Primum igitur, de multorum scribentium sententia, cor spirituale, est anima, seu mēs; quę primum uiuit per gratiam, quæ in eam infunditur, a qua in alias spiritualis corporis partes, uita dimanat. Debet hoc cor esse tāquam ignis, calidum & siccum: quia, ut igni naturale est habere calorem; ita cordi naturale est, amando ardere, sine quo ardore uiuere
1. Io. 4. nequit; cum cordis uita, sit amare. Siquidem, qui non
Psal. 38. diligit, manet in morte. Hac uita uiuebat cor eius, qui dicebat: Concaluit cor meum intra me: Quo fit, ut omni carnali humore consumpto, non modo calidum, sed etiam siccum existat. Debet præterea esse
Iudith 12 durum per constantiam, ne facile aduersis concutiatur, frangaturve. Esto etiam longum uirtute perseuerantiæ: superiore parte latum, ut appetat æterna bona, quæ sunt amplissima, quibus solis expleri potest, cum sit Dei capax; est enim ueluti cor carneum, concauum, cum nulla re finita & creata satiari queat. Altera parte, qua temporalia respicit, & ad sinistram spectat, debet esse strictum, & acutū, ut parce, & prudēter inferiora spectet, in eisq; uersetur. Duplici motu mouebitur, si superflua expellet, & utilia spiritumq; diuinum auxilio affectionis bonæ uoluntatis, motæ a prudentia, cuius est bona a malis secernere, attrahet. Si direxerit, ait Iob, cor suum ad Dominum,

spiri-

ſpiritum quoque eius ad ſe attrahet. Dilatet ſe hoc cor ad proximum:ita tamen,ut etiam conſtringat ſe, ad ſe; ut dum alios iuuat, ſuaque cum alijs communicat, ſibi quoque conſulat:ne dici poſſit: Cor ſtulti in ſiniſtra eius: ſed potius: Cor ſapientis in dextera eius. Iuſtus,ait Albinus in hunc locum, ſiniſtram in ſe non habet,ſed totum in eo dextrum eſt:qui autem ſapiens eſt,ſemper de futuro ſęculo cogitat,quod dicit ad dextram: qui uero inſipiens eſt, de præſenti, quod poſitum eſt in ſiniſtra ſemper inquirit. Vt ergo hoc cor congruenter ſemper moueatur, alterum uentriculum, id eſt uoluntatem, amoris ſanguine, alterum uero,nempe intellectum,ſapientiæ & ueritatis ſpiritibus refertum habeat;& deniq; cetera membra, id eſt uirtutes, & operationes omnes ei inſeruiant, ipſumq; conſeruent,oportet. De ſpiritali cor de Origenes lib. 2. ad Romanos declarans, quo modo gentes legem habent ſcriptam in corde, hæc literis commendauit. Non eſt putandum,quia in membro corporis, quod cor appellatur, lex ſcripta dicatur.Vnde enim caro,aut tantos prudentiæ ſenſus poſſit emittere, aut tanta memoriæ receptacula poſsit retinere. Sed ſciendum eſt rationalem animæ uirtutem cor ſolere nominari. Ex quibus conſtat, uim intelligendi,eſſe cor ſpirituale. Quam magnum,quãq; patens, & capax ſit hoc cor, idem auctor in Lucam elegantiſsime exponit, qui locus eſt omnino ſuper hac re legendus. Præterea,cor ſpirituale,eſt,mentis affectio,& intentio; de quo corde intelligitur illud: Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt & cor tuum,id eſt appetitio,cogitatio,& intentio tua.Si appetis cœleſtia,eſt in cœlis;ſi terreſtria,eſt in terris. Ad hæc, myſticum cor, priuatim, eſt ſpiritualis affectus ad diuina erectus,quem qui non habent,ueluti carnales homines, ſine corde eſſe dicuntur. De hoc corde intelligeres illud.Cor mundum crea in me Deus, id eſt ſpiritum purum, affectum pium, candidumque, qui dicitur

Eccl. 10. *Iob 34.* *Locus explic.* *Orig.* *Orig.* *Matt. 6.* *Locus explic.* *Psal. 50.* *Locus explic.*

creari,

creari, quia non ex uiribus naturæ in humano pectore producitur: & etiam, quoniam per peccatum fuerat sublatus. De eodem corde exponeres hunc alium

Pro.23. locum: Fili, præbe mihi cor tuum, id est affectum, & desiderium tuum. Insuper, cor interni hominis, est

Locus explic. eius uoluntas, & cogitatio: ex quo toto corde, id est, ex omnibus uiribus intellectus, & uoluntatis, Deus diligendus est. Postremo, sunt qui dicant, cor spirituale esse fidem, quæ est initium uitæ spiritualis, qua

Rom. primo uiuitur. Iustus enim ex fide uiuit, ex ea uidelicet fide, quæ uiua est. De hoc corde hunc locum ex-

Ezec.18. ponere possumus: Facite uobis cor nouum, & spiri-

Locus explic. tum nouum. Cor nouum, ait Hieronymus, est credere in eum, quem prius negauerant, & in eum qui est Deus uiuentium. Ceterum, quidquid cor esse dixe-

Iere.4. ris, siue fidem, siue affectum, siue cogitationem, siue uoluntatem, siue mentem, animamve ipsam, ab omni malitia & impuritate mundandum est: & cum pro-

Driedo li.2. de lib. arb. pheta petendum: Cor mundum crea in me Deus: quoniam, solus Deus hanc munditiam præbere potest: quam ob causam, idem, alio loco, Deum, Deū cordis sui, uocabat. Etenim Deus bonæ uoluntatis, & boni affectus, bonæq; cogitationis auctor est. Ita est necessaria hæc cordis mundicia, ut sine ea Deus uideri ne-

Mat.5. queat: cum iis solis, qui mundo sunt corde, promis-

Aug. sum sit, fore, ut Deum uideant: Beati mundo corde,

Simon de Cas. lib. 10. ser. 9. quoniam ipsi Deum uidebunt. Mundum cor, ait Augustinus, est ueluti oculus, quo cernitur Deus. Huius mundiciei tanta cura est habenda, quanta est dignitas rei, quæ tali oculo inspicienda est. Quod si qua turpitudine, & duritia cor suum internus homo affectum esse senserit, procidat coram Deo cordis sui,

Psal.50. & ploret, ut lacrymis mundet immundum, & emol-

Iere. liat durum: quia, cor cōtritum, & humiliatum Deus non despiciet; illud uidelicet cor, quod se affligat, quod se demittit, quod iam de se parum sentit. Humilitas enim conterit, ac contundit superbiam, quæ in

omni

omni peccato reperitur. Ita tamen internus homo debet se humiliare, ut nunquam humilitatis causa, qua in re interdũ a simplicioribus peccatur, sibi men tiri, ut prudentiores docent, licere putet. Petat itaq; a Deo, ut auferat a se cor lapideum, & det cor carneum; hoc est, tenerum, & molle; ut possit eius mandata facile suscipere, atque ab ipso Deo pro sua uoluntate tractari: ut tandem cor rectum habeat: quandoquidem, bonus, id est beneficus est Deus ijs, qui recto sunt corde: quod qui habent, lætari, & gloriari iure possunt optimo. Et sicuti animalis cor semper mouetur, etiam si animal dormiat; ita internum hominis cor, semper aliquid boni secum cogitet, ac meditetur; ut possit semper dicere; cor meum uigilat. Dei cor, est arcanum sapientiæ Patris, fœcundaq; memoria: ex quo corde, Filium ineffabili ratione genuit: propterea de se ait: Eructauit cor meum Verbum bonum. Est etiam cor Dei, uoluntas, & intellectus diuinus: Et homines secundum cor Dei, ij dicuntur, qui ex uoluntate diuina, uiuunt; & qui caritate ornati, Deo cari, gratique sunt. De angelorum corde hæc scripsit Dionysius. Cor item, signum esse dicimus diuinam speciẽ præ se ferentis uitæ, quæ uitalem uim summi boni instar in inferiora disseminat.

Henric. Gand. quodl. 3. q. 23.

Ps. 72.

Cant. 5.

Psal. 44.

Dionys.

De præcordijs interioris hominis, Cap. 99.

NE hæc de mysticis membris tractatio manca esse uideatur, de præcordijs etiam aliquid dicendum duxi: quamuis quos sequar patres, in hac re non habeam. Præcordia, sunt interiora animalis membra, quæ cor circunstant, ueluti pulmo, hepar, fel, & splen. Pulmo carne molli & spongiosa constat: una cum alijs membris uocem format, cor refrigerat, dum aerem attrahit, quem suo motu puriorem reddit; quo etiam aere, spiritus nutriuntur: eundem aerem retinet, & cõseruat, & calefactum, & quasi in

si in fumum a calore cordis, conuersum, emittit; contractionis, dilatationisq; motu perpetuo cietur: & ut ab humoribus a capite defluentibus facile læditur; ita ob perpetuum motu non facile curatur. Huius membri uicem in corpore mystico uoluntatem, quæ uim appetendi & respuendi habet, gerere dicerest: quæ debet esse mollis, & tractabilis, & humilitate uacua. Hæc ad uocem orationis formandam per sancta desideria iuuat, aerem diuini spiritus, quo cor refrigeratur, & spiritus nutriuntur, attrahit, & fumum carnalium appetitionum expellit. Nunquam a motu, dum uel per amorem se dilatat, uel timorem se constringit, cessat. Cor, hoc est mentem circunstat, & fouet: facile ab humoribus, id est a superfluis cogitationibus a capite rationis defluentibus læditur: unde morbi curatu difficiles, & mors ipsa emergit. Caueat itaque diligenter internus homo, qua in re non raro peccatur, ne quid superflui, & impuri in capite nascatur, quo deinde inficiatur uoluntas, a cuius recto & bono motu, spiritualis uita dependet. Hepar, siue iecur, est membrum calidum, sanguine abundans, rubrum, lubricosum, in dextro latere situm, stomachum, cui subijcitur, iuuat, a quo humorem accipit, & in uarias formas mutat; & est lætitiæ sedes. Spirituale iecur, est animi affectio, seu deuotio, sanguine caritatis abundās, eiusque feruore calida, memoria passionis Christi rubicunda, benignitate lubricosa; in dextra parte, ubi æterna bona esse dicuntur collocata: stomachum mentis iuuat, eique obedientiā subijcitur; & est lætitiæ spiritualis sedes. Ex bona .n. animi affectione & deuotione; uera nascitur lætitia. Humores appetitionum a stomacho exceptos, uel in sanguinem lætitiæ, uel in choleram doloris, uel in phlegma spei, uel in malancholiam timoris, conuerti. Affectio namque uaria, uarias appetitiones, uarie efficit. Et sicut carnale iecur a nimio calore sanguinem exiccante, a crasso humore oppilante, ab a-

Arist. 3. eth.

postemate aggrauante, patitur; ita spirituale iecur, a calore concupiscentiæ, qui sanguinem caritatis exiccat, a frigiditate paruæ deuotionis, quæ constringit, a crassis terrenisq; desiderijs, quæ oppilant, ab apostemate peccatorū, quod aggrauat, a uana gloria, quæ distendit, læditur. Fel, est membrum super hepate positum, quod humorem cholericum continet, sanguinem purgat, digestionem dum choleram ad stomachum trāsmittit, iuuat: cuius etiam choleræ ad alias partes transmissæ mordacitate expultrix uirtus roboratur. Continet igitur humorem siccum, & amarum. In re spiritali, fel est animi amara contritio, iuncta hepati affectionis, & delectationis. Nam tristitia, & lætitia in hac uita, iuncta esse solent; ita ut post unam, altera sequatur. Hoc fel, sanguinem affectuum impurorum purgat, digestionem spiritalem dum uoluntatem afficit, iuuat, mordacitate sua uirtutem pœnitentiæ, seu confessionis, qua sordes spirituales pelluntur, corroborat. Est hic humor caritate calidus, pœnitentia siccus, & doloris amaritudine affectus; quam amaritudinem in pœnitētia necessariam esse indicauit is, *Isa. 38.* qui dicebat, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Splen, est membrum in sinistra parte corporis sub stomacho collocatum, choleram nigram excipit, sanguinem purgat, famem in stomacho sua siccitate excitat, & est risus sedes. In spirituali corpore, splen, est diuinæ iustitiæ timor: tristitia niger, in sinistra aduersitatis collocatus, purgat sanguinem affectionis, a uitijs: Timor nanque Domini expellit peccatum; & qui sine timore est, non potest iustificari: bonorum operum famem excitat: quoniam, qui timet Deum, facit bona; risum spiritualem ob præsentem mestitiam gignit. Timor Domini, ait scriptura, delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum.

Plin. lib. 11. c. 37.

Eccl. 1.

Eccl. 15.

Eccl. 1.

De

De halitu, pulsu, atque spirituali spiritu.
Cap. 100.

CVm ex præcordiorum actione, hanelitus, pulsus, & spiritus in humano corpore oriantur; de his quoque aliquid per allegoriam breuiter dicendum esse duximus. Reperiri quendam halitum, ac spiritualem spiritum constat, ex his Dauidis uerbis: Aperui os meum, & attraxi spiritum. Halitus in animali, cordis, & pulmonis motu, per attractionem & expulsionem aeris fit. In mystico corpore, halitus est uoluntatis appetitio, aut declinatio. Aer, qui attrahitur, est diuina gratia, diuinæ inspirationes, & consolationes; quæ tunc attrahuntur, cum os aperitur, id est cum oratur, cum sancta desideria ex gratia Dei nascentia, ad Deum mittuntur, cum spiritus & afflatus diuinus cordis ore, & affectu excipiuntur; quo spiritu præcordia refrigerantur, & purgantur. Et sicuti animal non potest respirare, si pulmo dilatari, & constringi, uel ob nimiam siccitatem, uel ob humorum a quibus comprimitur abundantiam nequeat; ita respiratio spiritualis auaritiæ & philautiæ uitio, quo pia affectio ad alios dilatari, aut ad se constringi nequit, ob nimiam siccitatem deuotionis, abundantiamq; carnalium affectionum impeditur. Qui enim hoc pacto affecti sunt, os aperire, & spiritum attrahere non possunt. Item, ut ex corruptione præcordiorum, atque humorum putrefactione, animalis halitus inficitur, quo etiam alia uitiantur: ita spiritalis halitus, ex præcordiorum spiritalium corruptela, uitiatur, eosque, ad quos peruenit, inficit. Est enim improborum guttur sepulchrum patens, ex quo non nisi fœtor emanat.

Ps. 118.
Ps. 118.
Psal. 5.

Illotus sermo, turpisque oratio lædit
Aures, & mores arguit inde malos.

Lauren. Manden.

De spiritu: spiritus in animali est substantia aerea,

rea, toto corpore diffusa, omnes facultates pro earum diuersitate ad operationes exercendas iuuans: generatur in hepate ob sanguinis ebullitionem, & eiusdem in aeream substantiam resolutionem: & hic dicitur naturalis spiritus: tū progreditur ad cor, ubi magis purus efficitur, & per arterias diffunditur; & hic uitam, & pulsum gignit, & uitalis uocatur: postremo, accedit ad cerebrum, & motum per neruos efficit; & hic animalis nuncupatur. Hic spiritus in spirituali corpore, in uniuersum, est Spiritus sancti spiritus. seu gratia. Substātia est aereus; id est purus, & coelestis: toto corpore mystico fusus: qui omnes faculta- *Ioel. 2.* tes ad diuersas operationes (cum sit uarie distribu- *Luc. 17.* tus) exercendas iuuat: Operatur enim omnia in om- *1. Cor. 12* nibus, & replet omnia. Hunc spiritum attrahere cu- *Sap. 1.* pit mater Ecclesia tum canit.

Veni pater pauperum, ueni dator munerum;
ueni lumen cordium.
Consolator optime, dulcis hospes animae,
dulce refrigerium.
In labore requies, in aestu temperies,
in fletu solatium &c.

Hinc, uisus fidei, odoratus spei, gustus deuotionis, tactus misericordiae, auditus obedientiae, motus operationis, sensus perfectae discretionis, loquela confessionis, & demum in ipso uiuimus, mouemur, & sumus. *Act. 17.* Diceres etiam spiritum interni hominis, esse illum, qui ex intelligentia sapientiae diuinae oritur. qui *Sap. 7.* est sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil uetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis. Si quis uellet accuratius, tres spiritus distinguere, naturalem spiritū, gratiam praeuenientem, quae primum ad uitā spiritualem degendam est necessaria, & facultatem naturalem, intelle-

ctus,& uoluntatis iuuat,appellaret: quæ tamen, ut naturalis spiritus,non satis est ad uitam efficiendam, & facile,etiam ut ille,euanescit:& ideo legimus:Exi
Ps. 145. bit spiritus eius,& reuertetur in terram:in illa die pe
Locus explic. ribunt omnes cogitationes eorum:hoc est,ut mystice hunc locum declaremus: Illæ primæ Dei inspirationes exeunt ab hominis mente, quia non excipit illas firmiter; & ita regreditur ad terrena, quo fit, ut oẽs bene agendi cogitationes pereant, Gratia, quæ gratum facit,ut patet ex his, quæ cap. 19, scripta sunt, est ueluti uitalis spiritus,cum uitam tribuat, Gratia uero perfectionis & perseuerantiæ, est tanqnam spiritus animalis,cum ad progrediendum,& operandum auxilium præbeat. Et sicuti in uita corporis ab uno spiritu ad alium fit progressus; ita, ab una gratia ad aliam,nimirum a præueniente ad iustificantem, & a iustificante ad perficientem transitur. De pulsu: Pulsus est effectus spiritus uitalis: motus uidelicet quidam arteriarum, ex cordis agitatione productus. Quo fit,ut cordis, & corporis affectio ab eo dignoscatur.Spiritualis pulsus,sunt externi effectus, qui a corde pro amoris dilatatione, timorisque compres-
Iacob. 2. sione originem ducunt. Vnde legimus: Ostende mihi fidem,id est cor tuum, ex operibus tuis. Ecce,ut spiritualis medicus a pulsus tactione cordis affectio-
Mat. 7. nem cognoscere uolebat.Nanque scriptum est;A fru
Gen. 27. ctibus eorum cognoscetis eos. Et Isaac; Accede,inquit, ut tangam te fili mi, & probem, utrum tu sis filius meus Esau.Ex quibus nascitur,spirituales medi cos,hoc est sacerdotes, dum uolunt conditionem cor poris & cordis spiritualis hominis cognoscere, non debere tangere,nisi partes manifestas,uti solent medici, cum statum pulsus cognoscere uolunt; qui non partes occultas,sed brachium cõtingunt;hoc est,non debẽt de peccatis occultis sine modo inquirere: quia ad eos pœnitentis occulta peccata,ut doctores docẽt, aperire non pertinet. Animi ergo affectum ex his,

quæ a pœnitente manifeſtantur, & ex operum externorum tactione cognoſcant;ut ubi quantam pruden tia Chriſtiana patitur,pœnitentem examinauerint, ſententiam ferant. Varius omnino eſt animalis pulſus;cum alius ſit debilis,alius fortis, alius durus,alius mollis. Fortior eſt in uiris, quam in fœminis;in calidis,quam in frigidis;in ſiccis, quam in craſſis; in iuuenibus,quàm in ſenibus;in hyeme, quam in æſtate, in uigilia,quam in ſomno. Idem de ſpirituali pulſu, id eſt de uigore,& operatione, in bene agendo diceres.Nam alia eſt operatio, fortis, & feruens; alia debilis,& lenta;alia dura,alia mollis. Fortior eſt in perfectis, quam in imperfectis; in caritate ardentibus, quam in tepidis; in agentibus pœnitentiam & parce uiuentibus,quam in ijs, qui cum luxu uiuunt; in ijs, qui ſtrenue agunt,quam in ijs qui lente operãtur;in hyeme tribulationum, quàm in æſtate conſolationum:in uigilia deniq; actionis, quam in ſomno otij. Demum,ut temperato balneo, & cibo pulſus animalis recreatur,& inſtauratur; ita ſpiritalis pulſus lacrymarum moderata lotione,ac ſpiritualis cibi ſumptione reficitur. Et hæc,de his dicta ſufficiant. De ſtomacho, de quo aliqui ſcribere non nihil ſolent, nihil,præter ea,quæ de uentre dixi hoc loco dicendum duxi,cum nec ex ſcripturis, neq; ex patribus aliquid afferre poſſim. *Berch.*

De uiſceribus; quæ ſint Dei, Eccleſiæ, & interioris hominis uiſcera. Cap. 101.

CVm de uiſceribus per allegoriam, in diuinis literis nõ uno in loco apertiſſime mentio fiat; proinde nobis quoq; de his in præſentiarum aliquid dicendum eſt:ut hæc,quæ interiora ſunt,interiorem hominem non lateant. Viſcera interdum omnia hominis intranea ſignificant;ita ut etiam præcordia comprehendant; ac proinde pro affectionibus,

quæ sunt in præcordijs, ut pro ira, dolore, gaudio, & animi uiribus sumuntur. In hac significatione cepit propheta cum dixit: Benedic anima mea Domino, id

Ps. 192. est prædica, & lauda Dominum, & omnia quæ intra

Ambros. me sunt; uel, ut alij legunt, omnia uiscera mea, nomi-

Locus explic. ni sancto eius, id est nomen sanctum eius laudent, & celebrent. Interdum uero pro alijs partibus internis, quæ uitalibus membris subsunt, & feces recipiũt, atque eijciunt. Viscera, sunt mollia, colligata, & duobus panniculis scepta. Afficiuntur, uento, oppilatione, apostemate, dysenteria, alijsque doloribus. Viscera translate, pro animi commiseratione, affectu, uirtuteque misericordiæ sumuntur; ut apud Ioan-

1.Io.3. nem, cum ait: Qui habuerit substantiam huius mun-

Locus expos. di, id est diuitias & bona temporalia; & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo; hoc est, erga eum: uel apertius, non cõmotus fuerit ad misericordiam, eiq; opem non tulerit; quo modo caritas Dei manet in illo? quasi dixisset, quo modo in eo est amor diuinus, qui omnia amat? Interdum eadem uox pro diuitijs & humanis bonis sumitur, ut

Sap. 12. patet cum in scriptura dicitur, impios esse commestores uiscerum hominum. Et Paulus epistola ad Phile-

Locus explic. monem, per uiscera sanctorum, intellexit uiros sanctos, & fratres, qui per ipsos requieuerunt; hoc est refocillati fuerunt. De uisceribus interni hominis Am-

Psal. 50. brosius apologia de Dauide, dum declarat illud: Spiritum rectum innoua in uisceribus meis; ita scribit. Viscera enim ueluti interiora sunt corporis; ita sunt,

Ps. 102. & intelligibilia uiscera animæ, ut sunt uiscera misericordiæ, ut sunt interiora, quæ benedicunt. Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Viscera autem animæ adinuentiones sensuũ sunt, bonæ cogitationis studia, uirtutum perseuerantia, postremo, illæ quæ græce ἐννόμιαι id est notitiæ, intelligentiæ, dicuntur. Diuus Gregorius hoc modo animæ uiscera exposuit. Ventris ui-

fcera ſunt mentis interna, id eſt recta intentio, ſanctum deſiderium, humilis ad Deum et pia ad proximum uoluntas. Item, declarans illud Ezechielis: Venter tuus comedet, & uiſcera tua replebuntur, ſic ſcribit. Cum mens noſtra pabulum ueritatis acceperit, interna noſtra non iam uacua remanent; ſed alimento uitæ ſatiantur. Sunt quorum uenter comedit, & non ſatiantur uiſcera; illorũ uidelicet, qui uerba Dei audiunt, & non cuſtodiunt illa: qui aliud mandunt, aliud eſuriunt. Caſſiodorus, exponens locum pſalmi ſuperius citati interiora animę, multiplices cogitationes, ac rationis uirtutem eſſe ait. Hæc ſpiritualia uiſcera excipiant ſalubria, eijciant noxia; peccatorum fęcem per eorum memoriam, ut illam eijciant, contineant; ſint pietate tenera, pace colligata, duobus caritatis præceptis, ueluti duobus panniculis inuoluta, perfectione rotunda, longanimitate longa, atque timore circundata: & non modo recipiant, ſed etiam eijciant, ut nunquam ſint egentibus clauſa, ſed ſuper egente fratre commoueantur. Quis non commoueatur ad miſericordiam, dum uidet Chriſtum in paupere egentem? ac a ſe aliquid rerum caducarum, quas ab ipſo accepit petentem? Chriſtum inquam, qui tanto cum dolore pro omnibus uitã poſuit? Quis non miſereatur eius, qui aliquid petit nomine illius, qui per uiſcera miſericordiæ ſuæ uiſitauit, & illuminauit nos in umbra mortis ſedentes? Vt ergo internus homo ad miſericordiam poſſit commoueri, miſericordem Deum oret, ut in uiſceribus ſuis ſpiritum innouet rectum, atque ẽt ut ea ſua ſapientia repleat, & timore conturbet. Nanque ſi ſpiritalia uiſcera ita eſſent affecta, inanis gloriæ uentus ea non extenderet, auaritiæ ſiccitas non oppilaret, apoſtema ſuperbiæ non ulceraret, cholera iræ non corroderet, inuidia non contorqueret, & denique ob luxuriam hæc uiſcera non diffluerent, aut dolore afficerentur aliquo: ac proinde nunquam internus homo

Ezec. 3. *Locus explic.* *Caſſ.* *Eccl. 4.* *Colo. 5.* *Gen. 43.* *Luc. 1.* *Pſal. 50.* *Ezec. 3.* *Thr. 2.*

exclamare cogetur. Ventrem meum doleo, uentrem meum doleo: quo dolore nihil est molestius. Vt merito quidam dixerit:

Lucan. *Heu quantum misero pęnæ mens conscia donat.*

Et alius.

Plaut. *Nihil est miserius, quam animus hominis conscius.*

Ecclesiæ uiscera, ut Gregorius docet, sunt eorum mentes, qui eius quædam in se mysteria continent, qui ad intima sacramenta deseruiunt. Denique, Dei uiscera, sunt misericordes eius affectus, & misericordia infinita, qua omnium miseretur: per quæ uiscera, Oriens, is scilicet, cuius Oriens est nomen eius, Dei omnipotentis Filius, ex alto, hoc est a sedibus regalibus delabens, nos inuisit; quando in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.

Zac. 3. 6. Locus explic. Baru. 3.

De renibus & lumbis interioribus. Cap. 102.

VT de lumbis & renibus spiritualibus aliqua mystice scribamus, diuinæ literæ non uno in loco nobis occasionem præbent; in quibus, has uoces uarie transferri solere constat. Lumbi igitur interdum sunt fortitudinis symbolum: ut lumbos accingere, sit strenue, & fortiter agere; & eos dissoluere, seu aperire, sit se se eneruare, & imbecillem reddere. Quare lumbi, in primis, animi fortitudinem designabunt; Deinde libidinem, concupiscentiam, generandique uim: quos lumbos præcingere, & succingere, est caste uiuere; & carnis titilationes compescere; ac mentem castam Deo uouere. Lumbos carnis succingere, ait Gregorius, est luxuriam ab effectu frænare: lumbos autem mentis succingere, est mentem etiam a cogitatione restringere: Et alibi: Lumbos succingere, est, uel opere luxuriam, uel in cogitatione laudis appetitum comprimere. Dicuntur lumbi impleti illusio-

Rom. 5. Isa. 4. Nau. 2. Isy. lib. 1. leu. c. 3. Ludol. Carth. 2. par. c. 47. Greg.

illusionibus, seu ignominia, seu contemptibili morbo, in psalmo trigesimooctauo, cum libidinis, & cupiditatis ardore affectus est refertus. Quare hæc uerba, ad spiritualem referuntur contumeliam, quæ in lumbis sentitur. Verum, ut planius hic locus de lumborum illusionibus a Caluini illusionibus uindicetur, quandam diui Gregorij huius loci explanationem adscribere placet. Possumus, ait Gregor. per lumbos animam accipere: quia sicut ex lumbis carnales delectationes prodeunt, ita ex anima omnes cogitationes procedunt. Deinde, cum illiciti operis tentatio subrepit, per uanarum cogitationum phantasmata spiritus malignus illudit. Sæpe nanque sanctorum etiam uirorum mentes cogitationes illicitæ polluunt, & eas ad summam tendentes, terrenarum rerum delectationibus tangunt, &c. Huc facit etiam, quod cum non possit impudicus & spurcus hostis castos homines ad fœdam libidinem inducere, solet nocturno tempore uarijs pollutionibus, ut eorum animos aliqua ratione perturbet, illudere. Lumbis adhærent renes, qui sunt libidinis organa; & proinde venereæ delectationis symbolum. Hos sibi renes aduri desiderabat propheta, cum dicebat: Vre renes meos: ad quorum actum frangendum quidam sanctus uir plumbea zona se præcingebat. Hinc est quod Deus in ueteri lege requirebat, ut duo renes cum adipe, quo tegebantur sibi offerrentur, & urerentur: quæ res, tunc spiritualiter fit, cum per carnis cruciatus, & corporis pœnas, quibus aliquando uiros sanctos ad sedandam libidinem, ut de Benedicto, Francisco, Bernardo, Euarigio, & alijs constat, seipsos affecisse legimus, affectus impuri in honorem Dei comprimentur, & extinguuntur. Hi renes auro accincti esse dicuntur, quando pura, aureaque castitate sunt muniti. Et ideo orandus est Deus, ne hoc aureo cingulo remoto, renes nostros fune præcingat: quod tunc con-

Iob 38. Psal. 38. Locus explic. Hieron. Lindanus lib. de sacr. scrip. inter. Greg. 21. mo. c. 2. Iustinus mart. Psal. 25. Locus explic. M. Marul. Leu. 3. Locus explic. M. Marul lib. 4. c. 3. Basil. legen. lib. de Virg. Dan. 10. Iob 12.

tingit, cum castitatis zona relaxata, libidinosi na-
scuntur nobisque dominantur affectus. Quando-
Ezec. 47. quidem nũquam magis nos inimicus superat, quam
cum eam potestatem, quam habet in lumbis, in nos
Iob 40. exercet. Ad hæc, renes, sicuti & lumbi (solent
enim hæ uoces in scripturis diuinis confundi) for-
titudinem & constantiam designant. Insuper pro
rebus, siue cogitationibus occultis, cogitationumq;
Psal. 7. delectationibus ponuntur: ut cum dicitur: Scru-
Sap. 1. tans corda & renes Deus. Siquidem Deus, non mo-
Locus ex do facta, sed & cogitata, ac omnes cogitationum
plic. modos penitus perspectos cognitosque habet. Cu-
ret igitur internus homo, quod priuate ad ipsum
pertinet, ut interius pure, & simpliciter uiuat, ne
quas minus honestas cogitationes, & appetitio-
nes habeat. Pudefiat ob diuinam præsentiam, reue-
reatur Dei maiestatem, omnes suos renes acutissi-
me cernentem: & hoc diligenter attendat; Si quid
inhonestum dicere, aut facere, etiam si leuius esset,
coram uiro probo eum puderet; non minus, immo
tanto magis, quo Deus maior est homine, idem co-
ram diuino numine cogitare uereatur. In eo postea
Luc. 11. uigilabit, ut dum est in phase uitæ huius, lumbos præ-
cinctos habeat, id est caste & incorrupte uiuat, ut
Locus ex carnalibus desiderijs leuatus, & extricatus ueloci-
plic. cursu ad patriam remeare queat. Idque, ut sine ullo
Sudol- lapsu & errore faciat, lucernã ardẽtẽ, quę sibi lumen
phus Car præbeat in manib. gestet, bona uidelicet opera, quæ
thus. par. sibi & alijs dum in hac rerum obscuritate uiuitur, lu-
2. c. 47. ceat. Neque .n. castitas magna est sine bono opere;
Greg. 30 nec bonum opus sine castitate. Et cum hæc suis uiri-
mor. 34. bus se præstare non posse sentiet, sæpe his uocibus
Aug. ps. Deum una cum propheta solicitet: Vre renes meos,
15. & cor meum .i. appetitiones, & cogitationes meas, ne
Locus ex quid mali cogitẽ; aut aliqua turpis cõcupiscẽtia me
plic. delectet. Vre, inquã, calore spiritus tui, de quo scrip-
Psal. 18. tũ est esti. Nõ est q̃ abscondat a calore eius: ure igne

illo,

illo, quem uenisti mittere in terram, & non uis nisi ut ardeat; igne nimirum caritatis & amoris tui, quo quidquid est impuri in anima consumitur. Hoc cum obtinuerit, id est cum renes, impuras videlicet cogitationes & carnis titilationes sedatas, rationique ob sequentes habuerit, Deo una cum propheta gratias agat, & dicat: Benedicam Domino, id est celebrabo laudaboque Dominum, qui tribuit mihi intellectũ; quo factum est, ut renes, qui ad malum procliues esse solent, increpent, & erudiant me, etiam nocte, quo tempore homines ad libidinem se conuertunt. Quod si quis omnino uri se senserit, & libidinis incendia latu difficilia putauerit, reuocet in mentem æternos illos cruciatus & ignes, qui impudicis & spurcis hominibus parati sunt; & videat quanto difficilius sit immensas & æternas tartarei ignis flammas, quam leuem & breuem libidinis appetitionem frena re, & vincere. Cogitet se esse coram Deo iusto iudice, qui renes scrutatur; ac terribilem illam, & horrẽdam sententiam, contra se, si peccauerit ferendam, I maledicte in ignem æternum, cideret. Quam terribile, ait Cosma Hierosolymitanus, iudicium tuum Domine? Angelis assistentibus, hominibus inductis, libris apertis, operibus inquisitis, rationibus respondentibus: quale iudicium erit in me conceptum in peccatis? quis meam flammam extinguet? nisi tu domine miserere mei ut humanus? Et hæc de partibus interioris hominis, tum externis, tum internis in hac parte dixisse sufficiat. Nunc ad alia explicanda, pro suscepto ordine, transeamus.

Luc. 12. *Psal. 15.* *Locus explic.* *Cosma. Hierosol. hym. 6.*

De ætatibus noui hominis generatim. Cap. 103.

HVnc spiritualem hominem, quem hactenus per suas partes & membra, membrorumque functiones descripsimus, suas habere ætates plane indicauit Apostolus, cum scripsit. Quando eiã paruu- *1. Cor. 13*

paruulus, loquebar ut paruulus, ut ſapiebã paruulus, cogitabam ut paruulus: quando autẽ factus ſum uir, euacuaui quæ ſunt paruuli. Et Tertulianus libro de pudicitia quaſdam in Chriſto reperiri ætates eleganter demonſtrat. Quare, ut quam quiſque ętatem uiuat, cognoſcat, de ætatibus ſpiritualibus aliqua ſcribamus oportet. Aetas, eſt certa temporis menſura; pręſertim in animalibus; ſecundum quam in homine variæ diſtinguuntur ætates, de quarum numero, uarij uarie ſentiunt. Quidam enim tres numerant ætates: iuuentutem, uirilitatem, & ſenectutem: quẽ numerum agnouit etiam is, qui de miſeris hominũ ætatibus ſic cecinit.

Tertul. *Solon. elegia de ætatibus.* *Philo lib. de mund.* *Macr. li. de Som. c. 6.*

Prima æui ſe ſe ignorat, pars, altera curis
Obruitur, ſenio tertia conficitur.

Laurent. Mondan. *Pet. Crin. lib. 5. c. 9.* *Hippocrates.* *Barthol. Anulus.*

Alij ſeptem agnoſcunt; infantiam, pueritiam, adoſcentiam, uirilitatem, ſenectam, decrepitudinem. Alij dempta poſtrema, ſex eſſe putant. Alij demum iuxta numerum partium anni, quatuor recenſent.

Quatuor ætates, ſic habet integer ęui
Qui puer, & iuuenis, mox uir, & inde ſenex.

Sumitur etiam ætas pro ſęculo, ſeu certo annorum ſpacio, & generatim pro tempore. In ſpirituali uita, ætates ſumuntur ex diuerſis gradibus perfectionis, & ex diuerſa uiuendi ratione, in hoc uitę genere. Circa has ætates illud animaduerſione dignũ eſt, poſſe optime fieri, ac ſæpe id contingere, ut qui ſunt maiores natu ratione exterioris hominis, ratione interioris ſint infantes, & pueri: & contra; qui sũt natu minores, ſint ætate ſpirituali maiores: ita ut pueros ſenes, & ſenes pueros, diuerſa tamen ratione poſſes appellare. Immo, qui erat iuuenis, poteſt fieri paruulus, & qui erat paruulus poteſt fieri iuuenis; idque, uel breuiſſimo tempore. Huc pertinet illud Dauidis: Super ſenes intellexi: & illud; puer centum annorum. De his ætatibus, miſſis alijs, libro de uera religione, hęc ſcripſit Auguſtinus. Aetates ſeptem

Pſal. 118 *Iſa. 65.*

noui

noui hominis sunt, sicut & veteris hominis. Prima infantiæ huberibus vtilis historię, quæ nutrit exemplis. Secunda pueritiæ, iam obliuiscentis humana, & ad diuina tendentis: in qua non auctoritatis humanę sinu continetur, sed ad summam, & incommutabilem lucem passibus rationis innititur. Tertia adolescentia, quæ iam fidentiorem, & carnalem appetitum rationis robore maritat, gaudetque intrinsecus in quadam dulcedine coniugali, cum anima menti copulatur, & velamento pudoris obnubitur, ut iam recte uiuere non cogatur, sed etiam in omnes concedant, peccare non libant. Quarta, iuuentus, iam id ipsum multo firmius, ordinatiusque facit, & emicat in virum perfectum, atque apta, & idonea omnibus etiam persecutionibus, & mundi huius tempestatibus & fluctibus sustinendis, ac frangendis. Quinta, senectus, pacata, atque ex omni parte tranquilla, uiuens in opibus, & abundantia incorruptibilis regni, summe, atque ineffabilis sapientiæ. Sexta, est omnimodæ mutationis in æternam uitam, & usque ad totam obliuionem uitę temporalis, transiēs in perfectam formam, quæ facta est ad imaginem, & similitudinem Dei. Septima, quies æterna est, & nullis ætatibus distinguenda beatitudo perfecta. Vt enim finis ueteris hominis mors est; sic finis noui hominis, uita æterna. Hæc Augustinus. Quę, quamuis docte & eleganter ab eo dicta sint: tamen, ad ista melius percipienda, de ætatibus spiritualibus speciatim adhuc subijciemus aliqua.

De ætatibus spiritualibus speciatim; & primum de infantili & puerili ætate. Cap. 104.

INfantia, de qua capite uigesimo octauo non nihil scripsimus, est prima & infirmior hominis ætas, quæ primis septem annis uiuitur, sic dicta, quasi non dum fari ualens. Esse quosdam, qui in-

fantilem ætatem uiuunt, ex eo constat scripturæ lo-
1. Petr. 2 co, ubi dicitur. Tanquam modo geniti infantes, lac
Ambros. concupiscite. Infantes in uita spirituali dicuntur,
ser. 53. qui recens in Christo nati sunt, qui lacte facilis do-
ctrinę egent, qui solidiorem cibum percipere non
Iob. 38. queunt, qui pannis infantiæ suæ, idest humilitatis at
que simplicitatis uirtutibus inuoluuntur. Sunt ergo
infantes, qui nesciunt superbire, qui simplicitate chri
stiana delectantur, qui alios despicere non consueue
runt, qui timore quouis terrentur, qui facile flent,
Psal. 8. & eiulant, qui a quolibet se tractari, ac decipi sinũt:
ex quorum ore Deus suam perficit laudem, ut de-
Locus ex struat inimicum & ultorem. Tunc enim singulari
plic. quadam ratione Deus laudem suam perficit, cum in-
fantes spirituales generat: qui singulariter eum lau-
dant, cum prius eum conuicijs afficerent: & hac ra-
tione destruitur inimicus, hoc est Dæmonis potestas
Isa. 65. eluditur. Perficit Deus hanc laudem; quia nemo est,
Hier. ibi. qui sit sufficiens aliquid ex se cogitare. Hi infantes
Clem. 1. non erunt in beatitudine; quoniam ibi omnes perfe-
Peda. c. 5 cti, & sapientes erunt. Infantes, in malam partem,
sunt homines inconstantes, qui omni uento doctri-
næ agitantur, & qui nugis oblectantur. De puerili
ætate. Hęc ætas eo inquit tempore, quo homines sa-
pere incipiunt, & usque ad annum decimum quartũ
durat. Puer in scriptura primũ is dicitur, q. in tenera
ætate est constitutus, quæ ętas pueritia nominatur.
Iud. 9. Deinde, puer Hebræorum usu, qui etiam apud lati-
1. Reg. nos uiget, seruum & ministrum significat. Item, ui-
25. rum sanctum & pium; aliquando filium; & interdum
Heb. 2. ad distinguendum sexum ista uox ponitur. Denique,
Matth. uox puer, cum hac uoce, paruulus, confunduntur;
c. 1. ita ut pro eodem sumantur. Paruulus, siue puer, in
1. Cor. 13 spirituali uita is est, qui a lacte spirituali depulsus, du
riori cibo utitur: qui grauiora capere, & sapere inci-
pit: qui sibi ipsi relictus, ex se graditur: qui parum
de se sentit, & more puerorum carnalium, quidquid
ornamenti

ornamenti habet, a suis parentibus se accepisse dicit: qui paternis monitionibus libenter obedit: is inquā puer est, quo cum Christus libenter uersatur, quem in deliciis habet, quem ad se uenire uult, is qui nondum malitia est infectus, & merito a puritate puer nuncupatur; ac proinde regnum cœlorum ipsius esse dicitur. Demum, pueri, seu paruuli spirituales, sunt innocentes, simplices, & humiles, quos Christus Apostolorum prçceptores esse debere declarauit, cum dixit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamlni sicut paruuli isti, non intrabitis in regnum cœlorum. Et his reuelata sunt a Patre ea, quę sapientes cœlare uoluit. Ex horum puerorum numero non sunt, qui dicuntur pueri centum annorum; ut sunt qui in matura ætate pueriliter & insipienter uiuunt; & qui suis uiribus fidunt, in quorum corde colligata est stultitia; cum spiritualis, puer ut ait Ecclesiastes, sit puer pauper & sapiens. Sunt, qui per puerum pauperem & sapientem hoc loco, rationem ipsam, seu primos rationis igniculos intelligunt. Ratio, dicitur pauper, quia pauci sunt qui eam sequuntur: sapiens uero, quia hominem dirigit & gubernat. Ex quibus colligiur hanc uocem, puer, siue paruulus, nunc bene, nunc uero, male sonare; ut etiam ex illustri loco diui Pauli constat, dum ait: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti. Item paruuli, mystico sensu, primas, ac prauas animi cogitationes significant; de quibus intelligitur hic locus: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Ac si diceret, felix is est, qui primas cogitationes impuras auxilio Christi, qui est petra, frangit, & conterit. Etenim paruuli Babylonis, idest animæ, perturbationum motibus excitatæ, cogitationes antequam crescant occidendi sunt; ne, ubi creuerint ciuitatem Dei Ierusalem, animam nimirum sanctam euertant: antequam inquit Bracharius, gigantes fiant. Et ideo bonus poeta sapienter monuit.

Luc. 13.
Mat. 19.
Mat. 18
Mat. 11.
Isa. 65.
Sap. 12.
Pro. 22.
Eccle. 4.
Hier.
Locus explic.
1. Cor. 14
Ps. 136.
Locus explic.
Brach. ep. ad. Iā.
Ouid.

Principijs obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.

Heliodor. aemis.li.4. Et quidam alius de eadem re sic scripsit. Omnis affectio, quæ cito cognoscitur, facile curari potest; sed quæ cito inueterauit propemodum est insanabilis. Alimentum est morborum, silentium; cæterũ, quod enuntiatur, leniri consolatione facile potest. De adolescentia. Adolescentia est ætas, qua corpus & ratio uigere incipiunt; qua homo formosus & alacer apparet. In scripturis rei principium, aut tempus prope principium designat. In adolescentia spirituali sunt, qui pedagogo non egent: qui cum quadam animi alacritate spiritualem uitam degunt; qui speciem quandam spiritualem præ se ferunt: qui uirtutibus incipiunt florere: qui ueteris hominis reliquias exuere student: qui legem Dei diligenter seruare conātur; ut hac ratione corrigant uiam suam; qui innocenter uiuentes Christum sequi nituntur. In malam partem, adolescens is est, qui est ignarus, imperitus, & qui disciplina eget, & ad peccandum est pronus.

Gen. 8. Isa. 45. Ps. 118. 2. Par. 36. 1. Reg. 30. Mat. 19.

De iuuenili, uirili, & senili ætate,
Cap. 105.

IVuentus est ætas, quæ adolescentiam subsequitur: & iuuenis is dicitur, qui adolescentiam excessit; quo tempore, homo ad perferendos labores est aptus; & ideo hac ætate, homines, iuuenes, a iuuando dicuntur, cum remp. & familiam iuuare incipiāt. Iuuentus in diuinis oraculis non modo hanc ætatem, sed etiam audaciam, exercitum, infantiam, & huius uitæ tempus, in quo laborandum est, significat. De hac ætate aliqua in sua pedagogia diuus Clemens Alexandrinus scripta reliquit. Hanc ætatem spiritualiter ij uiuunt, qui iam in uerbo Dei, & spiritu fortes existunt, qui uitæ suæ rationibus non modo se, sed etiam alios iuuant, qui grauiores mo-

Eccle. 12 Iud. 7. Psal. 70. 128. Clem. lib. 1. c. 3.

res molestias ferre incipiunt, qui a Christo uocati consiliorum iugo se subijciunt, qui sancta quadam ferocia & audacia, auxilio eius qui lætificat, & corroborat hanc iuuentutem, cum hoste congrediuntur, nec timent a Dæmonio meridiano; a quo, licet sæpe oppugnentur, non tamen superantur: qui semper recentes & noui, noue, & noua, ueteribus omnino relictis, loquuntur, & agunt: quorum iuuentus innouata est, ut aquilæ; hoc est, ut locum non satis bene a multis intellectum breui explicemus; eorum iuuentus, ita instaurata, & innouata est, ut sit uiuax non secus, atque aquilæ uita, quæ est omnium uiuacissima. Et de eo, qui hanc uitam uiuit, dici potest. Aetatem habet: cum ad eam uenerit ætatem, ut de expetendis, fugiendisque delectum habere queat. In malam partem, Iuuenes uocantur, qui nimis suis fidunt uiribus; homines uidelicet leues, & incauti. De uirili ætate.

Psal. 42. *Ps. 128.* *Ps. 102.* *Locus explic.* *Ioan. 9.*

Vt hanc ætatem melius describamus, quid uir, in scriptura significet, explicandum est. Vir, quia uirtute dicitur, hominem fortem, & strenuum, militemque, & in malam parte eũ, qui urib. abutitur, quem famosum uocamus in sacris literis, significat. Interdum ętatem, & sexum designat: aliquando maritum, ut hoc loco: Vade, uoca uirum tuũ, hoc est maritum tuum. Item ponitur, uir, ad significandum socium, & propinquum. Vox ista geminata, sicuti etiam uox, homo, significat quemcunque hominem, seu hominem perfectum; Immo etiam si non geminetur pro quibuscunque, & maribus, & fœminis capitur, ut patet ex psalmo primo, cum dicitur: Beatus uir, id est quicunque, & quæcunque. Denique, ut animaduertit Clemens Alexandrinus, pro Deo ipso, & Patre, in diuinis libris usurpatur. Virilem ætatem in uita spirituali ij uiuere uidentur, qui sunt omni uirtute, & robore spirituali solidati; qui adepti sunt perfectionis statum, qui tanquam gigantes in uia consiliorum currunt, qui aperto marte cũ inimico pugnant; qui euacuarunt

Isa. 15. *1. Reg. 16.* *Gen. 6.* *Ioan. 4.* *Psal. 1.*

1.Reg.2. cuarunt omnia quæ sunt paruuli, qui sunt uiri uolun
1.Cor.13. tatis Dei; hoc est, qui in omnibus faciũt uoluntatem
Dei; qui ad spiritalem generationẽ sunt idonei, qui
ex bono malum colligere norunt, cum eis omnia co-
Eccl. 42. operentur in bonum. De quibus intelligitur illud;
Locus explic. Melior est improbitas uiri, quàm mulier benefaciẽs.
Quia uiris, hoc est prudentibus & fortibus iniqui-
Raban. tas est occasio maioris perfectionis: Fœminis uero,
Iansen. hoc est imbecillis & imprudentibus, uirtus ansam su
perbiæ, & erroris præbere solet. De senili ætate in bo
nam partem sumpta. Eos seniores uocares, qui uirtu
tem omnino perfectam sunt adepti, qui omnibus ani
mi perturbationibus sedatis, nullo maiore motu ra-
tioni repugnante, commouentur, qui nullo concupi
scentiæ rerum carnaliũ æstu calent: sed in carne mor
tui, uitam quandam cœlestẽ degunt, & ueluti Abra-
Orig. ho. 20. in Leui. & 3. in gen. ham, sunt in bona senectute, id est in bona, & perfe-
cta uita constituti, & quadam candida prudentia & sa
pientia cani. Eos uero, qui consummatam uirtutem
sunt consecuti, decrepitos uocares, qui eo ætatis spi-
ritualis uenere, ut cum Christo esse, & ab hoc morta
li carcere liberari cupiant, qui suum incolatum apud
Psal. 119. habitantes Zedar, id est apud nationes barbaras, quę
Locus explic. fixas sedes habent nullas, quæ in tentorijs habitant,
protrahi conqueruntur: qui dicere possunt: Cursum
2.Tim.4. consummaui: in reliquo reposita est mihi corona iu-
3.Reg.1 stitiæ: qui uestibus mortalitatis, & rerum caducarum
Locus explic. fomentis, ueluti Dauid nequeunt calefieri; sed con-
sortio diuinæ sapientiæ recreantur. Ceterum, cum
hæc senilis & affecta ætas apud sacras literas & pios
scriptores interdum ad ueterem hominem pertinere
uideatur, posset quis eam ab ætatibus nouæ creatu-
ræ quæ semper debet esse noua & uegeta, reijcere.
De senectute in malam partem acceptam, hunc lo-
cũ intelligeres: Ne me proijcias in tpe senectutis. Se-
Psal. 70. nectus animæ, ait Carthusianus, est, dũ spiritualis ca-
lor amoris frigescit, nec anima per gratiarum cre-

menta

menta renouatur, sed in negligentia sua, & uitijs inueteratur, uel tædio persecutionum grauatur, aut minus actiua in bonis efficitur. Petit ergo propheta; cum mente senesco, noli me deserere; sed tanto mihi benignius subueni, quanto amplius indigere cognoscis; cum defecerit uirtus mea. Quare, diligētem internus homo nauabit operam, ut uirtutem suam tanquam aquilæ iuuentutem innouet, uirilitatemque conseruet, ut perueniat ad uirum perfectū in mensuram ętatis plenitudinis Christi, ita ut in nouo homine nihil unquam reperiatur ueteris: ut nihil sapiat prioris uitę, qui nouā degere uitā dicitur.

Locus explic.
Ps. 102.
Ephes. 4.

De uestimentis interioris hominis generatim. *Cap. 106.*

INter alia boni patris munera, quibus suos filios prosequi debet, illud est, ut bonis uestibus eos ornet. Quare, credendum est, eum parentem, qui filijs suis dixit, non debere esse solicitos de indumentis, de uestibus necessarijs eis prouidisse. Sed, quænam ista sint, ut interni homines sciant, quibus se uestibus induere debeant, & quę uestes ipsos deceat, explanare necesse est. Indumentum, est id quo corpus tegitur, & ab iniurijs cœli defenditur, & ad honestatem, ac ornamentum pertinet. Nomine uestis, Hebræi, omnem splendorem, omnes opes, & auctoritatem designant. Apud eosdem uestimentum expandere, est rem aliquam palam facere: uestem excutere est minari: eandem excindere, est magni doloris, & indignationis symbolum. Veteris hominis indumentum, in primis, sunt illa folia ficus, quibus ipsius parentes ut pudenda tegerent perizomata sibi fecerunt; excusationes uidelicet peccatorum, uel peccata ipsa; quę excusationes, qua ratione, misericordiam Dei impediunt, ne dimittat peccatum, ipsis peccatis sunt grauiores: & licet uideantur tegere: ta-

Matt. 6.
Luc. 12.
Isa. 3.4.
Deu. 22.
Nehem. 7.
Gen. 3.
Locus explic.

Epiphan. men, facile franguntur, & parum tegunt. Deinde,
Iud. apo. eiusdem hominis uestis, est tunica pellicea, qua loco
in sua cã. uestis iustitiæ originalis, tanquam bellua, uestitus
Ios. 9. fuit, is, qui uestimento glorię diuinitatis, per super-
Matt. 9. biam, uestire se uoluit; qui transgrediendo Dei pręceptum, sicut Deus fieri concupiuit. Item, eiusdem
D. Solon. hominis uestimenta sunt sordida, lacera, pannosa,
D. Max. uetustateque corrosa, dissuta; opera nimirum imper-
4. Reg. fecta, turpis uiuendi ratio, carnis operationes sordi-
1. 4. dę, & immundæ. Interni uero, sunt opera integra, candida, pura, sancta. Vel apertius: illius uestes, sunt uitia, & peccata; huius uero, uirtutes. Vestis munda, ait diuus Maximus centuria quinta, est uita, quę uir-
1. Pet. 2. tutibus uiuitur. Vestes illæ scindendæ, & deponendę
Orig. ad sunt; hæ uero retinendę, & conseruandę. Ad illud
Rom. 13. faciendum apostolorum princeps his uerbis hortabatur fideles: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones &c. Inter alia uestimenta, quibus ueteres homines inuoluuntur, est illud pannosum, & obscurum sordidumque ignorantię indumentum; quo pauci sunt, qui se exuant, & uix ab hominum corporibus detrahi potest; cum pauci sint qui eo exui uelint. Hanc ignorantiam, qua bona hominum
Clem. Ro. pars tegitur, Clemens Romanus originem, & ma-
epist. 3. trem omnium malorum appellat: quę incuria & ignauia gignitur, & negligentia alitur, & augetur, atque in sensibus hominum radicatur, dum amatur: quam
Clem. Ro. si quis forte doceat effugandam, uelut antiquis & hę-
lib. 2. re- reditarijs sedibus, moleste & indignanter auellitur.
cog. Et diuus Petrus, ut libro secundo recognitionum a-
Ber. Ser. pud Clemētem legitur, pessimum Dæmonem appel-
27. in lauit; quam qui potest fugare, salutis accipit palmā.
cant. Inter alias autem ignorantias, quibus homines cir-
In cen- cundati sunt, est ignorantia sui, quam Bernardus
tur. cap. initium omnis peccati, iure optimo, appellauit.
1. 2. Hac turpi, & obscura veste, veteres homines, hoc

nostro

nostro opere, quod Deus faxit, exuere ac pulcherrima ueste, cognitionis suijpsius induere conamur. Ad hęc, ut ex Paulo discimus, hominis noui indumentum, est Christus: Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Christum induere, est eius iustitiam, qua peccatorum maculæ eluuntur, suscipere. O interni hominis præstantiam, O dignitatem; cum tam præclari atque illustri ueste amiciri dignus sit effectus: O te beatum, qui decorem indutus, qui fortitudinem præcinctus es. Quomodo igitur delicta intelliges? hoc est, qua ratione defœdando, aut lacerando, tam prætioso vestimento cogitabis? Quis veteribus uestimentis, & tunica pellicea deposita, tã illustri ueste uestire se nolit? Vestimenta itaque nostra, ait Gregorius, sunt studia, & opera nostra: beatus qui uigilat, & custodit uestimenta sua; ne nudus ambulet, ne eius turpitudines uideantur. Illa denique sunt spiritualia uestimenta, quibus Paulus Colosenses indutos esse uolebat: hoc est, benignitas, sanctitas, modestia, & patientia. His uestibus, ut se sacerdotes induerent cupiebat propheta, cum dixit: Sacerdotes tui induantur iustitiam &c. Hæc spiritualia indumenta interdum mutanda sunt; quoniã pro locorum, temporum, ac personarum uarietate, operationes uarias exercere oportet. Nouit uestimenta mutare, qui inter perfectos sapientiam, inter simplices Christum crucifixum loquebatur: qui factus erat omnia omnibus. Est præterea noui hominis, non solum sibi, sed etiam alijs uestimenta parare: cum de vestiendis nudis præceptum habeat. Vestiat itaque nudos, eos scilicet, qui cum male agant, nulla bonorum operum, & virtutum ueste teguntur, indumentis, candidæ uitæ exemplis, pijsque admonitionibus, consilijsque confectis. Tunc enim duas uestes habere censebitur, quando se ipsum bene uiuendo uestiet, & bone uitæ exemplo ad pie uiuendum excitabit: quod si faciet, uestem

Rom. 13. *2. Cor.* 5. *Orig. contra Cels. lib.* 2. *c.* 3 *Optatus ep. Mil. li.* 5. *Psal.* 94. *Psal.* 18. *Locus explic. Apo.* 16. *Colo.* 3. *Ps.* 131. *1. Cor.* 2

non habenti dabit. Vel certe, tunc dabit uestem non habenti, quando suas uestes, quibus superfluit, egentibus impertiet. Hoc faciebat is, qui de se ipso dicebat: Si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est. Ac si dixisset: mihi omnino conscius sum, me non despexisse nudos, eosque uestiuisse; mihique obhanc causam gratias egisse. Quod si duplici uestimento uti pro tempore & occasione uoluerit, id ei licebit. Induat itaque primum se indumento illo, quod ex factis conficitur; deinde pro oportunitate altero, quod ex dictis contextum est. Vbi se his uestibus indutum esse nouerit, studeat, ne quando a tinea; idest a uana gloria corrodantur; quę mirum in modum spirituales pannos, nisi quis diligenter eos excutiat, & omnem puluerē ab eis remoueat, exedere consueuit. Tinea nanque id arrodit & consumit, ex quo nascitur. Quare, si ex bonis nascetur operibus, ipsa conficiet. Immo, hoc animal, non nisi corrumpēdo, sibi domum ædificat. Is igitur, qui dum bona opera exercet, si uanæ gloriæ uitio laboret, magnopere errat: cum eam quam sibi domum ædificare studet, destruat. De quo, illud diceres: Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum. Facit sibi inanis gloriæ cupidus umbraculum, dum sub uana hominum laude quiescere studet; quæ tamen ueluti custodis umbraculum nullo fundamento confirmatum laudatore sublato, destruetur. Vtatur potius uestimentis laneis, hoc est, firmis & solidis; & ad calefaciendum aptis, uita nimirum laboriosa, & dura; quam lineis, & ex araneorum telis confectis, idest ex uita molli & imperfecta; quoniam huiusmodi uestimenta, nec bene corpus cooperiunt, nec ab iniurijs cœli defendunt. Meminerit etiam eius consilij, quod dedit sapiens, cum dixit: Omni tempore uestimenta tua sint candida,

Iob. 31.
Locus explic.
Psal. 34.
Iob. 27.
Locus explic.
Isych.
Leu. 13.
Locus explic.
Eccle. 9.

candida.i.ut exponit Albinus, omni tempore castitatem corporis conserua. Et si qua interdum maculas hęc uestimenta fuerint infecta, lacrymarũ aquis, & sanguine Agni lauanda, & mundanda sunt. Postremo, cum se uirum esse agnoscat, muliebri ueste, quod etiam in lege ueteri prohibitum fuit, non vtatur: hoc est, effœminatis mollibusque operibus, ac lasciuis uiuendi rationibus non delectetur: sed uirilem perfectamque uiuendi ineat rationem. Hoc faciet, si Iesum Christum induet, quo is se induit, qui similis illius efficitur. Quamobrem, ex bonis operibus, & honestis uiuendi rationibus, nec non etiam ex sanctorum exemplis, scripturarumque diuinarum doctrina, sua sibi internus homo indumenta conficiat. Sed, ut adhuc melius sua uestimenta cognoscat, de ijsdẽ sequẽti capite speciatim subijciemus aliqua. *Albin.* *Locus explic.* *Exo. 19.* *Deut. 22* *Locus explic.* *Pet. Lob.*

De uestimentis spiritualibus speciatim.
Cap. 107.

BEatus, inquit diuina scriptura, qui uigilat, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius. Turpitudo nostra tunc cernitur, ait Gregorius, cum uita reprehensibilis ante iustorum oculos in iudicio nequaquam sub sequentis boni operis tegmine uelatur. Vt igitur internus homo diligenter uestimenta sua custodire queat, ut tandem beate uiuat, quæ illa sint recte cognoscat oportet; & idcirco, præter ea, quæ de uestimentis uniuerse diximus, rursus de eijsdem adhuc priuate adscribemus aliqua: & primum de pallio. Quatuor palliorum genera diuus Bernardus numerauit; quorum primum est ueteris hominis; & est veteris uitæ pudor, seu vetustas erroris: alia tria noui hominis sunt. Primum est nouitas conuersionis, quo pallio vultum suum cooperuit Rebecca. Alterum est integritas cœlestis sanctitatis, quod Elias *Apo. 16.* *Locus explic.* *Gre. 2. mor. 38.* *Ber.* *Ambr. de Isac. c. 3.* *Gen. 24.*

 reliquit

non habenti dabit. Vel certe, tunc dabit uestem non habenti, quando suas uestes, quibus superfluit, egen-
Iob. 31. tibus impertiet. Hoc faciebat is, qui de se ipso dicebat: Si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus
Locus explic. ouium mearum calefactus est. Ac si dixisset: mihi omnino conscius sum, me non despexisse nudos, eosque uestiuisse; mihique ob hanc causam gratias egisse. Quod si duplici uestimento uti pro tempore & occasione uoluerit, id ei licebit. Induat itaque primum se indumento illo, quod ex factis conficitur;
Psal. 34. deinde pro oportunitate altero, quod ex dictis contextum est. Vbi se his uestibus indutum esse nouerit, studeat, ne quando a tinea; idest a uana gloria corrodantur; quę mirum in modum spirituales pannos, nisi quis diligenter eos excutiat, & omnem puluerē ab eis remoueat, exedere consueuit. Tinea nanque id arrodit & consumit, ex quo nascitur. Quare, si ex bonis nascetur operibus, ipsa conficiet. Immo, hoc animal, non nisi corrumpēdo, sibi domum ædificat. Is igitur, qui dum bona opera exercet, si uanæ glo-
Iob. 27. riæ uitio laboret, magnopere errat: cum eam quam sibi domum ædificare studet, destruat. De quo, illud diceres: Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum. Facit sibi inanis gloriæ
Locus explic. cupidus umbraculum, dum sub uana hominum laude quiescere studet; quæ tamen ueluti custodis umbraculum nullo fundamento confirmatum laudatore sublato, destruetur. Vtatur potius uestimentis
Isych. laneis, hoc est, firmis & solidis, & ad calefaciendum
Leu. 13. aptis, uita nimirum laboriosa, & dura; quam lineis,
Locus explic. & ex araneorum telis confectis, idest ex uita molli & imperfecta; quoniam huiusmodi uestimenta, nec bene corpus cooperiunt, nec ab iniurijs cœli defendunt. Memineri etiam eius consilij, quod dedit sa-
Eccle. 9. piens, cum dixit: Omni tempore uestimenta tua sint

candida,

candida.i.ut exponit Albinus, omni tempore castita- *Albin.*
tem corporis conserua. Et si qua interdum macu- *Locus ex*
las hęc uestimenta fuerint infecta, lacrymarũ aquis, *plic.*
& sanguine Agni lauanda, & mundanda sunt. Postre *Exo. 19.*
mo, cum se uirum esse agnoscat, muliebri ueste, quod
etiam in lege ueteri prohibitum fuit, non vtatur: hoc *Deut. 22*
est, effœminatis mollibusque operibus, ac lasciuis
uiuendi rationibus non delectetur: sed uirilem per- *Locus ex*
fectamque uiuendi incat rationem. Hoc faciet, si Ie- *plic.*
sum Christum induet, quo is se induit, qui similis il-
lius efficitur. Quamobrem, ex bonis operibus, &
honestis uiuendi rationibus, nec non etiam ex san- *Pet. Lõb.*
ctorum exemplis, scripturarumque diuinarum do-
ctrina, sua sibi internus homo indumenta confi-
ciat. Sed, ut adhuc melius sua uestimenta cognoscat,
de ijsdẽ sequẽti capite speciatim subijciemus aliqua.

De uestimentis spiritualibus speciatim. *Cap.* 107.

BEatus, inquit diuina scriptura, qui uigilat, & *Apo. 16.*
custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & *Locus ex*
uideant turpitudinem eius. Turpitudo nostra *plic.*
tunc cernitur, ait Gregorius, cum uita reprehensibi
lis ante iustorum oculos in iudicio nequaquam sub *Gre. 2.*
sequentis boni operis tegmine uelatur. Vt igitur in- *mor. 38.*
ternus homo diligenter uestimenta sua custodire
queat, ut tandem beate uiuat, quæ illa sint recte
cognoscat oportet; & idcirco, præter ea, quæ de ue-
stimentis uniuerse diximus, rursus de eijsdem adhuc
priuate adscribemus aliqua: & primum de pallio.
Quatuor palliorum genera diuus Bernardus nume *Ber.*
rauit; quorum primum est ueteris hominis; & est ve *Ambr. de*
teris uitæ pudor, seu vetustas erroris: alia tria noui *Isac. c. 3.*
hominis sunt. Primum est nouitas conuersionis,
quo pallio vultum suum cooperuit Rebecca. Al-
terum est integritas cœlestis sanctitatis, quod Elias *Gen. 24.*

4. Reg. 2. reliquit Eliseo. Tertium est claritas immortalita-
Isa. 39. tis, & est pallium zaphirinum, quo die festo vteba-
Esther. 8 tur Mardochæus. Pallium, vt Ambrosio placet, est
Ambros. spiritualis prudentia, qua spirituale corpus debet
esse tectum; ne ab iniurijs huius mundi lædatur:
quo etiam pallio, mirum in modum, internus ho-
Mich. 2. mo exornatur. Est etiam spirituale pallium diui-
Ezech. num auxilium, quo ab imbribus, & procellis, frigo-
16. risque morsibus homo defenditur. Insuper, pal-
1. Pet. 4. lium, quo in hyeme huius uitæ præcipue utendum
est, est caritatis pallium; quod non modo omnem
turpitudinem multitudinemque peccatorum ope-
Greg. rit, sed etiam elegantissime ornat. Longior tunica,
quæ talaris nuncupatur, vt Gregorius scripsit, est
consummata uirtutis actio, quę ad extremum usque
vitę tegit. Breuiorem uero tunicam ij gestant, qui
parum in uirtutibus proficiunt; aut qui cum recens
spiritualibus ornamentis se induerint, adhuc pa-
rum perfectionis acquisiuerunt, in honestisque
Isa. 59. actionibus profecerunt. Interior tunica linea, quam
Philo. de subuculā uocamus, ut Philo Hebræorum decus scri-
Ioseph. psit, est rerum diuinarum notitia: exterior uero, hu
manarum rerum cognitio. Vel certe interiorem
tunicam animi candorem, conscientiæque purita-
tem, exteriorem uero honestam consuetudinem es
se diceres. Item, tunica duplex, est ea, quæ ex ope
Gen. 37. ribus & uerbis constat; qua induuntur, qui & do-
Ambr. de cent, & agunt, qui eisdem se vestibus amiciunt, qui-
Ioseph. bus alios amicire conantur. Hæc, tunica polymi-
Philo. li. ta diceretur, si uarijs uirtutum & honestarum ope-
de Iosep. rationum coloribus, ornamentisque uariegata, &
sanguine hoedi esset aspersa. Nec debet huic homi-
ni abesse illustrior quædam uestis, quam nuptialem
scriptura uocat; quæ nihil aliud est, quam gratia;
Mat. 12. qua ueste, qui non sunt induti, ad mensam accum-
Locus ex bere in nuptijs regalibus, in æterna felicitate, non
plic. sunt digni; licet in domum, hoc est, in Ecclesiam

per

per fidem intrauerint; sed cum venerit Rex in die
iudicij, ad æternos cruciatus eos condemnabit. Pri-
ma ac præcipua vestis, qua prouidens Pater, Deus
semper benedictus, hunc suum filium uestit, est sto-
la, quę, ut doctores scribunt, est innocentia illa,
quæ tribuitur in baptismo. Est autem Stola uestis *Luc. 15.*
genus ad talos usque demissę. Hanc Stolam resti- *Budæus.*
tuit idem Pater, Filio prodigo, cum ad eum reuerti-
tur. Cito proferte, τὴν ςολὴν τὴν πρώτην, idest *Gabriel.*
primam stolam: non quamcunque, sed illam singu- *Ioã. Mai,*
larem & primam stolam. Ex quo loco satis bene con- *Guli. Ocã*
firmari posset eorum sententia, qui hominem post *Nauer.*
lapsum, priorem gratiam, ac propterea etiam
maiorem, cum a peccatis resurgit, recuperare
putant. Quare, si uestem primam, natus ex Chri- *Luc. 10.*
sto homo amiserit, aliam quam ei texet pœniten- *Dan. 9.*
tia se induat; sacco nimirum, & cilitio. Nam, ubi *Iob. 16.*
has uestes, quæ doloris & pœnitentiæ sunt symbola *Psal. 29.*
gestauerit, Deus conuertet planctum in gaudium, & *Locus ex*
saccum disrumpet, ac letitiæ uestimento, & stola *plic.*
prima eum uestiet: hoc est, remota luctuosa & a-
spera pœnitentiæ ueste, restitutis amissis donis, lę-
titia eum perfundet: quo maximo beneficio, cum *Con. Flor.*
senserit se a Deo affectum, animo suo statuat, quod *Trid. Leo*
uera pœnitentia omnino requirit, se nolle sinere am *x.9. Luit.*
plius his uestibus a latronibus, idest a Dæmonibus ex
poliari: & cum se ueteribus uestibus exuisse intel- *Cant. 5.*
lexerit, dicat: Expoliaui me tunica mea, quo mo-
modo induar illa? Recte dicitur mea, quia uestis
peccati nostra, quam nobis ipsis, a nobis ipsis ua- *Loci ex-*
rijs peccatorum generibus contexímus: quam, qui *plicatio.*
pœnitentiam agit, scindere omnino debet. Vesti-
menta scindimus, ait Gregorius, cum discernen-
do opera nostra retractamus. Quare, unam tan-
tum gerat tunicam, quam Dominus ferre iussit
Apostolos, tunicam scilicet nouam, cuiusmodi
hominem nouum decet. Femoralia, quibus pu-

denda tegere oportet, sunt castitatis: & continentiæ uirtutes; quæ debent esse insignia, & illustria, ut in inhonestiora, idest minus honesti uoluntatis motus, abundantiorem honorem habeant. Magni sacerdotis femoralia, est incarnatio Filij Dei, qua natura nostra ignobilis perornata fuit. Cauebit itaque internus homo, ne quando stolam iustitiæ deponat, seque tunica pellicea, hoc est corruptione, & consuetudine ratione uacante induat, ac similis iumentis insipientibus ob peruersas uiuendi rationes, euadat. Cauebit etiam ne mentitis uestibus utatur, ut tanquam lupus sub pellibus ouium prodeat; quod hypocritorum, ac hæreticorum est: quos propterea non facile simpliciores discernunt, licet uarijs modis a scripturis diuinis, & catholicis scriptoribus pingantur: ne quis unquam de eo dicat. In pelle ouina latet lupus: uel foris Catointus Nero: & exclamet:

Locus explic. Ruper.

Matth. 7

Cather. in Sp. hæretic. Castro.

O vita fallax, abditos sensus geris.

Dieg. Stel. par. 1.

Pertinet præterea ad hominem interiorem, qui de internis uestimentis debet esse solicitus, non multum de externis uestibus laborare, cum id speciatim a suo patre sit edoctus: & multo minus suam pulchritudinem in externo cultu positam esse existimet. Quare mollibus uestibus non utatur: ea sit contentus ueste, qua tegatur. Vanam omnino & puerilem esse existimet eam gloriam, quam ex preciosis uestibus homines huius mundi capiunt. Fertur de Epaminonda tot uictorijs claro, una ueste fuisse contentum: & si quando opus erat collapsam resarcire, domo pedem non extulisse. Vestimentum excogitauit necessitas, preciosum luxus; elegans uanitas. Quare, si pluribus abundat uestibus, det non habenti, nudum Christum, hoc est pauperes uestiat, quos qui uestit, ut ex illustri diui Martini facto con-

Matth. 6.

Alex. ab Alex. lib. 3.

cto constat, Christum uestit: ne in die iræ ei dicatur: Nudus eram, & non uestisti me. Dei uestimentum, est gloria & decor creaturarum, quibus *Mat.25.* ueluti uestibus quibusdam est amictus; a quarum pulchritudine cognoscitur, & laudatur: & speciatim a luce, qua ceu quodam amictu dicitur ornatus, ut ex *Psal.103* psalmo centesimo tertio ex his uerbis colligitur: Domine Deus meus magnificatus es uehementer. Confessionem, id est laudem, & decorem induisti: amictus lumine sicut uestimento. Item, uestimentū Dei, est caro a diuinitate assumpta. De quo indumēto his uerbis mentionem fecit Isaias. Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? Hoc est, quis est *Isa.63.* iste tam gloriosus, qui de terra; & de terra illa dura, & aspera, carne sanguine tincta ascendit, dicebāt Angeli, Christo in cœlum ascendente. De eadem ueste *Diony. 7 cœl. hier.* intelligitur illud psalmi: Dominus regnauit, id est Christus, uicta morte a Patre regnum accepit; indutus est decorem, humanitatem uidelicet dotibus beatitudinis ornatam, quæ in passione decorem, & speciem non habebat: Fortitudine, ueste scilicet non amplius patibili, quia non amplius moritur; præcinxit se: Stola, & pallium Dei, sunt assumpta caro, & Ecclesia. De quibus in Genesi dicitur: Lauabit in uino stolam suā, hoc est in passione & sanguine suo, carnem suam, & in sanguine uuæ pallium suum, id est Ecclesiā suā. Christi uestimenta, quæ qui Christū cruci affixerunt sibi diuiserunt, sunt diuinæ scripturæ, & Ecclesiæ sacramenta, quæ per hæreses diuidi potuerūt, & hac nostra tempestate diuiduntur: tunica desuper contexta, est caritas, quam nemo adhuc diuisit, aut diuidere potest; qua ueste, totum uere credentium corpus tegitur. Angelorū uestes pellucidæ, & igneæ, est eorum illuminandi uis. Ex his igitur, quæ de uestimentis scripsimus, quæ sint noui hominis uestimenta, satis constare arbitror: quæ ut sapiēs monuit, omni tempore munda seruare debet, & cauere, ne sanguine,

Margin: *Locus explic.* *Psal. 94.* *Ps.2.109* *Locus explic.* *Gen. 49.* *Locus explic.* *Mat.27.* *Io.Gagn.* *Locus explic.* *Dionys.* *Eccl. 9.*

guine,hoc est peccatis,permisceantur: quia uestimen
Isa.9. tum sanguine permixtum, erit in combustionem.Ce
Apo.3. terum dubitandum est,ne dici possit. Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua,id est pauci sunt homines,qui corpora sua,quę sunt animæ uestimentũ,non commaculauerunt. Quare qui macularunt mundent, & ambulent in albis,id
Locus explic. est in candore innocentiæ, & puritatis.ut tandem uestiantur uestimentis albis, dotibus nimirum beatitudinis,& non deleantur de libro uitæ.

De interioris hominis ciuitate, ac patria.

Cap. 108.

MAgna olim apud sapiẽtes extitit dubitatio, unde homo originem duxerit suam; dum quærebant,an mundanus, an uero cœlestis esset. Alij nanque mortalem, & terrenum esse, & ex terra omni ex parte oriri, ad eandemque remeare, existimarunt. Alij uero contra, e cœlo esse delapsum, atque eo reuersurum putarunt: in quorum numero
Trism. fuit is,qui moriturus,filio dixit: Hactenus fili, pulsus a patria uixi peregrinus & exul: nunc uero patriam repeto. Idem uidetur sensisse, qui cecinit.

Pythag. *Corpore deposito,cum liber ad æthera perges,*
Euades hominem,factus Deus ætheris almi.

In Christiana autem disciplina res in confesso est,& animum quæ præcipua est hominis pars,& ipse internus homo, quem corpus sequi debet, e cœlo, quo si
Tris. sermo.8. recte egerit, reuersurus est, originem suam ducere. Siquidem immortalis a solo Deo, ex nulla materia
Iust.mar ty.q.68. ad gent. & ad Christ. creatur. Hanc ueritatem nos aperte docuit is,qui hominem in suam patriam reuocaturus uenit; cum dixit: De mundo non estis. Ex qua doctrina eleganter Tertulianus libro ad martyres, quosdam interiores homines in carcere ob confessionem Christi inclu-
Ioan.15. sos consolabatur,inquiens: Nihil interest ubi sitis in

seculo,

feculo, quia extra feculum eftis. Carcer habet tenebras, fed lumen eftis ipfi: habet uincula, fed uos foluti Deo eftis: trifte illic expirat, fed uos odor eftis fuauitatis: iudex expectatur, fed uos eftis de iudicibus iudicaturi. Quoties fpiritu ambulaueritis, toties in carcere non eritis. Nihil crus fentit in neruo, cum animus in cœlo eft. Totum hominem animus circum fert, & quo uelit transfert. Hæc Tertulianus. Quæ ideo adfcripfi, quod ab ea, in qua nunc uerfamur re, non fint ullo modo aliena. Paradifus itaque, ut ex iam dictis colligere licet, eft interni hoïs patria, unde homo oriundus eft; ubi parentem habet fuum; quem quotidie fic alloquitur: Pater nofter, qui es in cœlis. Ab hac patria cum fe exulare fentiat, ad matrem mifericordiæ fæpe fe conuertit, dicitque, Salue Regina, Mater mifericordiæ, uita dulcedo, & fpes noftra falue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Hãc effe fuam patriam nofcebat is, qui dicebat: Vtor temporarie omni terra quafi patria; quia quæ uera eft, & illa, quam amo patria, in terra penitus non eft. Hæc patria in diuinis literis terra uiuentium nominatur. Ecclefia quoque fidelium terra, feu patria fpiritualis uocari poteft; ad quam uenire debent alienigenæ; hoc eft gentes, & Hebræi, quibus exeundum eft de fua domo, & ad hãc terram, quam Deus fuis monftrat proficifcendum. Hęc eft terra lacte & melle fluens, terra defiderabilis, terra fancta, terra, quam fundauit Deus, quam irrigat paradifi fluuius, gratiarum fcilicet fpiritualium abundantia. De ciuitate. Spiritualis homo, dum in hac uita manet, non habet ciuitatem manentem, fed futuram inquirit. Quo fit, ut ei duplicem ciuitatem affignare poffimus: alteram in qua peregrinatur: alteram ad quã uadit; cuius iam ciuis eft creatus, cum in numerum fanctorum, & domefticorum Dei fit cooptatus. De præfenti ciuitate; primum eius ciuitas eft Ecclefia, quæ ædificatur, ut ciuitas, cuius participatio eius in idipfum; id eft quæ coniuncta eft fibi ipfi fimul:

Matt. 5. *Oroſ. lib. 5. c. 2.* *Iob 26.* *Gen. 12. 13.* *Locus explic.* *Exo. 13.* *Mala. 2.* *Gen. 2.* *Heb. 13.* *1. Pet. 2.* *In Cent. c. 75. 84.* *Eph. 2.* *Pſ. 121.*

Locus ex mul: quæ est unita & copulata pace, & ciues consen-
plic. tientes habet. Neque enim est ciuitas ea in qua non
Heb. 12. est ciuiū unitas. Hæc est illa ciuitas, cuius fundamen-
Psal. 86. ta sunt montes sancti, sancti uidelicet, apostoli, fun-
Locus ex dati super firmam petram. Hæc est illa ciuitas, cuius
plic. portas, hoc est sacramenta, seu scripturas, & seras, id
Ps. 127. est doctores corroborauit Deus. Hæc est illa ciuitas,
Locus ex contra cuius portas, infernales portæ præualere non
plic. queunt. Hæc est illa ciuitas, quæ est murata, & muni-
Mat. 16. ta, cuius turres, hoc est moderatores & doctores sunt
Psal. 124 abundantes. Hæc est illa ciuitas, cuius montes, sancti
Isa. 27. scilicet angeli, sunt in circuitu eius. Hæc est illa ciui-
tas, quæ oppugnatur, sed non expugnatur. Hæc est
illa ciuitas, extra quam nullū interiorem hominem
inuenies. Hæc denique est illa ciuitas in qua sunt fra
tres nostri, & proximi nostri; propterea rogemus,
quæ ad pacem huius ciuitatis faciunt. Quod & si in
hac ciuitate aliqui ueteres homines, id est peccato-
Mat. 13. res, tanquam mali pisces in rete, diuersantur: tamen,
Hieron. non sunt domestici Dei, neque adipe frumenti satian
ad geren. tur, aut abundantia uirtutum muniuntur. Altera ci-
uitas, quam inquirit est illa, quæ Ierusalem appella-
tur; ubi sunt qui uisione pacis, & æterna beatitudine
Phil. 3. perfruuntur. In hac ciuitate, ut Paulus monebat, in-
terni hominis conuersatio esse debet: quod, qua ra-
tione fieri possit, ex his, quæ ex Tertuliano adscri-
psimus commode intelligitur uerbis: cum uidelicet
cogitatione, & desiderio in cœlo erit, eiusq; amore
Psal. 87. in has uoces prorumpet:

Cornel. *O illa superna ciuitas, o dulce habitaculum,*
Aurim. *In pace semper ubi beata uiuitur;*
Quam animus anhelus ad te suspirat uelut
Ad limpidos fontes defessus hinnulus.

Hæc est illa sancta & noua ciuitas, quam Ioannes,
Apo. 21. & uidit, & descripsit: ciuitas, quæ non eget sole & lu-
Fra. Gen. na; in qua non est nox; cuius lucerna est Agnus, cuius
in cant. lumen est claritas Dei, cuius fundamenta sunt omni

lapi-

lapide precioso ornata; ipsa uero est aurū mundum; in quam nihil inquinatum intrabit. Sed cum non sit nostrum latius hanc ciuitatem describere, lectorem ad expositores huius loci diui Ioannis, & ad alios, qui ex professo hac de re scripsere, reijcio.

De alijs eiusdem hominis ciuitatibus. Cap. 109.

ERat olim in antiqua lege sancitum, ut qui certum perpetrassent crimen, a metropoli ciuitate, in quandam aliam ciuitatem relegarentur. Et cum omni figuræ ueritas respondere debeat, necesse est, ut interni homines, q in lege ueritatis sunt, & in sancta Ierusalem habitant, si quando peccauerint, aliquam ciuitatem habeant, ad quā eis se conferre liceat. Hæc ciuitas, ut arbitror, est beatissima semper Virgo; quæ non modo est ciuitas refugij, cum ad eam peccatores confugiant, sed etiā ciuitas Dei, cum in ea Deus habitauerit, eāq; elegerit, & præelegerit in habitaculum sibi. Si quis ergo a Deo ob editum facinus a patria in exilium pulsus fuerit, ad hanc refugij ciuitatē confugiat; & cum hæc sit ciuitas Dei, ibi etiam Deum inueniet, & dum se abesse a Deo putabit, cum Deo erit. Quis enim unquam ad Mariā confugit, & per eam salutem non hausit a Domino? Hæc est illa ciuitas, de quā gloriosa dicta sunt: quia beatam eam dixerunt, & dicunt omnes nationes: Hæc est illa ciuitas, quæ fundata est in montibus sanctis, id est super perfectionibus uirtutum omnium sanctorum omnium, cum fundamenta huius ciuitatis ibi incipiant, ubi alij sancti cessauerunt. Hæc est illa ciuitas, in qua natus est homo, & homo, id est perfectus homo, Christus Dominus. Hæc est illa ciuitas, cuius portas ne dum alias intimas partes, diligit Dominus super omnia tabernacula Iacob, id est supra omnes alios sanctos; etiam si omnia eorum ornamenta spectes. Hæc demum, ut paulo ante dicebamus, est illa

Deut. 4.

Psal. 86.

Pro. 8.

Psal. 86.

Locus explic.

Nu. 35. Deut. 19. Iosf. 20. 1. Par. 6. Loci explic. ciuitas, ad quam peccatores confugiunt, cum ob errata a patre relegantur. Est enim Beatissima Virgo peccantium refugium. Sunt qui speciatim tres illas ciuitates refugij, quas Moyses ædificandas cõstituit pro illis, qui nolentes occiderunt, aliter explicent; & dicunt, tres ciuitates refugij esse tres pœnitentiæ partes; contritionem, confessionem, & satisfactionem; ad quas peccanti confugiendum est. Vel ut alijs placet, Greg. 10 mor. 9. sunt tres uirtutes Theologicæ, sine quibus potest saluari nemo. Præterea, ciuitas interni hominis, est anima, siue cor; quam ciuitatẽ ædificauit Iosue, hoc est, Orig. hom. 8. in Leu. Iesus seruator, uirtutibusq; ornauit, & spiritualibus armis contra spirituales hostes, qui eam demoliri conantur, muniuit. Ps. 126. Pro. 4. Hanc ciuitatem internus homo uigilanter custodiat; sed non sine spe auxilij illius, sine quo frustra omnis ciuitas custoditur; quia ex ea uita procedit. 1. Pet. 5. Psal. 58. Isa. 14. Ad eius portas excubias ponat; ne qua aduersarius, qui tanquam Leo eam circuit, & satellites eius, ingredi queant. Curet ne uitiorum incendijs unquam exuratur, & ne aduersario absq; murorum ambitu pateat; Pro. 25. sed altissimis parietibus ad cœlum usque erectis sit munita. Et quoniam ciuitatis felicitas in pace sita est, studeat ne quæ in ea exoriantur turbæ: Ps. 121. sit ædificata ut ciuitas, cuius participatio eius est in idipsum; hoc est, quæ pacatissime uiuit; pro qua pace conseruanda debet homo omnia sua fortunæ, & corporis bona exponere, calamitatem omnem perferre, laboresque uniuersos suscipere. Quantum bonum sit pax, non modo animæ, sed uniuerso etiam orbi indicauit Rex Pacificus, qui Apostolis suis, quasi testamento, pacem reliquit, ac etiam ut alijs lega- Ioan. 14. rent, iussit. Ex qua, quot quantaque nascantur commoda, quidam his carminibus, missis aliis, eleganter exposuit.

Ant. Cerut. Ode de pace.

Mortale crescit genus: Ioui
Et thura dantur mascula: pace honos
Maior Dei habetur: artes

Pace

Pace uigent, coliturque uirtus:
Et pace moles urbium, & oppida
Tolluntur alte: terraque uomere
Domatur hirsutis reuulsis
Vepribus, & tribulis malignis.

Cognoscat internus homo, hac magna & opima ciuitate, quam ipse non ædificauit, se a Deo fuisse donatum, eiq; se debere esse gratum, qui de terra seruitutis, ad hanc ciuitatem, ad cor scilicet nouum, rectum, & pacatũ ipsum traduxit. In hac ciuitate quiescat, hic maneat, huc si quando egressus fuerit, reuertatur. Quod si interdum egredi, & ad ciuitatem, ad quam reuertitur, id est ad cœlum, contemplationis passibus se conferre uoluerit, ei potestatem facimus. Demum, ciuitas, in qua interno homini habitãdum est, est diuina scriptura: quæ ciuitas non ab hominibus, sed a Deo ædificata est; quę est magna, & opima: in qua sunt domus, id est uarij libri cũctis opibus pleni; cisternæ aquæ uiuæ, quas nos non fodimus; sed patres nostri: uineta & oliueta, quæ nos non plantauimus, quorum tamen fructus nos comedere, ijsdẽque nos saturare debemus: in qua sunt suburbana, sensuũ moralium, ad alẽda pecora & iumenta, rudiores nimirum homines. Hæc est ciuitas murata, quæ habet portas, uectes, & seras; quam Deus custodit. In hac ciuitate sunt omnium armorum genera, quibus cõtra spirituales hostes spiritalis homo tueri se potest. In hac ciuitate sũt pharmaca omnia, quę a futuris morbis præseruant, & amissam ualetudinem instaurant. De hac quoque ciuitate posset quis latissime disputare, & ea dicere, quę hominum animos ad eam diligenter perlustrandam, atque in ea habitandum commouerent, de qua re, cum non defuerint qui bene scripserint, nos nihil. Sed, quod deplores, sunt multi, immo plurimi eorum, qui in ea habitant, id est in qua quotidie legendo uersantur, dum horas canonicas recitant, & psalmos cantant; & tamen, cũ quæ legunt nõ intel-

Deut. 6.
Luc. 24.
Deut. 6.
Locus explic.
Iosu. 14. 24.
2. *Par.* 8.
Athan.
Cornel. Mus.
P. *Oresiesis lib. de instit. monach.*
Adrian. Card.

intelligant, huius ciuitatis splendorem, ornamenta, delicias, opes, uias, theatra, ampla palatia, loca recondita, & sacra, minime norunt, nec noscere curant: & quid dixi penetralia? cum nec muros quidem ipsos cognoscant; Faciliores uidelicet & apertiores sensus.

Quid domus in scriptura significet, & quæ sit Dei, & interioris hominis domus. Cap. 110.

IAm uero, ubi ciuitatem interno homini indicauimus, in qua nam domo habitare debeat, eundem doceamus oportet. Domus in diuinis literis, non modo habitaculum ipsum; sed & familiam,
Ps. 112. & filios, & nepotes significat. Facere habitare sterilem in domo, est fœcundam reddere: & domum
Exo.c. alicui ædificare, est dare prolem. Item, ponitur pro genere,
Luc.1. & generatione, pro patria & regno, ac facultati-
1. Re. 2. bus. Domus æternitatis est sepulcrum: & domus spe-
Psal. 67. cies, est uxor. Domus refugij, est diuinum auxilium.
Ps. 112. Dei domus, in primis est mundus ab ipso fabricatus:
Mat. 12. quam domũ fortis, id est Dæmon occupauerat; qui a
Locus explic. fortiore, hoc est a Christo Domino, eiectus est: quod etiam ipse aliquando aperte confessus est, cum tale
Suid. in Aug. Ni ceph. lib. 1. c. 17. responsum, responsum petenti, dedit:

Me Puer Hebræus, diuos Deus ipse gubernans,
Cædere se de iubet, tristemque redire sub Orcum:
Aris ergo de hinc tacitus abscedito nostris.

Porphyr. lib. de cra cu. Plutar. Cicero. Vbi enim ueritatis splendor illuxit, erroris tenebræ recesserunt, & mendacij pater obmutescere cœpit. Hoc, cum uiderent ethnici, ualde admirabantur: & licet causam inquirere conarentur, ueram causam, cum nondum eis illuxisset ueritas, inuenire non potuerunt. Præterea, Dei domus est Christi corpus: quã
2. Cor. 6. domũ sibi fabricauit sapientia, in qua habitaret omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ad hęc, domus Dei, est eius populus, seu piorum mẽtes, in quibus tanquam in templo, cœloque suo inhabitat; &

tanquam in sacro quodam loco spirituales diuitias collocat. Amplius, Dei domus est locus ad diuinum cultum destinatus, quæ domus orationis uocatur, in qua, ut Nilus Episcopus scripsit, non secus ac in cœlo uersandum est; quam in speluncam latronum con uertunt, qui in ea sine religione uersantur. De qua re multa a sacris concilijs constituta & ordinata sunt: de modestia uidelicet, & reuerentia in hac Dei domo adhibenda. Nec defuerunt, qui de hac graui iniuria, quæ templis fit lamentationem fecerint. Postremo, Domus Dei & filij eius, id est interni hominis, est Ecclesia Catholica, quæ domus Dauid, domus Israel, domus Iuda, uocatur: de qua intelligitur illud. O Israel magna est domus Dei. Hæc est domus in qua drachma diuinæ, & æternæ beatitudinis quæritur. Hæc est domus, quam sapientia ædificauit sibi, cuius ianua est baptismus, columnæ a reliquis par tibus seiunctæ & in sublime erectæ sunt contemplatores & concionatores; mensa scriptura; ancillæ, ministri; cibus & potus, caro & sanguis Christi: uel septem columnæ, quibus fulcitur, sunt septem sacramenta, quæ columnæ excisæ sunt ex petra, id est ex latere Christi, qui est petra. Hanc domum elegit Deus in habitationem sibi: de qua dixit: Hæc requies mea in sæculum sęculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Itaque Ecclesia ob diuersas rationes, est patria ad quam ex gentilitate uenitur, est ciuitas in qua boni & mali reperiuntur; est domus, in qua homines spirituales habitantes, liberi sunt ab iniurijs mundi, a sagitta uolante, & a Dęmonio meridiano; in qua alun tur, pascuntur, bonisq; abũdant omnibus. Si quis ista latius explanare uoluerit, cõsideret patrię, ciuitatis, & domus conditiones, easq; Ecclesię accommodet. Huius domus domestici, & nobis inimici, sunt, qui ad peccandum prouocant; nec non etiam hęretici, qui tanquam domestici in Ecclesia uersantur; cum tamen de numero fidelium ob ipsorum infidelitatem non

Amalarius Treuer. de off. miss. c. 2. *Mat. 11* *Nilus episco.* *Turon syn. c. 38.* *Vualafridius lib. de rebus eccl. c. 21* *Arnold. Laurentius Satu. lib. 3.* *Bar. 3.* *Luc. 25.* *Faustus de lib. arbit.* *Pro. 9.* *d. 32. ca. ad hoc.* *Locus explic.* *Ps. 131.* *Psal. 90.* *Mat. 10.*

Castro. de iusta hær. pun. sint; licet Ecclesia ius in eos habeat, ac proinde eos punire possit; a quibus nos cauere debere, & diuinę scripturę, & sancti patres nullibi non adomonuerunt. Po-
Ps. 111. stremo, Dei & interni hominis domus, est paradisus; in qua domo sunt gloria & diuitiæ Dei & hominis. Ibi sunt, proximi nostri, domestici nostri, fratres, &
Ps. 83. parentes nostri. De hac domo intelligitur illud: *Beati qui habitant in domo tua domine*. Hæc est illa do-
Psal. 35. mus, a cuius ubertate homines inebriabũtur; hoc est, plene & perfecte satiabuntur. Hæc est domus in qua
Io. 14. mãsiones sunt multæ, multi uidelicet beatorum gradus. Huius domus fundamentum, est beatitudinis stabilitas: tectum cõsummata perfectio: lumen, Dei gloria, & beatorum splendor. In hac domo tot, tantaque
Isa. 64. sunt bona, ut nec oculus uiderit, nec auris audiuerit,
1. Cor. 2. nec humana mens unquam cogitauerit, aut cogitare possit, quæ ab amantissimo Patre Deo, diligentibus eũ parata sunt. Quare, merito Dauid dicebat: Vnam
Psal. 26. petij a domino, hãc requiram, id est hoc unum requi-
Locus explic. ram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitę meæ. Vnum, an magis omnia requirebat? unum
Cassiod. quidem numero, sed diuersitate & rerum uarietate innumera. Angusta precatio, latum pręmium. Idem internus homo petat, & requirat.

Vnum precatus a Deo,
Cornel. Laurin. *Non desinam quin repetam;*
Vt inhabitem in Domini domo,
Vitæ diebus omnibus.

Piorum nanq; est, hoc unũ quęrere, hoc unum petere, de hoc uno esse solicitũ. Hoc faciendũ Christus in-
Matt. 5. stituit cũ petere docuit. Adueniat regnũ tuũ. Et item, cum dixit: Primum, quęrite regnũ Dei. Cupiebat itaque bonus ꝓpheta habitare in ea domo, in qua sunt bona omnia, non biduum, non triduum, sed cunctis
Locus explic. dieb. uitæ suę; qui dies ęternos conficiunt annos. Et si quis eũ interrogaret, cur ibi habitare cupiat, responderet: Vt uideã uoluntatem, seu uoluptatem. i. delectationi-

ſtationibus fruar, quæ ſunt in dextera Dei uſq; in fi- *Pſal.* 33.
nem;hoc eſt,in ſempiternum. Quare merito alibi ca- *Xenoc.*
nebat;Beati, qui ambulant in domo tua Domine, *Plat. lib.*
in ſæcula ſæculorum laudabant te. Huius domus bo- *de mor.*
na,non modo ſacræ literæ,ac pij doctores uarijs mo- *Virg. lib.*
dis nobis adumbrare conati ſunt;ſed etiam prophani 6.
ſcriptores,dum quoſdam campos elyſios, & amœna *Ludou.*
loca bonis uiris parata eſſe dixerunt. Verum,ut ipſa *Bloſ.*
nos docet ſcriptura, quæ & quot ibi ſint bona, ne- *Augu. in*
mo explicabit unquam. *pſal.* 83.

De alijs domibus ſpiritualis hominis. Cap. III.

PRæter has domos proximo capite numeratas, ſunt quędã alię,quę ſpeciatim interni hominis domus eſſe dicũtur:quas hoc capite breuiter exponemus. Alia igitur noui hominis domus,eſt mens, ſeu cor:de qua domo Gregorius exponit illud,quod ſanato cuidã dictum fuit. Vade in domũ tuam:quia, inquit,dignũ eſt,ut peccator poſt ueniã ad mẽtem & cor ſuũ redeat,ne iterũ, quo iuſte feriatur,admittat. Idem auctor exponens illud prouerbiorũ. Diligẽter exerce agrũ tuum, ut poſtea ędifices domum tuã,de eadem re ſit ſcribit. Ille bene domũ mentis ædificat, qui prius agrũ corporis a ſpinis uitiorũ purgat:ne ſi deſideriorũ ſentes in carnis agro proficiant,intus tota uirtutũ fabrica, fama boni operis creſcẽte deſtruatur. In hac domo internus homo, ſi uere internus appellari uult,habitet:cũ ipſi dictum ſit. Tecum habita: Te ipſum collige, Quia,ſi extra ſe,abſq; cauſa diuagabitur,potius externus, & uagus quam internus nominandus erit. Hãc domum, in qua Deum habitare ſupra diximus,diligenter uertat,& uirtutib. ornet,ut tanti hoſpitis dignũ ſit hoſpitiũ. Nec.n. interno homini ſatis eſt,a turpib. tantũ operationib. abſtinere, ſed etiã cogitationes minus honeſtas ab aĩo remouere debet,cũ eas nõ min⁹ clare,quã actiones ipſas, Deus

Mar. 5. *Locus explic.* *Pro.* 24. *Locus explic.* *Bernard. lib. de domo interiore.* *Iulius Papa ep. ad orien.*

in cuius cõſpectu uiuit ſemper intuetur:apud quem
etiam qui ſolum crimen cogitauit, criminis reus eſt.

Iuuenal. *Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum,*
Facti crimen habet.

Nec tamẽ interno homini externã domum in qua habitet,negamus; tẽplum uidelicet,quod domũ Dei eſſe diximus.Maneat ergo ſuis tẽporib.in hac domo, & cum omni reuerentia, atq; timore in ea uerſetur. Quod faciet ſi cogitabit diuinũ numẽ ibi priuatè reſidere;ſi ab Angelis ibi cõmorantib. maxime cũ in Ecclesia aderit Chriſti corpus,ſe circũdari ſentiet,Itaq; non modo a uanis uerbis, ſed ẽt a turpib.cogitationibus dũ in hac uerſatur domo abſtinebit; ne dũ minus religioſe in religioſo loco ſe gerit, inde odiũ Dei referat,unde ueniã uenerat relaturus. Cũ in ſacras ingreditur ędes,cũ Dauide dicat: Introibo in domum tuã,adorabo ad templũ ſanctũ tuum, in timore tuo. Meminerit ẽt eius,quod alibi idem propheta cecinit. Zelus domus tuę comedit me.i.ingens ſtudiũ & æmulatio,qua ardeo pro gloria tua,& honore templi tui, exedit me. Et Chriſtus dñs, nũquam honeſta ira ita exarſit,ac cũ uidit hanc domum profanari: & ideo,facto flagello,eiecit ementes, & uendentes de templo. Quæ res, eſt omnino animaduerſione digna, ſi quis cognoſcere uelit quãta reuerẽtia huic domui ſit exhibenda:qua in re paſſim,ẽt ab ijs,quib.tẽpli cura eſt impoſita,peccatur,de quo Deus, per Ezechielẽ conqueritur. Itẽ,bonus propheta cũ exul extra ſanctam ciuitatẽ degeret,eiq; nunciatũ eſſet ſibi licere in urbẽ uenire,ac proinde Dei domũ inuiſere,quadã ſumma lętitia affectus,in has prorupit uoces.Lętatus ſum in his,quę dicta ſunt mihi,in domũ Domini ibimus;qua ſi diceret: ob hanc unã cauſam lætor in urbẽ uenire poſſe,ut tabernaculũ fęderis adire queã:ſtantes erãt, hoc eſt,ſtabunt pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalẽ.Ad hæc de diui Gregorij ſentẽtia noui hominis domus, eſt eius cogitatio,& dilectio.Sicut,inquit domus exte-

Amalarius Tre uerenſ. de off. miſ. c.30 *Beda in Luc.* *Vualafridus lib. de rebus eccl.c.10* *Turon. Cõc. can. 38.* *Pſ.131.* *Pſal.68.* *Iſa.56.* *Iere. 7.* *Mat.21.* *1.q.1. quibuſdam.* *16.q.7.* *1.q.3.* *Saluator.* *Io.2.* *Pſ.121.* *Locus explic.*

rioris

rioris conuersationis, est ædificium, quod inhabitat corpus; ita domus nostræ cogitationis est res quælibet, quam per dilectionem inhabitat animus. Omne quippe, quod diligimus, quasi in hoc quiescẽtes habitamus. Propterea Paulus, q in supremis cor fixerat, dicebat. Nostra cõuersatio in cęlis est. Et Cassiodorus, Domus nostra, recte dicitur propria cogitatio, qñ in eadẽ defixi, quasi in quibusdã ædibus cõmoramur. Videat itaq; internus homo in qua cogitatione, & delectatione uersetur; ne dũ inanib. atq; uanis cogitationib. delectatur, atq; in eis inhabitat, eis labẽtib. ipse quoq; labatur. De eo. n. qui ita uiuit dicitur: Innitetur super domũ suam, & nõ stabit. Itẽ, de multorum snĩa, interior interioris hominis domus, est conscientia, seu anima, in qua domo, habet suas diuitias, dona a Spiritu sancto accepta, uirtutes omnes acquisitas, & infusas. De hac domo recte intelligeres locũ hunc: Gloria & diuitiæ in domo eius. quæ diuitiæ, si eas conseruare nouerit, perseuerabunt in sęculum seculi: quia iustitia iusti manet in perpetuum. Quanti faciendæ sunt diuitiæ istæ, is intelligebat, qui dixit: Summa boni, mens sibi conscia recti. Has diuitias ille qui a Deo gloriã auferre conatus est, rapere perpetuo studet; & nihl non agit, ut in hanc domum inuadat. Quare, uideat nouus homo ne unquam ostentationis causa eas proferat, ac inimico ostendat; qui inde furandi occasionem capiat. Habet huius rei illustre Regis Ezechię exemplum, qui cum omnia ornamenta, & supellectilem omnẽ legatis Regis Babylonis ostendisset, ita ut nullum fuerit uerbum, id est res nulla preciosa, quæ uisa digna esset, quã eis nõ ostenderit, meruit ut omnia illa bona a Rege, qui eorũ notitiam habuerat, illato bello raperentur. Idẽ dicas de eo, qui Dęmoni sua ostentat bona. In id etiã diligenter incumbat, ne inimicus hanc domũ inueniat uacantem, bonis uidelicet operibus uacuam, scopis mundatam, & ornatã, id est delitijs deditum, & sibi gratam,

Phil. 3. *Cassiod. ps. 127.* *Iob 8.* *Greg.* *Aug. ad Dulc.* *Ps. 111.* *Bias.* *4. Re. 20* *Locus explic.* *Mat. 12* *Locus explic.*

Psal. 76. & placentē, in quam cum septem spiritibus iniquiori
Ber. ser. 2. de Assump. bus se intret, & inhabitet. Quare, necesse est ut bonis scopis ex contritione confessione & satisfactione, seu ex diuinis mandatis confectis, uertat, & diligenter mundet; ut cum eam, aridam uiderit, ibi requiescere nequeat. Postremo, ex diuinis literis, & piis scriptoribus, huius hominis domū, scripturam esse discimus: cuius interiores partes, sunt occultiora mysteria; ex-
Ezec. 41 teriores uero eiusdem faciliores sensus: quā domum
Sedul. late descriptam apud Ezechielem inuenies: Tāquam
Rom. 9. regia domus, ait Sedulius, loquens de scriptura, quæ multiplicib. sit ingressibus & egressib. distincta, & ex uno in aliud conclaue ita trāsfertur, ut uix ingredientis uestigia, aut egredietis appareant. Qua cōparatione, & difficultatem, & profunditatem scripturarum
Orig. ostendit. In hac domo, ait Origines, est cubiculum Re-
Io. 5. gis; quia in scripturis reperitur is, qui dixit: scrutami-
Sixt. ni scripturas, &c. cubiculū inquam omnib. sapientiæ
Sen. li. 2. diuitijs refertū: In eadem domo est cella uinaria, in qua reconditum est uinū optimū; doctrina nimirum
Andreas mystica, quę cor hominis lętificat, & inebriat. In hac
Hierosol. domo, quā Deus optimus maximus misertus huma-
Psal. 1. nę miserię & ignorātię, nobis fabricauit, die ac nocte,
118. uolentib. in hac uita esse beatis, uersandum est: Cum igitur tot pręclaras, & præstantissimas domos internus homo habeat, nihil de terrenis domibus, deq; ea-
Iob 4. rū splendore curet. Nā cū corpora nostra sint domus lutę, quid opus est paruo luto tā ampla, tam magnifica parare palatia? Quid opus est homini, cui ne quouis momento ex hac uita migret, timendū est, tā amplis & ingentibus ædificijs? Aedificant homines do-
Soph. 1 mos, quas non habitabunt. Tempus præterit, mors appropinquat, ut potius de domo in qua diu manen-
Eccl. 11. dum est; hoc est de sepulcro, quam de magnificis ædificijs cogitare oporteat. Et sane, si quis rem hanc diligenter animo tractaret, intelligeret, quam uanū sit, in hac exilij ualle domos luteas aliquando casuras

exędificare, & de sepulcro uersus quod quotidie pergit, in quo diutius mansurus est, nihil cogitare.

De partibus spiritualis domus. *Cap.* 112.

DE partibus spiritualis domus uerba facturus, de ea solũ domo, quæ est anima, seu conscientia, disputabo. Et ut a fundamento, unde ædificiũ initium habet, exordiar, fundamentum spiritualis domus, ut multi scribunt, est humilitatis uirtus; sine qua, qui ędificare in spiritu tentat, non secus agit, ac is, qui super arenam fabricat; cuius domum uenti haud difficile subruũt. Et cũ huius domus primus fabricator sit Deus, sine quo nihil fieri potest, qui humiles extollit, & superbos deprimit, non poterit hęc domus erigi, ni pro fundamẽto humilitatẽ habuerit. Cogitas, ait Augustinus, magnã cõstituere fabricam celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. De hac præstantissima uirtute, de qua multi multa scripserunt, & de his, quę possent internũ hominẽ ad eam excitare, nos hoc loco, ne a proposito digrediamur longius nihil dicemus. Illud tamen internũ hominem monuerimus, ut tã libenter uelit esse minimus, quam libenter externus homo cupit esse maximus: ut Filio Dei, & eius sacratissimę Matri magis similis euadat. Diceres deinde, fundamentũ spiritualis domus esse timorẽ Dei; qui est initiũ sapientiæ, uitæ uidelicet spiritualis; quam qui uiuit, uere sapit. Amplius fundamentũ est fides, quę est substantia. i. basis, ac fundamentũ rerũ sperandarũ, hoc est spei, quã parietes huius domus cum hominũ desideria, & opera ad cęlestia erigat, sicuti caritatẽ tectum, cum ipsa perficiat, ac tegat spirituale ædificiũ, uocare solẽt. Habemus ergo ex dictis, fundamentũ, parietes, & tectum spiritualis domus: fundamentũ, est humilitas, timor, & fides: parietes, spes; tectũ caritas. Porta, ut Augustino placet, est consensus, per quã portã introducimus id,

Aug. *Ambr.* *Matt. 7.* *Luc. 7.* *Mat. 18. 23.* *Augu. de uer. dom.* *In centuria c. 35.* *Baerian.* *Ps. 110.* *Heb. 11.* *Locus explic.* *Aug. ps. 141.*

id,cui consentimus. Est autem duplex porta; prima cupiditatis; altera timoris: si amas Deum, & times
Amb.lib. de Ca.& Ab. c.9. Deum, aperis Christo: si amas mundum, & times mala mundi, aperis Diabolo. Item, ex Ambrosio, porta animæ est os ipsum; quæ porta claudenda est ne culpa intret; & ne quis sermonis lapsus exeat: & cum id per se nemo id facere queat, una cum Dauide a Dño
Psal. 40. petat: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circuitus, uelut nos legimus, circunstantiæ labijs meis:
Locus explic. ac si diceres: Fac domine fauore tuo, ut nunquam impie loquar. Ostium circunstantiæ ori appositum, est
Gre. 7. mor. 26. et 22 16 loquendi prudentia. Hoc ostium claudendũ est cum oratur; ne in multiloquio; sed cum cordis puritate, & recta intentione oretur. Postremo ostiũ, ut ex scriptu
Matt. 6. ra colligere licet, est occasio: quod ostiũ sibi apertum
Ambr.3. serm. de Virg. fuisse ad promulgandum euangeliũ, dicebat Apostolus. Hoc ostium in bono agendo, & in malo fugiendo diligentissime internus homo seruare debet: ideo
2.Cor.2. cum bene agendi facultas datur, illud aperiatur, ut dum tempus habet operetur bonum: & cum peccandi ansa offertur, claudat. Occasione igitur, quasi porta, dũ recte agendi oportunitas datur, utetur, & per hãc portã suis tẽporib. egredietur ad alios, & reuerte
Isocr. tur ad se; ita ut nihil intẽpestiue agat. Nã, ut sapienter Isocrates scripsit, τὸ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρὸν. i. intẽpestiuum ubiq; triste. Propterea quidã, occasionem, tẽporis florẽ recte appellauit. Occasionẽ ergo qui sa
Achil. Boch. symb.71. pit, non amittat. Quantum ẽt ad male agendũ pateat hoc ostiũ, quis est, qui quotidie non uideat? non experiatur? quot interiores homines per hanc portam extra se egredientes quotidie pereunt? custodiendũ est igitur diligẽter. De fenestris. Fenestræ in domo, sunt partes, per quas lumẽ ingreditur, e quibus, quæ sunt domi ostenduntur, & quæ foris sunt, spectantur.
Clemen. ped. c. 5. Translate, fenestra, est uia & occasio ad aliquid faciendum. Fenestra spiritualis domus, est inspira-
Gen. 26. tio diuina, qua animæ domus illuminatur. Item, fenestra,

fenestra, est oratio per quam lumen sancti spiritus ad illuminandum spiritualem domum intrat: de qua fenestra, dum in hac vita sumus, quæ in cœlis sunt intuemur, & præterita, & præsentia, & futura specta mus. Huc facit, quod dixit Ambrosius; fenestram esse animi ac mentis obtutum. Amplius, ut multi scribunt, & ex scriptura colligitur, fenestræ, sunt quin que sensus, & speciatim sensus uisus: per quas fenestras interdum tenebræ peccatorum, & mors ipsa ingrediuntur, ni quis eas caute custodiat; ut ille, qui pepigit fœdus cum oculis suis, ut ne cogitaret quidem de uirgine; secus, si quis fecerit, cogetur aliquando dicere: Oculus meus deprædatus est animam meam. Itaque cauendum est, ne quid impudicum has per fenestras intret. Hos eosdem sensus, uocares ostium, & ianitores, cum omnia, quę ab interno homine sentiuntur intro admittant. De qua re, glossa quædam hæc eleganter scripta reliquit. Impudicus oculus impudici cordis est nuntius: & alius: Pudicus oculus ianitor est cordis, & excludit quidquid indecens nouerit. Impudicus quærens quod placet, per omnia discurrit; uolentes intrare, patitur, nolentes hortatur. Pauimentum in domo, est pars solidior, & insima, quę pedibus conculcatur, in qua lectus sternitur. Allegorice, si quis pauimentum, sui contemptum, seu humilitatis uirtutem esse putaret, non male sentiret. Huic pauimento adhæsit Dauid, qui se se omnibus humiliabat, & ab inimicis calcari sinebat: quia non ambulabat in magnis, nec in mirabilibus super se. Adhæreat igitur una cum Dauide internus homo ad hoc solidum & firmum pauimentũ: sinat se a quouis conculcari, quod ipsi tutius erit, quã si uel uno uelit esse superior. In hoc pauimento sibi sternat, ubi suauiter quiescet: in hoc pauimento ambulet, non in laquearibus; in quibus si ambulare uoluerit, necessario cadet; hoc est in magnis, & in mirabilibus super se non uersetur; quod is facit, qui

Lyran. Gen. 6. Ambros. Iob. 31. Thr. 3. Glo. in proem. de cret. 32. q. 5. Nec sola 23. His igitur. Ioan. anã Ps. 118. Ps. 130.

Locus explic. qui res arduas aggreditur, & quæ sunt supra uires suas tentat; sed una cum propheta humiliter de se sentiat, parum sibi atroget, se uermem, & non hominem esse putet. Homo, inquit Sophocles,
Psal. 12. ἐστὶ πνεῦμα, καὶ σκιὰ μόνον; idest uentus & umbra
Sophocles tantum. Habet præterea spiritualis domus suum cu-
Ambr. de biculum; ut ex his uerbis Domini constat: Tu autem
Cai. c. 9. cum oraueris intra in cubiculum tuum. Cubiculum,
lib. 6. de ait Ambrosius, mentis arcanum, animique secretum
sac. 3. est. In hoc cubiculum tuum intra: hoc est, in alta præcordia ingredere: totus egredere de corporis tui exteriore uestibulo, & claude ostium tuum. Cum itaque aliquis oraturus est, ac cum Deo collocuturus, intret in hoc cubiculum; nihil curet uideri ab hominibus: nec uereatur, quin a patre qui omnia tuetur,
Rab. Moses lib. 3. c. 53. uideatur: uidet enim in occulto. Quo fit, ut nihil in hoc cubiculo minus honestum facere debeat, cum patrem suum minime lateat: quę res, si ab hominibus intelligeretur, mirifice ad retrahendum eos a peccato ualeret. Demum, reperitur etiam atrium quoddam spirituale, quod fortis timore diuino ar-
Luc. 11. matus, custodit. Atrium hoc, est cor diuina caritate dilatatum, & quatuor uirtutis partibus, quasi qua-
Ezech. 40. tuor lateribus & angulis comprehensum. Atria domus, quæ est scriptura, sunt uaria scripturarum sacrarum uolumina: in quibus pedes, idest affectus, &
Psal. 83. 121. studia interni hominis stare deberent: quandoquidem per hæc atria in domum Domini itur.

De lecto, & strato spirituali. Cap. 113.

Mar. Var. Lectus, qui a lectis herbis & frondibus, quibus stramenta prisci homines sibi faciebant, dictus est, est locus in cubiculo ad quiescendum, & dormiendum institutus: qui etiam cubile, a cubando dicitur: super quo loqui, est aliquid diligenter pē-
Psal. 35. sare, & examinare: & modo in bonam, modo in malam

malam capitur partem. Fit etiam mentio in scriptura de strato, qui est lectus uilior, in quo pauperes, & ægrotantes cubant, qui etiam grabbatus dicitur. Spiritualis lectus, primum, vt Cassiodorus scripsit, est secretum pectoris, seu cordis, & conscientia ipsa. In hoc lecto quiescit & delectatur intern⁹ homo; quia, ut ait Apostolus, gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. In hunc lectum uir bonus, dum maledicorum uocibus, mundique sermonibus, quasi quibusdam procellis agitatur, se veluti in portum quendam recipit, ibique testimonio bonæ conscientiæ delectationem, ac quietem capit. In hoc lecto, ubi ab humanis negocijs cessauit, & secum de sua salute, & de statu interioris vitæ cogitat, recreatur. In hoc lecto exutis uestibus carnis, & lotis pedibus, idest humanis curis & studijs reiectis, contemplationis somnum dormit, & dum hic quiescit, ad humanas res tractandas reuocantibus, inquit: Expoliaui me tunica; vita scilicet actiua: laui pedes meos, idest affectus meos ab humanis curis mundaui · quo modo induar illa? quo modo inquinabo illos? Quasi diceret: ita libenter in lecto contemplationis & cordis uersor; ut ad humanas res tractandas mihi redire sit difficile. Hic lectus per singulas noctes huius tenebrosæ vitę lacrymis spiritualibus, ne quid in eo reperiatur maculæ, lauandus est. In hoc conscientiæ cubili, si quid minus honestum cogitauerit, feceritve, debet se compungere. Quæ dicitis in cordibus uestris & in cubilibus uestris compũgimini, ait propheta, idest compuncti, atque dolentes, quæ offenditis cogitando expiate, & contritione conterite, atque destruite. In hoc cubili, nunquam iniquitatem meditetur, quoniam id si fecerit, nunquam in eo eum, quem diligere debet, inueniet, & nunquam quiescet. Siquidem errantis conscientia mordet, angit, fodit, & cruciat. Si in cubili delictorum iacemus, ait Philo in hunc locum, & noctibus uitiorum offundimur,

Psal. 6. *Ioan. 5* *Cassiod.* *Ps. 146.* *Gen. 47* *2.Cor. 1.* *Cant. 5.* *Locus explic.* *Ruper. Abb. Tuit.* *Psal. 4.* *Locus explic.* *Psal. 36.* *Cant. 3.*

Locus explic. dimur; tunc in peccatis quęrimus ipsum, nec inuenire possumus; neque si inuocamus exaudiet: non enim obstinatos audit. Nemo in lectulo suo; hoc est in propria uoluntate, propriaque cogitatione, conscientiave, quã Deus non extruxit inueniet; sed in lectulo Salomonis Regis pacifici; in illa uidelicet conscietia, quam Christus ædificat, & uirtutib. suis strenit. Hunc lectum ambiunt sexaginta fortes, doctores nimirum, & sancti, qui orando, concionando, recteque uiuendo muniunt, ab hostibusque, scientię, & pietatis armis tutantur. In hoc cubili internus homo lætabitur, si pie, si caste uiuet, si secum habitabit, si seipsum colliget, si regnum Dei, hoc est pacẽ intra se quæret. Tristabitur uero, si in eo iniquitatem meditabitur. Ibi ait Augustinus, patimur tumultum bonę conscientiæ; & ibi requiescimus, quando est bona conscientia. Hic lectus cordis, dum lacrymis lauatur, dum dolore compungitur, lectus doloris potest appellari. Hunc totum lectum Deus uersat, dum internus homo lacrymis cor lauat, quia dolorẽ commissi peccati in lętitiã adeptæ ueniæ commutat. Vel certe, tunc Deus dicitur uniuersum lectũ, seu stratũ uersare, quando dolores corporis in gaudiũ mentis conuertit, quod diuo Laurentio super craticula cubãti accidit, cũ corporis cruciatibus compressis, diuina lętitia perfusus, tyrãno audacter dixit: Versa, & mãduca. Quia Deus opẽ ferebat ei in lecto doloris ei⁹. Hãc gratiã ij a Deo speciatim obtinẽt, qui pauperib. ægrotis prospiciũt; qui, si qñ in aliquã ægritudinẽ inciderint; ita a Deo iuuãtur, ut Deus uniuersum eorũ stratũ uertere hoc est, ęgritudinẽ in sanitatẽ, dolorem in lætitiã cõmutare dicatur. Posset etiã hoc modo, hic locus exponi. Diximus stratum significare lectum uilẽ; & tunc carnẽ, & humanũ corpus significabit. Hoc stratũ Deus uersat in infirmitate, quando, quo paratum erat ad quietem carnis, in angustiam & dolorẽ, pro magna misericordia sua commutat, ne homo in lecto

Margin notes: *Locus explic.* / *Philo episcopus.* / *Cant. 3.* / *Locus explic.* / *Paul. episcopus.* / *Aquiliã.* / *Psal. 49.* / *Luc. 17.* / *Ioan. 16.* / *Psal. 40.* / *Locus explic.* / *Maxim. Taurinẽ. episcopus* / *Iob. 33.*

lecto quietis temporalis cubet,& quiescat. Neque.n. *Ioan.5.*
internus homo in grabbato,hoc est,in uoluptate cor
poris tanquā paralyticus iacere debet: quia uacillan
tibus membris,nihil poterit operari. Quod si inter-
dum in hoc lecto cubuerit,audiat Christum dicētem: *Locus ex*
Surge;tolle grabbatum tuū,& ambula. Nāq; Christi *plic.*
auxilio fiet,ut concupiscentias carnis in quibus prius
iacebat, & a quibus continebatur,ferat;hoc est, uin-
cat ac superet. Surgat itaque, & ambulet: surgat a *Bapt.*
peccatis;ambulet bonis operibus: recedat a malo, & *Foler.*
faciat bonum.Est enim signum perfectę liberationis *1.Ioan.1*
a peccato, cum quis post cōuersionem, sublato grab
bato ambulat. Est etiam lectus noui hominis,contē-
plationis quies,cordis tranquillitas,& in bonis operi
bus delectatio: in quo potissimum iacent, qui a fo-
rensibus,& mundanis negocijs alieni, in cubiculo re
ligionis cubant. Siquidem hi lætantur in cubilibus
suis,q̄ sunt in domo Domini, hoc est in ecclesia, seu *Ps. 149.*
monasteris,& in atrijs Ierusalem,in loco pacis.Hi,nō
in plateis, non in theatris, non in circis,non in foris
uoluptatem capiunt.Hi habent exultationes.i.laudes
Dei in gutture suo,dum perpetuo, diu noctuq; lau-
des diuinas celebrāt.Hi habēt gladios ancipites utrin *Ps. 149*
que nimirū cędentes:quibus hinc inde,cōtra hostes,
qui uident & non uidentur, pugnant. Hic est lectu- *Cant.3.*
lus Salomonis, quem sexaginta fortes, idest uiri do- *Locus ex*
cti ambiunt,ex fortissimis Israel; hoc est,ex fortissi- *plic.*
mis totius Ecclesiæ: oēs tenentes gladios uerbi Dei,
& ad bella.i.ad disputationes,& defensiones doctissi
mi; uniuscuiusque ensis uirtutis castitatis super fe- *Paulin.*
mur suū,propter timores nocturnos.i.ad repellēdos *Aquil.e-*
Dæmonis impetus,& ad frangēdas carnis libidines. *piscopus.*
Postremo,possemus etiam dicere spiritualem lectum *Drogo li.*
esse crucē,quā Christus Dn̄s pro lecto habuit,in quo *de pass.*
dormiuit,& soporatus est;quo tp̄e,ex ei⁹ latere for- *Gen. 2.*
mata est ecclesia; sicuti ex latere dormientis Adæ *Locus ex*
formata fuit Eua. Sed in hoc lecto dormire, *plic.*
& quie-

& quietem capere perfectorum est. Sternit sibi internus homo lectum, cum bene agit, cum bona exercet opera; & præcipue cum eleemosynas elargitur; in quo postea suauiter conquiescit, cum se aliquid

Act. 9. boni egisse animaduertit; quo modo Paulum sibi strauisse in actis apostolorum legitur. Stragulum, quo se cooperire debet, omnium virtutum uarietate contextum esse oportet. Fiet postea hic lectus floridus, usu & exercitatione uirtutum, ac uarijs pietatis operationibus. Namque virtutis habitus siue usu, est ueluti arbor sine floribus, & fructibus: eadem

Cicero li. 1. off. accedente usu, est ueluti florens, & frugifera arbor. Siquidem omnis uirtutis laus in actione consistit. Demum, ut hoc caput concludamus, cubilia uaria in quibus sancti in patria lætabuntur, sunt uarii æternæ felicitatis gradus; de quibus scriptum est: Exultabunt

Psal. 149 sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, Nanque beati in patria ab omni periculo, & hostium timore

Locus explic. liberati, summaque lætitia ob adeptam beatitudinē affecti, in suis sedibus manentes, ueluti in quibusdā iucundissimis cubilibus; lætabuntur, ac æternum ęternæ, & immensæ quietis somnum capient.

De spirituali somno bono, & malo. Cap. 114.

CVm lectus, de quo superiore capite scripsimus, non cum fine priuato sit institutus, ut in eo dormiatur; propterea de somno, & dormitione spirituali nunc scribendum esse uidetur. Et cum somnus, & dormire, modo in bonam, modo in malam partem sumantur, de utroque somno, tam bono, quam malo aliquid dicemus. Vox somnus, in diuinis literis translate, securitatem, rerum omnium abundantiam, quietemque significat, ut hoc in loco: Cū

Ps. 126. dederit dilectis suis somnum, idest cum Deus dare

Locus explic. soleat ijs, quos diligit rerum necessariarum abundantiam, seu quietem. Solent enim Dei famuli, Deo auxilian-

auxiliante, omnia bona an uitam traducendam necessaria, sine multa cura, & labore sibi parare; quod non contingit ijs, qui solis uiribus suis nixi, posthabito diuino cultu, nihil de auxilio diuino cogitantes, omnia sibi sua humana prudentia parare contendunt. Sed hi in uanum ante lucem surgunt: hoc est, uana eorum est diligentia, Quare præstat, etiam ad humana bona comparanda, Deo in primis fidere, regnumque ipsius primum quærere, & deinde aliquam diligentiam humanam adhibere; quia tunc, omnia felicius succedunt. Esse quendam malum somnum a quo nos surgere oportet, ex his Pauli uerbis aperte cognoscere licet: Fratres, hora est iam de somno surgere: de somno uidelicet uitiorum, quo uetus homo sopitus est. De quo somno multa dici possent, cum multa a multis dicantur, comparando ipsum cum somno animalis; sed cum ista ad ueterem hominem pertineant, sciens, & prudens pretermitto; ac lectorem, ad eos, qui super hoc diui Pauli loco scripserunt, reijcio. Illud tamen uniuerse dixerim, quod quemadmodum is, qui corpore dormit nullum exercet sensum, cum nec uideat, nec audiat, nec gustet, nec olfaciat, tãgatve; sed functiones quasdam uegetantis animæ exerceat; ita, qui somno uitiorum captus est, nihil, quod ad uitam spiritualem pertineat, uidet, audit, aut alia ratione percipit. De his operationibus loquor, quæ a uita spirituali, eiusque facultatibus oriuntur. Est enim cæcus, surdus, mutus & claudus. Dormiunt itaque aliqui in peccatis, dum in illis conquiescunt, dum ad illa adhærescunt, dum peccatorum somno, ueluti ecstasi quadam obruuntur, dum denique nihil, quod ad ęternam felicitatem proxime acquirendam conferat, faciunt: Et hoc, est dormire in morte. Ab hoc somno nemo se, ex se, sine Dei auxilio excitante, & eiusdẽ uoce clarius inclamante, excitabit unquam: quod intelligens propheta, dixit: Ego dormiui, & soporatus sum:

Lucius papa ep. ad epis. Gallia.

Rom. 13.

Olympiod. in eccles.

Psal. 3.

Psal. 12. sum: exurexi, quia Dominus suscepit me. Est etiam
somnus in re spirituali torpor negligentiæ: & in uia
spirituali negligenter ambulantes, dormientes uocã
Orig. lib tur. Si quis non agat, ait Origenes, quæ Dei sunt tem
9. in ep. pore oportuno, sed desiderijs torpeat, merito dor-
ad Rom. mire dicitur. Verum, si quis ea bona, quæ homini-
bus bene uiuentibus proposita sunt, mentis oculis se
mel, ueluti Caleb terram promissionis exploraret;
Num. 13 non modo ipse toto corde ad ea festinaret, uerum
etiam omnes tepidos uehementer ad eadem bona ac
quirenda inflammaret; omniaque, ut tam immensa
bona adipisceretur, incommoda susciperet. Itaque,
Iacob. Bil qui hæc cogitabit,
li.

Et mundum, & somnum deseret ille suum.

Denique, male ille dormit, qui quodam mentis
stupore alienatur a uero. Ex his planum fit, cur tam
Ephes. 5. sæpe in sacris literis uituperatur dormitio, & uaria
dormientibus sæpe accidisse mala legitur; ut ex locis
Matth. 8 in margine citatis, quisque cognoscere poterit: &
2. Reg. 4. speciatim Samsoni dormienti fortitudo ablata fuit.
Iud. 6. 16 Hinc est, quod sapiens acri obiurgatione dormien-
Iudith. 4. tem excitat: Vsquequo piger dormis? quando con-
13. surges a somno tuo? Paululum dormis, paululum
2. Reg. dormitabis, paululum conseres manus tuas ut dor-
26. mias: & uenit tibi quasi uiator egestas, & pauperies
Pro. 6. quasi uir armatus. & Paulus: Surge qui dormis, &
Eph. 5. exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Inue-
nies etiam non raro in diuinis literis, dormire, i-
Iob. 27. dem significare, ac mori, uel mortuum esse: ut
21. hoc loco: Lazarus amicus noster dormit. Sunt
Ioan. 11. etiam qui inter dormire & soporare, hoc discri-
3. Reg. 2. minis ponunt: ut dormire, indifferenter omnem
Iacob. de somnum capere significet; soporare uero, somnum
Valent. n profundum post magnum laborem. Nunc accedem-
tes ad explicandum bonum somnum, ut quæ dicturi
sumus melius intelligãtur, de somno etiam naturali
aliquid simul dicemus. Somnus est animali omni-
no ne-

no necessarius; ut sine eo diu uiuere nequeat. Etenim, est quies, salus, & conseruatio animalis. Pari ratione spiritualis somnus, idest quies contemplationis, & orationis, spirituali homini ita est necessarius, ut sine ea diu uiuere non queat. Quare, sapienter quidam spiritualis pater sæpe dicere solitus erat; nulla ratione fieri posse, ut quis sit uere spiritualis, atque diu in hac uita perseuerare possit, absque oratione, & contemplatione, aliqua saltem ratione, facta. Et ut moderatus corporis somnus plurimum iuuat, immoderatus uero obest; ita spiritualis somnus cum ratione sumptus, multum spirituali corpori prodest, & sine modo, nocet. Somnus est animali necessarius post operationẽ, ut debilitatæ uires instaurentur; ut his recreatis, rursus ad operandum reuertatur: ita, per uitam actuosam, uiribus spiritus debilitatis, opus est contemplationis somno, ut instauratis, & confirmatis uiribus, ad uitæ actiuæ usum maiore cum feruore homo reuertatur. Id Christus Dominus faciebat, qui post conciones ad orationem & contemplationem, & post contemplationem ad actionem reuertebatur: idem Apostoli, & uiri sancti fecerunt. Cum somnus subrepit, animal a motu, qui est a loco ad locum cessat, operationes sensuum exteriorum impediuntur, calor ad interiores partes se se contrahit; ac intus fortius operatur: quo fit, ut corpus exterius frigescat, & pallescat, atque animal mortuum esse uideatur. Pari ratione, ubi spiritualis somnus mentem inuasit, internus homo ab omni humana cura cessat, nihil secundum sensum operatur, amoris calorem ad partes intimas contrahit, qui intus uehementius agit. Nanque in meditatione exardescit ignis. Itaque circa res externas frigescit, & in hominum conspectu pallidus, mortuusq; esse uidetur, dum amore languet; cũ in intus sit formosus, & maxime uigeat. Per somnum animalis uires instaurantur, spiritus recreantur, crudi humores

P. Claud. Aqua.

Greg. Naz.

Psal. 38.

2. Cor. 6.

concoquuntur, infirmus leuatur; abeuntis morbi indicium datur, ebrietas euanescit, & denique corpus, præcipue hyberno tempore pinguescit. Sic, per contẽplationis somnum, interni hominis naturales uires, intellectus, uoluntas, & memoria corroborantur, spirituales spiritus instaurantur, indigestæ affectiones, & cogitationes, & acerbæ curæ cõcoquuntur, & ideo mẽs infirma leuatur, & melioris ualetudinis indiciũ ex præterito somno habetur, ebrietas rerum caducarum, & uoluptatum vaporat, & denique totum spirituale corpus, pręcipue in hyeme tribulationum, pinguescit. Preterea, sicuti qui multum uigilarunt, laborauntque, libenter se somno tradunt, quod dulcis,
Eccle. 5. ut ait scriptura, sit somnus operanti, & ubi somnus subrepsit, omni sensuum usu sublato, & secure, etiam coram hostibus, & aliquando euigilaturi dormiunt: ita, qui spiritualem somnum post multos labores capturus est, ex uoluntate, absque ullo sensu dormit, cum nihil aliud agat, nullaq; alia re afficiatur: quod egregie præstitit quidam, de quo scribitur, immobilem dum orabat permansisse, quamuis per ipsius cor
Psal. 4. pus serpens graderetur: secure denique dormit, licet inimicus circumeat, & tanquam leo rugiat: ut tandẽ, instauratis uiribus, ad agendum redeat. Ad hæc, somnus in animali, ex uaporibus a toto corpore, & sumpto cibo ad cerebrum ascendẽtibus efficitur: Itidem, contemplationis somnus, ex affectionibus a cibo doctrinę sumpto nascentibus, & ex uarijs cogitationibus caput ad mentis, & cerebrum rationis ascendentibus, producitur. Item, sicuti parentes summa cum uoluptate filios dormientes, & quiescentes cernunt, & ne a somno excitentur curant; simili ratione cœlestis pater, & sponsus animam somnum contem-
Can. 2. 3. plationis capientem, cum uoluptate cernit; & ne
8. quis eam suscitet, præcauens dicit: Adiuro uos filiæ
Locus explic. Ierusalem per capreas, ceruosque camporum, idest per eos qui acutissime uident, ut sunt qui contemplã
tur,

tur,& suo spiritu serpentes ex cauernis, ueluti cerui, extrahunt & necāt uel per meipsum, qui hæc omnia præsto; ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. Is, qui suauiter dormiturus est, oculos claudit, humanas curas abijcit: quoniam qui animo sunt distracti, qui uariis curis agitantur, quiete dormire nequeunt. Deo diuus Bernardus oraturus, orationis locum ingrediens, suis curis dicebat ut extra manerent. Multas curas, inquit sapiens, sequuntur somnia; & ubi sunt multa somnia, plurimæ sunt uanitates & sermones innumeri. Item saturitas diuitis, non finit eum dormire. Quare si internus homo suauiter dormire cupit, palpebras claudat, curas reijciat; & tunc dicere poterit: Ego dormio, & cor meum uigilat: quia dum quiescimus a rebus externis, uerius interna cognoscimus; in quibus mens uigilat, quando circa externa non est occupata. Amplius, qui sine perturbatione dormire cupit, necesse est, ut se suis uestibus exuat, & pedes, ut sponsa fecit, lauet, id est ab omni humano affectu se nudet, & ab omni peccati cogitatione mundet; quia, qui cum uestibus, & sordibus in lecto cubat minus quiescit: propterea ante orationem, confessione, & contritione animam suam præparet. Quod si indutus dormire uoluerit, cum sacco & cilicio, id est cum pœnitentia, dormiat. Ad hæc; si de frigore inter dormiendum timet, & socium, quo calefiat cupit, proximum dum orat caritate, pro ipso orando, amplexetur; aut ad secum orandum inuitet: & sic se mutuo fouebunt. Melius est, ait sapiens, duos esse simul, quam unum: habent enim emolumentum societatis suæ: si unum ceciderit ab altero fulcitur. Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormiuerint duo, fouebuntur mutuo: unus, quo modo calefiet? Non modo boni in hac uita dormire dicuntur, sed etiam beati in alia: dat enim Deus somnum dilectis suis. Nam, cum habeant sua cubi-

Orig. *Eccle. 5.* *Cant. 5.* *Locus explic.* *Exo. 22.* *Deu. 24.* *3. Reg. 21.* *Eccle. 4.* *Ps. 126.*

lia,ut supra scripsimus, in illis dulcissimum, contemplationis, & quietis ęternæ somnum capiunt. Quare, qui habitant nunc in deserto, tunc securi dormient in saltibus, in cubilibus scilicet illis securis, & iucundis, vbi erunt ab omni timore alieni. Namque in hoc loco est gaudium infinitum, lętitia sine tristitia, salus sine dolore, uia sine labore, lux sine tenebris, uita sine morte, omne bonum sine ullo malo. Damnati quoque suum somnum dormiunt: qui tamē est sine quiete; quia summos cruciatus sentiūt, & horribilia monstra conspiciunt. Deus allegorice dormire dicitur, uel quando inuocantibus non adest, uel quando deserere uidetur. Propterea Dauid sæpissime, cum se auxilio diuino egere sentiebat, Deū quasi dormientem, his verbis, ad opem sibi ferendā, excitabat: exurge Domine. Et alibi; cum diuinum auxilium sibi adesse animaduerteret, hunc in modū canebat. Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlū, & terram. Non det in commotionem pedem tuum, idest non sinet ubi spem tuam semel in ipso collocaueris, aduersas tibi res accidere: neque dormitabit, qui custodit te, hoc est nullo te tempore negliget, sed semper præsto aderit.

Ezech. 34. *Aug. Sol. c. 33.* *Psal. 3.* *Ps. 120.* *Locus explic.*

De spirituali somnio bono, & malo. Cap. 115.

CVm inter dormiendum homines somniare soleant, & in diuinis oraculis nō raro de somnijs mentio fiat, non erit ab re, neque extra locum, cum de somno agimus, etiam de somnijs mystice aliquid scribere. Et quamuis multa de somnijs a multis disputentur: nos tamen rem hanc, quantum ad institutum nostrum pertinet, leuiter attingemus. Somniare, est per quietem somnij, quasi per uigiliam, aliquid phantasia uidere. Somnium, est ipsa somniantis uisio. Somniorum genera ex causarum, vnde nascūtur diuersitate, hęc fere sunt. Primum alia nascunt ex causa naturali, ut ex uentris repletione, & inani-

Synes. Platonic. lib. de hac re. *Greg. 8. Mor. 18.*

tate,

tate, corporisque uaria affectione. Quo fit, ut sangui ne abundans de rebus lętis, malancholicus de tristibus, cholericus de igneis, phlegmaticus de aqueis somniet. Deinde, ex animi affectionibus non raro oriuntur insomnia. Propterea sitientes de fontibus, uenatores de feris, auari de numis somniant: quia, ut sapiens ait, multas curas sequuntur somnia. Postea, oriuntur ex Dęmonis illusione; ut constat ex sapiente cum ait: Multos errare fecerunt somnia, & illusiones uanæ. Postremo, ortum habent ex reuelatione diuina (licet aliqui somniantes, id negare contra Dei prouidentiam uoluerint) ut ex Matthæo capite primo, & Daniele capite secundo constat. Quare, cum a tam multis somnia oriantur causis, non statim illis fides habēda est; cum multos errare fecerint somnia, & illusiones uariæ: qua in re, solet a multis, dum superstitiose somnia obseruant, turpiter peccari. Sed de hoc, non est hic locus disputandi latius. Fore, ut aliquando spirituales homines diuina, quędam somnia somniarent, Ioel propheta his prædixit uerbis: Senes uestri somnia somniabunt; & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Spiritalia somnia, quę in somno contemplationis apparent, sunt diuinę reuelationes, ac mentis illustrationes; quibus Deus suos erudit, & admonet: & interdum per ultimi iudicij, & pœnarū inferni imagines terret. Ex quo perspicuum fit, quo modo Deus per insomnia hominibus loqui dicatur; quatenus uidelicet aliquid eis manifestat. Huc facit locus quidam Iob, qui sic habet: Per somnium in uisione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo. Tūc aures uirorum erudiens eos instruit disciplina; ut auertat hominem ab his q̄ fecit, & liberet eū de superbia. Et alio loco: Si dixero, cōsolabit̄ me lectulus me⁹, & leuabor loquēs mecū ī stratu meo, terrebis me ꝑ sōnia, & ꝑ uisiōes horrore cōcuties. Terret Deus ꝑ sōnia, nō mō ꝑ seipsū, sed ēt ꝑ spirituales hostes: dū qđ ipsi iniuste facere appetūt,

Eccl. 5. *Eccl. 34* *Auer. contra quem, id probat Cæsar Scalig.* *Ioel. 2.* *Iob. 33.* *Iob. 7.* *Greg.*

1. Reg. 6. id non nisi iuste fieri permittit. Ex his intelligere licet, cur prophetæ a scriptura, Videntes, uocentur; quia, cum potissimum per somnia instruantur futura uidere, secundum quietem, dicuntur; a qua uisione hanc appellationem sortiti sunt. Et ut spiritualis homo habeat regulam circa somnia bona & mala, ne a malis spiritibus decipiatur, quæ de hac re S. Diadochus scripta reliquit, adscribere placuit. *Visa, ait, quæ per somnum bonitate Dei obijciuntur animæ, sunt animę sanæ certi quodammodo nuncij, & indices. Quocirca, neque ex alia in aliam formam mutantur, neque sensum terrent: neque uno impetu ridentibus, aut mœrentibus obijciũtur; sed potius cum omni lenitate accedunt ad animam, quam spirituali quadam lætitia implent. Vnde postquam corpus a somno excitatum est, magno cum desiderio illã somni lætitiam anima requirit. In uisis uero a dęmonib. per quietem obiectis, per omnia contra euenit. Nec enim in eadem figura manent, neque formam, ac speciem multo tempore sine turbatione ostendunt, &c.*

S. Diadochus cap. 37.

Postea, cum latius explicasset horum somniorum differentiam, quærit, an illis credẽdum sit; qua de re sic scribit. *Diximus, sicut ab ijs, qui experti sunt audiuimus, bonorum & malorum somniorum differentiã: satis nobis sit pro magna uirtute habere, ut nullis omnino per somnum uisis credamus. Somnia enim nihil aliud sunt ut plurimum, quam spectra cogitationum errantium; aut rursus, ut dixi, Dæmonum ludificationes.* Subdit, Deum non irasci contra eos, qui somnium a se missum non admittunt. *Ceterum, ut arbitror, quando Deus ex sua misericordia aliquem per somnum moneret, faceret etiam, ut is se a Deo moneri sine dubio cognosceret. Nec errabit, qui per somnia eruditur, si suum spiritualem patrem consulet.* De uano & malo somnio, quod nihil aliud est, quam complexus umbræ pro re, & falsi pro uero, potest intelligi, quod Isaias capite uigesimonono, his uerbis

S. D. Diadochus c. 38.

Isa. 29.

uerbis scribit: Et sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, uacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius uacua est. Huiusmodi sunt somnia peccatorum; qui bonis uitæ huius satiari se arbitrantur: & tamen in fine huius uitæ fame perire se sentiunt. Similiter uoluptatibus mundanis sitim extinguere arbitrantur; uerum tamen, cum uoluptates istæ fluant, & potius sitim accendant, quàm extinguant, tandem siti enecari se sentiunt. Auarus non implebitur pecunia; & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Vbi multa sunt somnia plurimæ sunt uanitates, & sermones innumeri; tu uero, ait sapiens, Deum time. Hoc enim est omnis homo, id est in hoc est sita perfectio hominis: & qui timorem hunc adeptus est, hic est perfectus, diues scilicet, nobilis, clarus, & illustris homo; qui religiose & pie uiuendo, Deum creatorem suum colit. De ijs uero, qui alias diuitias, quam spirituales amant, eleganter scriptum reliquit Dauid: Dormierunt somnum suum uiri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis. Nanque ueluti somniantes putabant se habere aliquid; sed tamen in fine uitæ, quasi euigilantes, uident hæc bona nihil prodesse, & se nihil in manibus habere (cum tamen multa se habere existimassent) apertissime cognoscunt.

Locus explic. D.Tho. 2. 2. q. 1. ar. 1. Eccl. 5. Eccl. ult. Locus explic. Psal. 75. Locus explic. Psal. 72. Dieg. Stel. par. 1. ca. 43. 44.

De quiete spirituali; & quid homini quiescere uolenti faciendum sit. Cap. 116.

QVæ de somno scripsimus, eadem fere, de quiete spirituali dicenda sunt: & propterea leuiter hunc locum attingemus. Eget animal quiete, quæ est laboris terminus: qua si diu careret, nec amplius laborare, nec uiuere posset. Instaurat enim quies fessa membra, uires colligit, ac totum corpus roborat. Ita spiritualis homo, spirituali eget

quiete,qua ab omni humana cura,& cogitatione cesset, & quasi diem sabbati celebrãdo tot⁹ in Deo quiescat;ut hac quiete percepta, eius membra & uires refocillentur,ac confirmentur; ut inde melius laborare,ac diutius uiuere queat. Et sicuti animali quiescẽte,mẽbra tria nũquã quietẽ capiunt; cor scilicet, pulmo,& cerebrũ: ita,dũ internus homo quiete fruitur, caritas,quę ueluti cor,calorẽ amoris cõtinet, nũquã quiescere,sed semper in bonũ ferri,ac spiritus diffundere,& spes quæ,quasi quidã pulmo refrigerat,& cõsolatur, semper ad cœlũ anhelare, ac deniq; fides,a qua tanquã a quodã cerebro motus cognitionis nascitur,ueritate continẽter moueri dẽt.Hãc quietẽ internus hõ diebus festis speciatim capiet, cũ id tẽpus ad hoc institutũ sit: & ita cæteris negotijs missis,orationibus,meditationibusq; uacet, ut spiritum in mũdanis negocijs tractandis dissipatum colligat,& spirituales uires,a uarijs curis labefactatas instauret. Propterea eleganter diuus Chrysostomus hos dies,portus appellare solebat:in quibus homo semotus ab humanis curis,ueluti a quibusdam fluctibus,& commotionibus maritimis,refocillatur,ac quiescit.Sed hanc quietem ij non capiunt, qui licet cessent ab operibus seruilibus,non tamen cessant a peccatis,quibus miserime seruitur Diabolo; immo, cum plura his diebus peccent, dum ludis, compotationibus, & alijs operibus malis dant operam, minus peccarent, si operis suis incumberent. Solent præterea, qui suauius quiescere ac dormire cupiunt, puluino uti: & homini interno nullum alium tribuerem, præter eum, quo usus est Iacob, lapidem scilicet; hoc est, Christũ; cui spirituale caput, idest mens dum orat & quiescit debet adherere. Tunc dormiens uidebit scalam, idest uiam qua ad cœlum itur, cognoscet: uidebit etiam Angelos ascendentes, & descendentes, qui ipsius orationem ad Deum deferent, Dominumque ipsum terrã in qua dormit,terrã uidelicet

Chrys.

Gen. 28.

Locus explic.

licet uiuentium,cœlum ipsum, ubi meditando uersa tur,filiorumque,hoc est bonorum operum copiam, perpetuamque custodiam in omni loco, promittentem.Vbi hæc in quiete & somno contemplationis uiderit,surrexeritque, cū Iacob dicet. Vere Dominus est in loco isto;in loco,scilicet cōtemplationis, & ego nesciebam:pauensque, quam terribilis est locus iste? dicat:Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cęli. Facit etiam ad quietem spiritualem capiendam & suauiter dormiendum, si quis mentem curis habeat uacuā. Quare,cum internus homo quiescere cupit, omnes cogitationes mundanas ponat, examen conscientiæ præmittat, quod qui facit spirituale lectum excutit,uertit, & sternit; ad quod faciēdum hortatur sapiens,cum ante orationem animam præparandam esse,dixit. Hoc singulis etiam diebus faciendum esse, antequam quis cubitum eat, non modo sacri scriptores,sed etiam profani docuere.Huc pertinent hæc carmina,quæ apud Ammonium leguntur. Eccl. 18.

Ne teneris patere ante oculis obrepere somnum,
Singula quam repetas operis ter gesta diurni.
Quo ueni,quid ve egi,aut quod deceat,quid omisi.
Sic a principio percurras omnia quæque
Comperies praue acta,dole, læteris honestis.

Et Epictetus apud Arianum,cum quid interdiu factum esset,examinare oportere docuisset;adiecit hęc uerba: Postea, si flagitium perpetrasti, obiurga teipsum acriter:sin functus es officio tuo, delectare. Et Cato,ut scribitur, antequam cubitum iret, totius diei a se rationem exigebat. Itaque hoc officium internus homo præstare poterit, cum utranque quietem,siue spiritualem,siue corporalem capere uoluerit.Excutiat ergo conscientiam suam, quid egerit,dixerit,cogitaueritq; uideat,& singula pensitet:si quid se peccasse inueniet,contra se iudicium ferat, pęnāq; luat:si quid boni se egisse reperiet,Deo omnium bonorum auctori gratias agat:de abstinendo a peccato, deque *Locus ex Greg.*

deque proficiendo in bono, secum statuat. Poterit etiam, quod quidam suadent, cum lectum ingreditur, reuocare in mentem Christi Domini sepulturam, in qua Dei Filius sepeliri uoluit: cogitetque se debere esse sepultum cum Christo, ac peccatis mortuum, ac instare tempus, quo in sepulturam coniiciēdus est, ubi in pulueres, & cœnum conuertetur. Quod si inter quiescendum, & dormiēdum aues, uel muscę; hoc est uanæ cogitationes, quæ solent suauitatem orationis contaminare aduolabunt, conetur Abrahæ exemplo edoctus, ne orationis sacrificium impediant, abigere; ut ubi suauiter & quiete dormiuerit, ad strenue agendum surgat.

Mar. episcopus Idrunt. hym. de magno sabbato.
Eccl. 12.
Locus explic.
Gen. 15.

Quid sit spiritualiter surgere, & qui surgere dicantur. *Cap.* 117.

POst somnum, de quo proxime scripsimus, spirituali homini surgendum est; ut nunc tãquam Magdalena contempletur; nunc uero, ueluti Martha ministret, ut in ipsius domo hæ ambæ sorores mutuas sibi operas præstent. Quid ergo, surgere, allegorice sit, hoc capite exponemus. Surgere, si de eo, qui male dormit dicatur, nihil aliud est, quam remota ignorantiæ nocte, ad lucē ueritatis uenire. Qua ratione synagogam erroris somno sopitam, his uerbis per Isaiam, excitabat Deus: Surge illuminare Ierusalem: quia uenit lumen tuum; & gloria Domini super te orta est: lumen nimirum illud, in quo uidebis lumen; lumen de lumine natum; lumen, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Postea, surgere, est a peccati somno euigilare, & lucem iustitiæ uidere, & ad bona opera diuino auxilio peragenda se se accingere. Huc pertinet suscitatio filij unici matris suæ, ad ciuitatē Naim: cui ab eo, qui uocat etiam ea quæ non sunt, dictum fuit: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, &

Luc. 10.
Isa. 61.
Psal. 63.
Ioan. 1.
Luc. 7.

cœpit loqui,&c. Quæ facile quisque peccatori appli- *Beda.*
cabit, qua in re non immorabor diutius. Et si famu-
li, uocante domino, solent summo mane a somno
surgere, atque eorum mandata diligenter exequi,
quanto magis homo, ubi suauem Domini, & patris
sui uocem, qua eum, a quo offensus est, ex amore, a
perniciosissimo peccati somno, excitare contendit,
exaudire deberet? ac cum filio prodigo dicere: sur-
gam,& ibo ad patrem meum,& dicam ei: Pater, pec- *Luc. 15.*
caui in cœlum,& coram te. Surge igitur qui dormis, *Ephes. 5.*
& exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, qui
est uera lux: ante quam lucem, si quis surgere cone- *Hilar.*
tur, uanus eius conatus erit; cum sine hac luce nemo *Ps. 126.*
in hac uita, uel surgere, uel quidquã boni agere pos-
sit. Hanc rem ex doctrina Rabbi cuiusdam, declarare *Galatin.*
possumus. Comparabat prudens ille uir eos, qui hãc
lucem præcesserunt, cum eo qui media nocte surge-
ret, & lumen accendere niteretur: quod lumen pa-
rum lucis præberet, parumque duraret: quo semel,
iterum, atque tertium accenso, & extincto, cum is se
nihil efficere posse animaduerteret, tandem diceret:
expectabo donec clara dies adueniat, & mihi sol il-
lucescat. Neque enim lux illa, quæ in lege naturæ, &
in lege Moysis, & in prophetis erat, sine Christi luce
multum iuuabat. Quare, hac luce exorta, sopitam sy- *Isa. 60.*
nagogam a somno excitabat propheta, dicens: Surge
illuminare Ierusalem,&c. Et alius: Lux orta est iusto,
& rectis corde lætitia. Si quid igitur boni, ij qui ante *Psal. 96.*
Christum fuerunt, fecerunt, in luce Christi, qui uelu
ti quædam aurora illis illuxit, fecerunt. Surgunt præ
terea, qui a rerum caducarum appetitione & amo-
re, ad res æternas contemplandas, & amandas se con
uertunt. Nam, dum terrena spectant, & curant, iace-
re in terra,& spectare terram dicũtur. Surge, ait scri- *Iosu. 7.*
ptura, cur iaces pronus in terram? Filij hominum us-
quequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem,&
quæritis mendacium? Graui corde sunt, qui amore *Psal. 4.*
rerum

Locus ex plic. rerum terrenarum deprimuntur; quæ uanæ,& fluxæ sunt;ac propterea qui eas amant mendacium dilige-
Mich. re censentur. Surgat igitur, qui his rebus indormit, & ambulet,quia non habet hic requiem,in hac nimirum habitatione terrena.Ad hæc,spiritualiter surgere,est a torpore,& negligentia uigilare, segnitiemq; excutere, & solicitudinem diligentiamq; amplecti. Ad hāc resurrectionem sponsus his uerbis excitabat
Cant.2. sponsam:Surge,propera amica mea.Quid hic statis,
Mat.20. pater familias torpescentibus dicebat, tota die otiosi?ite & uos in uineam meam. Ac si dixisset:cur otio
Locus ex posi. languescitis toto hoc uitæ tempore, qnod uobis ad agendum datur?cur nō excolitis uineam meam;animam uidelicet uestram, & uirtutibus non ornatis, ut possit multos fructus ferre? O quot,& quanta bona, o quantū æternæ felicitatis otiosi homines per quandam inertiam, & secordiam amittunt? O quam diligentes essent,si semel, proposita bene agentibus bona inspicerent? Reperiuntur aliqui, qui de nocte surgunt, & sunt, qui in tribulatione a peccato euigilant: si quidem tribulatio, intellectus lumen af-
Isa.28. fert, & sopitos suscitat. Aut certe,ij de nocte surgere dicuntur, qui ob calamitates, quibus premuntur, ad gratias Deo agendas consurgunt.In media nocte,
Psal.118 dicebat regius propheta, id est in medijs tribulationibus, surgebam ad confitendum tibi; ad laudes tuas decantandas,& ad te laudandum.Solent etiam spiri-
Ion.2. tuales homines surgere ad inuocandum Deum, ut a
Luc. 22. tribulationibus liberet: ad quod faciēdum Christus, eos his uerbis,excitauit:Surgite, ne intretis in tentationem.Item surgunt,quādo post somnum contemplationis ad agendum se conuertunt; & postquam orarunt,operantur. Exibit homo ad opus suum, &
Ps.103. ad operationem suam usque in uesperum;quo tempore,ubi defatigatus fuerit, iterum ad somnum contemplationis,ut quietem capiat,reuertetur.

De

De igne & lucerna spirituali. *Cap.* 128.

SIcuti in humana uita dum homines surgere uolunt, & lucerna ad uidendum, & igne ad se calefaciendum indigent; sic etiam rebus eisdem spiritualiter surgere uolentibus, est opus. Propterea de lucerna & igne spirituali aliquid dicendum esse uidetur: & ea tantũ attingemus, quæ proxime ad rem nostram faciunt. Et ab igne auspicando, prius docebo, quos ignes uitare, & extinguere, si qui in eo arderent, internus homo debet. Primũ igitur, extinguendus est is ignis, de quo hæc scripsit Iob: Ignis usq; ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Hic ignis, ut beatus exponit Gregorius, est ignis luxuriæ, qui non solum usque ad inquinationem maculat, sed etiam usque ad perditionem uorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, si luxuriæ scelus non abluitur, immensitate huius criminis obruũtur: secutus adiunxit: Et omnia eradicans genimina, hoc est animæ operationes bonas. Solet priuate hic ignis a Dæmone in renibus accendi, cum mane homines post somnum negligentes in surgendo sunt. Deinde, ignis malus est inuidia, odium, ac ira; qui ignis præcordia intus exedit, & consumit. Huiusmodi ignis, ue luti quædam particula ignis inferni, nullam lucem præbet, sed potius mentem atra caligine offuscat; nec sordes purgat, sed generat, dum tenaci fuligine, hominum mentes infuscat; quam purgatorius ignis in iis, qui cum aliqua leuiore macula ab hac uita recedunt, purgabit; cum in cœlestem patriam nihil coinquinatum ingrediatur. Si cuius opus arserit, ait Apostolus, id est leuioribus maculis per ardorem malitię, fuerit aspersum; detrimentum, nõ fictum, sed uerum patietur, quidquid Græci & hæretici dicant: Ipse autem saluus erit: sic tamẽ, quasi per ignem, hoc est per uerum ignem. Non enim illa particula, quasi, simili-tudinem,

Iob 31.
Greg. 21. *Mor c.* 3
Locus ex plic.
Heb. 10.
Apo. 21.
1. *Cor.* 3.
Locus ex plic.
Apol. in conc. Bas.

Ioan. 1. tudinem, sed ueritatem, ut in multis alijs sacrarum
Oecume. scripturarum locis significat. Qui ergo, ut Oecume-
nius ait, aurum, argentum, & lapides preciosos su-
perædificauerit; quia hoc opus bonum manebit, mer
cedem accipiet. Qui uero stipulam & fœnum, id est
leuiora peccata, saluabitur quidem, sed non nisi per
ignem, per quẽ patietur in purgatorio. Hunc ignem,
Theodoricus. ait Theodosius Græcus, credimus esse purgatorium,
in quo animæ, tanquam aurum ἐν τῷ χωνευτηρίῳ,
1. Cor. 6 id est in conflatorio purgantur. Qui uero templum
2. Cor. 6. spiritus sancti, id est animam suam peccatis mortali-
bus uiolauerit, a Deo disperdetur. En, ut egregie bea
tus apostolus tres hominum ab hac uita receden-
tium conditiones exponit, & effectus trium operum
humanorum declarat? Nam, qui sine ulla culpa, & ul-
lius culpæ reatu recedunt, statim præmium assequen
tur: qui uero cum aliquo culpæ reatu, salui quidem
fient, sed per dolorem, quem patientur per ignem;
qui, ubi debitas pœnas persoluerint, dicere poterũt;
Psal. 65. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in
Locus explic. refrigerium, id est passi sumus grauissimas purgato-
rij pœnas, & ad beatitudinem, ubi refrigerium, & de-
4. sen. d. 20. lectationem capimus, peruenimus. Ceterum, de hoc
loco diui Pauli, ex quo doctores fere omnes hanc ue
De celeb. miss. ritatem de pœnis purgatorij probant, & de grauitate
harum pœnarum & de multis alijs difficultatibus,
Mar. quæ super hac re agitari solent, nihil ad nos fusius di-
Hermias sputare in præsentia attinet. Certa fide igitur fidelis
lib. 1. c. 3. credat, quod & scriptura, & concilia, & sancti patres
Athan. docent, has pœnas reperiri, & ne ad harum pœna-
q. 34. rum acerbitatem, experientia cognoscẽdam ueniat,
Conc. Triden. diligenter curet. Curabit autem, si ignem tribulatio-
num in hac uita patiẽter feret; quo ab omni immun-
Psal. 16 dicia, tanquam aurum ab igne purgabitur: & hic est
Cassiod. ignis, quo Deus solet examinare & purgare suos.
Psal. 88. Quo fiet, ut ignẽ diuinæ punitionis & iræ, & in hac,
Iere. 49. & in alia uita euadat; ignem scilicet æternum, qui pa

ratus

ratus est Diabolo & angelis eius, & ijs qui cum pec- *Mat.* 25.
cato mortali ex hac uita recedunt: quia uiolarunt *Isa.* 66.
templum Dei: qui non extinguetur: & in hoc igne, *Isa.* 50.
quem mali sibi accenderunt, in æternum ambulabũt.
Bonus uero ignis, quem suscitare in se debet inter-
nus homo, ubi surrexit, est ignis ille, quem Chri- *Ioan.* 15.
stus uenit mittere in terrâm, & nihil aliud uult nisi,
ut ardeat, ignis nimirum caritatis, qui calefacit, &
illuminat. Hunc ignem ille sibi accenderat, qui dice-
bat: Concaluit, id est ab omni parte succensum est cor *Psal.* 38.
meum intra me; & in meditatione mea exardescet *Cassiod.*
ignis. Ex quibus uerbis colligere licet, quo modo hic
ignis sit accendendus, meditatione uidelicet: Quia
spiritualis homo ubi surrexit, aliquid meditando de
bet ignem caritatis in se accẽdere, offerendo omnia,
quæ facturus est, Deo, & statuendo se omnia in Dei
gloriam, & proximi utilitatem facere uelle. Conuer-
tat ergo se ad diuinum ignem, ad amorem uidelicet
diuinum; & dicat: Veni Sancte Spiritus, & tui amo-
ris in me ignem accende, ut cor meum illuminetur,
expurgetur, & calefiat. In hoc diuino igne tria ani-
maduertit D. Thomas, quæ in igne naturali cernun- *D. Thom.*
tur: calorẽ, feruorẽ, ardorem. Calor est initiũ, feruor *opus. de*
incrementum, ardor uero complementum. Calor in *dilect.*
positiuo, feruor in comparatiuo, ardor in superlati-
uo. Siquidem calor admodum intensus, feruor est: ca
lor uero maxime intensus, ardor dicitur. Calent inci-
pientes, iuxta illud: Concaluit cor meum intra me: *Psal.* 38.
feruent proficientes, iuxta illud: Spiritu feruentes, *Rom.* 12.
Domino seruientes: ardent perfecti, iuxta illud: In *Ps.* 38.
meditatione mea exardescet ignis. Item, ignis quo in *Ierem.* 5.
ternus homo dum surgit, ut uideat & calefiat, uti de 23.
bet, sunt diuina uerba. Hoc igne accensi fuerũt Apo-
stoli illi ab eo qui hunc ignem uenit mittere in ter-
ram, qui in Emmaus proficiscebãtur: propterea dixe- *Luc.* 24.
runt: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum
in uia aperiret nobis scripturas? Ad huius ignis uim

explican-

Act. 2. explicandā apostolis apparuerunt dispertitæ linguę,
24. q. 1. tanquam ignis. Hunc ignem accendet homo si dum
surget, in laudes diuinas prorumpet; si uerba diuinæ
Pro. 6. scripturæ leget; si post somnum contemplationis, de
Pro. 7. reb. diuinis uerba faciet. Solent enim spirituales cum
spiritualibus de rebus spiritualibus sermones mirum
in modum spiritum accendere. Diuini ignis carbo-
Rom. 12. nes, sunt officia & operā ex caritate prodeūtia, quos
Locus ex carbones is in caput proximi congerit, qui ex carita-
plic. te eum beneficijs afficit, qui amore diuino eū exem-
plo uitæ, & uerbi diuini igne accendit, is, qui ueluti
Deut. 4. Deus, est ignis consumens. Hunc ignem, quo alios
Leui. 16 accēdit, uel quem Deo offert, sumat de altari, ex eo
igne, qui est Dei; ut ex caritate diuina & propter Deū
Leu. 10. omnia faciat: quod non faciunt, qui ignem alienum
offerunt Domino; ut sunt, qui de alienis bonis lar-
giuntur alijs, aut ex suiipsius amore aliquid faciunt.
Hæc de igne: nunc de lucerna. Lucerna in diuina pagi
Iacob. de na, ut quidam uolunt, generationem, seu prolem in-
Valent. terdum significat. Quo modo exponunt illud: Paraui
2. Re. 21. lucernam Christo meo: hoc est, statui ne progenies
Ps. 131. Dauidis Regis mei deficiat. Alij uero per lucernam
hoc loco, intelligunt imperium, siue regnum: & hoc,
Locus ex quæ sequuntur uerba, significare uidentur. Significat
plic. etiam, verbi diuini concionatorem: qua ratione hunc
Tertul. eundem locum Tertulianus de Ioanne Christi præ-
cursore exponit. Siquidem, Ioannes tanquam lucer-
Pantaleo na præiuit Christum, ad dandam scientiam salutis, ad
præparandos animos ad recipiendam Christi doctri-
Mat. 5. nam, in qua erat salus. Parauit ergo Deus lucernam
Christo suo, cum diuum Ioannē, per miraculum na-
sci uoluit. Hæc lucerna, id est diuini uerbi conciona-
tor debet esse accensa, ac super candelabrum posita;
ut luceat omnib⁹, qui in domo sunt: hoc est, ut omnes
qui sunt in Ecclesia, instruendo illuminet. Quo fit, ut
errent qui lucernam, hoc est docendi, & instruendi fa
cultatem sub modio ponunt; ut nihil ex ea splendo-
ris,

ris,& utilitatis appareat. Quare,lucernam accende-
re,est Dei uerbum nunciare; uirtutis splendore alijs
prælucere;ut uiam uideant, ne in errores impingãt, *Cice. pro*
uel in foueam decidant, ut tandem salutem conse- *Q.Ligar.*
quantur. Quod qui faciunt,diuinum quid faciunt,&
proxime ad Deum, dum hominum salutem curant,
accedunt. Hanc lucernam internus homo accendet,
si ubi euigilauerit,proponet se uelle proximo prodes-
se, & doctrinæ, religiosæque uitæ lucerna lumẽ alijs
præbere. Preterea,lucerna qua interno homini uten-
dum est,est diuina lex,seu fides:hoc indicauit prophe
ta,cum dixit. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. *Ps.* 118.
Hanc lucernam accendet, si ubi surrexerit,quod ali-
qui facere solent,articulos fidei,aut quasdam preca- *Pro.* 6.
tiunculas,quæ sunt ueluti lumina quædam,recitabit.
Vt ecce: Illumina Domine oculos meos: Doce me fa *Psal.* 12.
cere uoluntatem tuam: Spiritus tuus bonus deducet *Ps.* 142.
me in terram rectam. Vtinam dirigantur uiæ meæ *Ps.* 118.
ad faciẽdas iustificationes tuas. Ad hæc, lucerna quæ
omnino cum homo euigilat accendenda est,est bona
intentio,qua omnia in gloriam Dei referuntur ope-
ra:qua lucerna adhibita,omnia quæ fiũt opera, sunt
lucida,clara,& meritoria;de his operibus,quæ fiunt
ab homine in gratia constituto loquor. Nanque,si-
ne hac intentione & relatione operum ad Deum,du-
bium est, an opera quæ fiunt etiam ab eo qui iustus *D.Bona-*
est,sint meritoria; & ueriorem eorum sententiã esse *uen. 2.d.*
arbitror,qui putant non satis esse relationem,quam 40.
uocant habitualem,quam is habet,qui habitum gra *Sco. 2. d.*
tiæ habet, non tamen ex hoc habitu, uel ex caritate 41.*q.* 11
operatur;sed opus esse aliqua relatione actuali, aut *Dur. d.*
uirtuali. Quare, sanum consilium est, sæpe,aut sal- 40.*q.* 2.
tem semel in die, cum quis euigilat, accendere hanc *Gab. d.*41
lucernam, ut eius opera sint lucida, & ut a Deo cer- *D.Tho.*
nantur. De hac lucerna intelligitur illud: Lucerna *Matt.* 6.
corporis tui,est oculus tuus, id est intentio bona tua
rum operationum,quas corpus spirituale conficere

diximus. Opera tua, ait Dacrianus puta intentione ad honorem Dei perage. Sic enim lucida, & ipsi Deo grata erunt. Et ne huius lucernæ lumen ueluti illud fatuarum Virginum extinguatur, abũdet oleo oportet: oleo uidelicet gratiæ Spiritus ſancti; oleo carita-
Cant. 1. tis, oleo exultationis; oleo quo anima exhilaratur;
Pſ. 108. oleo, quod odorem effundit; oleo quo caro immuta-
Iob 29. tur, oleo denique, quod fluit ex petra. Opus eſſe habere lucernam hanc accenſam docuit Dominus, cum
Luc. 12. dixit: Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris; hoc eſt, in ipſis operibus ſint bonæ intentiones: ſiue, ueſtra opera ſint illuſtria, & clara. Quando itaque internus homo ſurrexit, adhibeat lucernam fidei, uerbi Dei, bonæ intentionis, ne quid agendo peccet, & in aliquem errorem impingat. Hoc diligentius præſtabit, ſi ubi ſurrexit, ſentiet ex miſericordia diuina rurſus dari ſibi tempus ad bene agendum, & promerendum uitam ęternam; tempus inquam ad inſeruiendum Deo ſuo, ad agendas gratias ei, cui tantum debet. Exiliat itaque gaudio, dum uel horam ſibi concedi uidet: proponat & ſtatuat ſe uelle totum id quod datur temporis,
Pſal. 18. honeſte & religioſe tranſigere: progrediatur de tha-
Methildis. lamo ſuo tanquam gigas ad currendam uiam ſuam. Hæc quæ hoc loco ſcripſimus Methildi Virgini a quibuſdam ſanctis, his uerbis reuelata ſunt. Eia, quam feliciſſimi uos eſtis, qui adhuc uiuitis in terris, & multa promereri poteſtis. Et, ut quod ſentio dicam, unius diei uitam, tam magnum beneficium eſſe exiſtimo, ut uix uerbis explicari poſſe putem: in qua re explicanda diutius immorari nolo. Sed id is intelliget, qui, quantum una die, modo uelit, promereri ipſe queat, animaduertet.

De uigilia spirituali bona, & mala: & cur, & quo modo interno homini uigilandum sit.

Cap. 119.

TAntum utilitatis spiritualis uigilia afferre solet, ut non uno in loco a sacris scriptoribus, uigilantes, beati appellentur. Quare non erit inutile aliquantulum de ea disserere. Vigilia, est quędam animalis dispositio, per quam diffusis per omnes facultates & membra omnia spiritibus, suas facultatum omnium operationes peragit. Itaque, animal, in uigilia mouetur, appetit, sentit, & si sit rationis capax, ratione utitur. Quo fit, ut per vigiliam perficiatur, ac conseruetur animal. Reperitur quædam uigilia, quæ ex mala animalis constitutione oritur; quam insomneitatem barbare medici uocant; latine, peruigilium, quidam posse appellari putant; & est quando animal somnum capere nequit. Spiritualis uigilia nil aliud est, quam diligentia, solicitudo, attentio, cura, & prudentia in his, quæ ad uitam spiritalem pertinent. Quare, spiritualis uigil, erit uir iustus de sua salute solicitus, siue solers: qui intentione & applicatione animi accuratissime, quæ ad salutem spectant, dum omnia membra, uires nimirum, & facultates omnes, ad agendum applicat, exequitur. Postquam ergo spiritualis homo spiritualiter dormiuit, surgit a somno; & spiritibus, qui recreati & aucti sunt ad membra spiritualia diffusis, se mouet, appetit, discernit, sentit, gustat, uidet, & denique studiosas operationes exercet. Ad hanc uigiliam his uerbis Timotheum hortabatur Apostolus: Tu uero uigila, & in omnibus labora, opus fac Euãgelistæ, ministerium tuum imple. Et Dominus: Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem; ne otio languescentes occasionem tentationi detis. Ex quibus uerbis intelligere licet, cur uigilandum nobis sit; nec scilicet in

Luc. 12.
Pro. 8.
Guliel. Insul.
2. Tim. 4
Mat. 25.
Locus explic.

tentationem intremus; ne incidamus in manus tentatoris, qui, quos tentet, quærit, qui uigilantibus
1.Pet.5. non multum nocere potest. Ad eandem uigiliam Apostolorum Princeps hac oratione nos excitat: Sobrij estote, & uigilate: quia aduersarius uester
Iere. 5. Diabolus tanquã leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, &c. Ergo, si inimicus uigilat, si ciuitatem ambit, si deuorare cupit, cur ciuitatis, uel domus cu-
Luc.9. stos, non excubabit? cur sinet a rapacissimo fure domum suam perfodi? Si ignoras qua hora uenire soleat, semper excuba, semper uigila, ne si te dormientem inuenerit, te uoret. Præterea, uigilandum est, ne repente Dominus rationem uillicationis requisiturus, ueniat. Hoc ipse nos docuit, cum
Luc. 12. dixit: Et uos estote parati: quia, qua hora non putatis Filius hominis ueniet. Nec quis dicat, moram faciet: ac proinde edat, & bibat, & se inebriet, ceterosque seruos percutiat: quia ueniet, quando non sperat; & eum inter infideles, hoc est, cum repro-
Apo. 3. bis collocabit. Et alibi; Si non uigilaueris, ueniam ad te tanquam fur; & nescies qua hora ueniam ad te. O beatos illos seruos, quos, cum Dominus uenerit, inueniet uigilantes. Ad hæc, uigilandum est ob spem præmij uigilantibus propositi. Nam, quem
Luc. 12. uigilantem Dominus inuenerit, eum super omnia quæ possidet bona, constituet: & præcinget se, & faciet illum discumbere, & transiens ministrabit ei: hoc est, ei æternam felicitatem tribuet. Quis ad tanti præmij promissionem non excitetur? Quis somnolentiam non excutiat? Quis torporem omnem
Mat.26. non exuat? Sustinete hic, Dominus dicebat Apostolis; in hac scilicet uita, & uigilate mecum: ut tandem mecum post hanc uitam in cœlestibus cubicu-
Ps. 119. lis lætari & quiescere possitis. Et regius propheta: Sustinuit anima mea in uerbo eius: hoc est, mul-
Locus explic. tas tuli calamitates, ob promissiones mihi a Deo factas: sperauit anima mea in Domino; a custodia

matuti-

matutina usque ad noctem: hoc est, a principio huius uitæ ad finem usque. Et alibi; Deus, Deus meus, ad te de luce uigilo: sitiuit in te anima mea, *Psal. 62.*
quam multipliciter tibi caro mea; in terra deserta, & inaquosa: ac si diceret, mane consurgo ad te *Locus explic.*
colendum, o Domine totusque uidendi tui desiderio ardeo, dum sum in hac calamitosa uita, & a loco, ubi tu manes extorris. Anima mea, dicebat alius, desiderauit te in nocte: sed, & spiritu meo in *Isa. 26.*
præcordijs meis de mane uigilabo ad te. Vt autem spiritualis homo ad eum, qui propositus est uigilantibus finem perueniat, uigilet ad eam, quæ ait: Beatus homo, qui audit me, qui uigilat ad fores *Pro. 8.*
meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei: Qui me inueniet, inueniet uitam, & hauriet salutem a Domino. Cor itaque suum tradat ad uigilandum *Eccl. 38.*
diluculo, ad Dominum, qui fecit illum, ut tandem redeat ad eum, a quo factus est; ad quem non nisi uigilantes redeunt. Demum, si ad hominum salutem beati, Angeli, beata Virgo, Christus, & Deus uigilant, cur non ipsi etiam uigilabunt? Latrones, ut caduca bona furentur uigilant; tu, ut æternam beatitudinem consequaris, non expergisceris? *Horat.*
Vigilant pastores ne grex pereat, milites ne ciuitas capiatur; serui ut dominum expectent, Dæmon ut te decipiat, & tu non uigilabis? Ex his quæ dicta sunt, quæ hominem uigilem reddant colligere licet. Hominem itaque uigilem reddunt, uiuendi ratio sobria, hostis & impendentis mali timor, mortis & pœnæ æternæ metus, rationis reddendæ solicitudo, incertus uenientis Domini aduentus, æternæ beatitudinis propositum præmium, denique corporis dolo res; dolores inquam scelerum commissorum, ac uariæ huius uitæ solicitudines. *I. Pet. 5.*
Vigiliam illam, quam genus quoddam ægritudinis esse diximus, in re spirituali, nimiam solicitudinem de rebus humanis, quam Dominus uehemen *Matt. 6.*

ter uituperauit, quam prudentiam carnis appellauit, esse diceres. Qua uigilia qui utuntur, in uanum ui-
Ps. 126. gilare, custodire, & ædificare dicuntur. Nascitur hæc ægritudo ex nimia siccitate, ex læsione cerebri, & nimijs curis, nimioque dolore, quæ quiescere non sinunt, & demum ex ebrietate, quæ, in causa est ut meatus in capite non claudantur; qui si clauderentur, oriretur somnus. In re spirituali, ista mala uigi-
Mat. 6. lia oritur ex siccitate, & siti auaritiæ: propterea dicebat Dominus. Nolite soliciti esse de crastino. Ex læsione cerebri, hoc est rationis, quam qui non habet integram, nunquam quiescit, nunquam spiritualem somnum capit. Ex nimijs curis & molestijs, quæ ex rebus uitæ huius sumuntur. Nascitur postremo ex ebrietate prosperitatis, & uoluptatis, quæ non permittit, ut spiritualis somnus obrepat. Et sicut uigilia illa corporis uires debilitat, uisum hebetat, caput grauat, corpus exiccat; ita ista, uires animæ frangit, uisum prudentiæ offuscat, rationis caput, dum uarijs curis replet, graue reddit, & humorem deuotio-
Psal. 54. nis exiccat: Nimiam ergo solicitudinem internus homo uitet; iactet curam suam in patrem suum, qui pa-
Mat. 6. scit aues, quæ non seminant; uestit lilia, quæ non nent, & ab ipso enutrietur, & uestietur. Vigiliam uero rationi congruentem amplectatur; de animæ salute, & regno Dei potissimũ solicitus sit; ac quę ex
1. Thes. 5 Paulo adscribam, uerba, quæ fratribus suis Thessalonicæ manentibus scripsit diligenter perpendat. Ipsi enim diligenter scitis; quia dies Domini, sicuti fur in nocte, ita ueniet. Cum enim dixerint pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus; sicuti dolor in utero habentis, & non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris; ut uos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis, & filij Dei: non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicuti ceteri, sed uigilemus, & sobrij simus &c.

De spirituali exercitatione in uniuersum, & de otij deteſtatione.

Cap. 120.

HOmo naſcitur ad laborem, & auis ad uolatum, aiebat ille, qui in hac uita, quam alibi militiam uocauit, multum & fortiter laborauit. Ex, quibus uerbis apparet, perinde hominis eſſe laborare, ac auis uolare: quod qui facere recuſarit, dubio procul, quod hominis eſt non præſtabit, ac temere faciet contra præſcriptum Dei primo parenti dicentis: In ſudore uultis tui ueſceris pane tuo. Huc pertinet etiam illud Dauidis: Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad ueſperam. Quod ſi ulli homini in hac uita laborandum eſt, maxime ſpirituali, cum pro eo, quantum ad efficaciam Dei filius magis, quam pro alijs laborauerit: ſine quo labore, eius ſimilis non erit. Non ergo erit ab re aliquid ad excitandum homines præſertim ſpirituales ad laborem, ubi de uigilia diximus, quam ſubſequitur labor, de ſpiritali exercitatione breuiter diſputate. Laborare in ſacris literis, anxium eſſe, in aliqua difficultate uerſari, & aliqua recarere, ſignificat. Labor in duas ſecatur partes. Nam alter eſt labor mundanus, qui ſumitur pro rebus huius mundi comparandis: alter, qui pro rebus, quæ ad ſalutem animæ pertinent, ſuſcipitur. Huius laboris duæ ſunt partes: altera, quæ eos complectitur labores & opera, quæ corpore potiſſimum exercentur: ut uiſitare infirmos, paſcere eſurientes, uoce orare, peregrinari: altera, quæ eas operationes, & labores eos continet, qui mente, & cogitatione fiunt; ut eſt, meditari, contemplari, &c. Vel dicamus, alteros eſſe labores uitæ contemplatiuæ, alteros actiuæ; ſeu alteros animi, alteros corporis. Verum, corporis exercitatio, ut Paulus docuit, abſ-

Iob 5. *Gen. 3.* *Pſ. 103.* *Pſal. 5.*

quæ mentis exercitatione parum ualet: propterea psallendum est uoce,& mente: quia, si mens non orat, 1. Tim. 4 in uanum lingua laborat. Quare, toto cœlo errant qui exercitationem exteriorem & religionis cultũ, ad quam homo a natura factus natusque est, e medio tollere contendunt. Quocirca, cum homo corpus & animam a Deo habuerit, corpore & animo Deum colere debet: Neque minus errant, qui, ita a labore sunt, ut omnes homines laborare, ac sibi uictum operis parare uelint; ita ut eorum uitam, quæ contemplationi est dedita, uituperent, & inutilem esse putent: cum tamen admodum utilis, & reip. Christianæ maxime necessaria sit: ut merito ueteres, & recentiores patres summis eam laudibus ornauerint, & quidam exclamauerit.

Marsf. Fic. lib. de relig. — *Dieg. Stel. par. 3. c. 27.* — *D. Basil.* — *Hier. ad Heliod.* — *Lauren. Cornelius Mussius in com. solitudo.*

O beata solitudo — *Quam beati candidati;*
O sola beatitudo — *Qui ad te uolant alati.*
Pijs se cessicolis. — *Porro a Mundicolis?*

Quare ineptissime faciunt, & pueriliter errãt, qui hoc uiuendi genus, quo homines Deo conformantur, Deoque uiuunt, uituperare, & tanquam humanum inuentum damnare conantur. Quia

Monachorum institutum, — *A Christo enim incæpta,*
Non est nuper institutum, — *Ab Apostolis recepta,*
Vt sectæ insaniunt. — *Fuit Terapeutica.*

Est itaque homini ad laborem nato in hoc mundo, siue uno, siue altero uitæ genere laborandum. Ad quem laborem, possent eum in primis, quæ ex labore promanant utilitates excitare: de qua re, sic quidam *Fulgent.* scripsit. Honestus labor, est humanæ uitæ fida custo- *Veget. li. 2.* dia, dormientis naturæ stimulus, sopiti caloris lima, superfluitatis consumptio, uitiorum fuga, morborum mors, languorum medicina, lucrum temporis, iuuentutis debitum, adolescentiæ disciplina, senectutis gaudium, salutis adiutorium &c. Quare, iure *Pomp. Mel.* optimo Amasis Aegyptiorum rex, vt quidam scribunt, quot annis voluit singulos sibi subiectos rationem

nem reddere, quo quæstu, & victu uiuerent. Sed modo,

Sanctio Niliaci cur regis dormit Amasis,
Quæ uitam exponi cum ratione iubet?

Vt tollatur otiũ, qđ prius Reges, tũ beatas urbes perdidit: quod, omne uitium docuit; & ideo prisci, non minus hoc vitium, quam alia scelera puniebant; cuius rationem diligenter exigebant. Propterea sapientissimus ille Imperator, qui fecit ex malis bonos, & ex bonis optimos; cum uideret quosdam in rep. otiosos, eis publicas mercedes detraxit, dicens: Nihil esse sordidius, immo crudelius, quam si rempublicam ij arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent. Huc faciunt, quæ contra somnolentos, & desides M. Tullius libro quinto de finibus scripta reliquit. Somnum denique nobis, nisi requietem corporibus, & medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum. Aufert enim sensus, actionemque tollit omnem. Itaque, si aut requietem natura non quæreret, aut eam posset alia quadam ratione consequi, facile pateremur; qui etiam nunc, agendi aliquid, discendique causa, prope contra naturam uigilias suscipere soleamus. Quē ocipsum non puderet, si animaduerteret, omnes creaturas, & ipsum creaturarum auctorem perpetuo operari, & agere? Deus nanque semper operatus est, & operatur; & per ipsum omnia uiuunt, mouentur, & sunt: Angeli, continenti motu cœlestes sphæras ciẽt: cœli in hæc inferiora uim suam, qua omnia conseruantur, perpetuo influunt: sidera suum lumen diffundunt, & maxime sol, dux siderum, a cuius calore nihil est quod se abscondat, dũ tenebras fugat, omnia exhilarat, atque uoluptate animantium affectus complet, omnia generat, auget, nutricat: ignis comburit, calefacit, & mouetur; aer recreat, & nutrit: uenti, uel pluuias afferunt, vel easdem remouent: aqua fluit, refluit, humectat, & abluit: terra germinat,

Catul. Colum. li. 3. c. 22. Iul. capit. Antonin. Pius. Cicero. Ioan. 9. Act. 17. Arist. 1. meteor. Psal. 18

nat, & fructificat: arbores, & herbæ florent, & fructus edunt: Animalia denique cuncta munera sibi a natura imposita diligenter exercent; in eoque gaudent. Vade o piger ad formicam, & considera uias

Pro. 6. eius, & disce sapientiam &c. quæ congregat in messe quod comedat. Ouicula, carnem, lac, lanam, corium

Psal. 22. riumque pastori suo reddit; tu, Deo pastori tuo, qui

Locus explic. te in loco herboso collocat, ad aquas leniter fluentes ducit, errantem reuocat, per uias planas agit, a periculis liberat, uirga, & pedo dirigit, uoluptate reficit, ad caulas usque subsequitur, ut tandem ibi te perpetuo pascat; nihil reddes? immo dum otiaris, cum otium non sit sine peccato, eum offendes? Non te pudebit, dum otio marcescis, uidere tot creaturas, tot homines pro te laborare? Alij pro te seminant, & metunt: alij putant, & uindemiant: alij texunt, & uestes consuunt: alij cibos, & mensam parant; tu ingratus nulli nullas operas reddes? omnes creaturæ pro te laborabunt, tu pro nulla? Quo modo non puderet eum, qui in medio maximæ pugnæ constitutus, equites, peditesque acriter pugnare uideret, ipse uero dormitans, & oscitans sederet? Quo modo, uir Christianus videns Christum crucem in humeros suscipientem, atque ipsum inuitantem audiens, non surget, & ad laborandum pro salute sua cũ Christo, non se accinget? Laboret igitur, qui manducare cupit: quia, qui non laborat, non manducat: cũ

Ps. 127. scriptum sit: Labores manuum tuarum manducabis. certet, qui coronari cupit: quia non coronatur nisi qui legitime certauerit. Laboret, qui in fine uitæ cum Paulo dicere posse desiderat: Bonum certamen

1. Thim. 4. certaui, cursum consummaui, & fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Laborat auarus pro uilissimo lucro, ambitiosus, pro uana gloriola, gulosus pro breui delectatione, luxuriosus pro spurcissima uoluptate, & tu pro ingentibus diuitijs,

pro

pro summis honoribus, pro maxima delectatione, pro honestis perpetuisque gaudijs non laborabis? Valet praeterea exercitatio, siue corporis, siue animi ad repellendas Daemonis artes; quas, ad homines praesertim spirituales decipiendos, adhibere consueuit; quia, non facile eum aggreditur, & decipit, quem inuenit occupatum. Ita tamen se exercebit, ut quod agit, bene agat: quoniam, ut quidam scripsit, satius est otiosum esse, quam nihil agere: ij nihil agunt, qui aliquid inutile agunt, aut quod agunt, non bene agunt: quibus praestitisset, nihil egisse. Modus enim actioni praebet cognomentum. Huc facit adagium illud. Quiesce, nihil acturus. Qua in re speciatim peccari solet, cum externa exercitatio internae non est coniuncta; idest, quando abest affectio, & intentio, ac animi applicatio, & atque feruor quidam efficiendi, quod efficitur: quod si fiet, multum interno corpori, & spirituali uitae proderit exercitatio: quia membra consolidabuntur, spiritus excitabuntur, & si quid est imperfectum, perficietur. Tu ergo interne homo uigila, labora, ministerium tuum imple; utere talento tibi dato, negociare. Poterit speciatim spiritualis exercitatio fieri ante prandium, idest ante Eucharistiae sumptionem; &, ut humores indigesti cibi sumendi nutritionem non impediant, & ut maior excitetur fames. Poterit etiam a prandio fieri, ut caritatis calore excitato, sumptus cibus in succum facilius conuertatur. Quod si quispiam hoc loco de me quaereret, in quibus spirituales homines se se exercere debeant; cum id non nisi longa tractatione explicari possit, eum ad pios scriptores, qui de hac materia scripserunt, nimirum de exercitationibus Christianis, & de his quae ante, & post communionem facienda sunt, reijcio. Nec negauerim spirituali homini, immo ei necessarium esse existimo, ut aliquando a spiritualibus negocijs, & laboribus cesset, & aliqua honesta animi aberratione, defatigatum

Hier.

Plinius.

Plato in Symp.

Mat. 25.

Gasp. Loar.

Gers.

Ber. Greg. Naz. gatum corpusculum instauret: quod etiam uiros san ctos fecisse legimus, & faciendum docuerunt. Arcus enim frangitur, ni interdum remittatur; & non est diuturnum, quod alterna requie caret. Hinc est quod Val. Max. lib. 5. c. 8. legimus, non modo externos homines, sed etiam antiquos patres aliqua corporis exercitatione, & honesta arte sibi necessaria ad uictum comparasse. Quod Aug. de oper. Monach. si spiritualis homo semper spiritualiter agere cupit, cuncta quæ agit, in Dei gloriam agat, & quidquid faciet, spirituale fiet. Huc facit illud, quod quidam Auan. li. 1. c. 13. philosophus interrogatus a quodam, quo modo etiam uescens Dijs placet, respondit. Si iuste, si grate, si modeste comederis. Et hæc sunt quæ breuiter de labore, in uniuersum dixisse uolui.

Quid homini spirituali ubi surrexerit, & antequam domo egrediatur faciendum sit.

Cap. 121.

VBi internus homo de luce euigilauerit, atque ad agendum se accinxerit, antequam domo prodeat, & per actiones, uitæque usum se se alijs ostẽdat, quæ hoc capite scribã ea facere curabit. Primum, uestibus se suis de quibus supra scripsimus, induat, & ornet: quibus eleganter ornatus, alijs placeat, ad seque amandum omnes prouocet. Et, si quid fortasse turpitudinis in suo corpore habet, id femoralibus tegat. Quod si in Angelis nuditas laudatur, Diony. 1. Ioan. 1. id ex eo est, quod sunt omnino puri, & nulla labe peccati aspersi: at uero homines spirituales, dum in hac uita uersantur, si dixerint se peccatum non habere, seipsos seducunt. Calceamentis deinde suis se calceabit, mortificatione scilicet, & contemptu sui; ut tãquam mortuus in hoc mundo ambulet, & omnia humana conculcet, & nullo offendiculo lædatur. Nihil enim magis ad omnia aduersa patienter tolleranda confert, quam si quis contemptu sui fuerit munitus.

Zona castitatis & prudentiæ, qua se contineat, & omnia diligenter circumspiciat, se cingat. Pectat postea caput, hoc est cogitationes, intentiones, animique affectiones, ab omni immunditia expurget. Ad hæc, quod faciendum Christus monuit, caput oleo inungat, ut cum lætitia, & sine fuco omnia faciat, & suaues spiret adores. Præterea conscientiæ & externi uisus faciem manusq; ambas diligenter lauet; quod qua ratione intelligendum & faciendum sit, cum de facie egimus, docuimus. Tunc præsertim facies lauanda est, quãdo a malo somno surgitur: Quandoquidem post hunc somnum, sordes, & reliquiæ peccatorum in facie, in oculis, in ore, & sensibus omnibus solent remanere; quæ aqua diuinæ gratiæ, & lacrymarum, atque lustrali eluendę sunt. Et cum non facile hę maculæ remoueãtur, sæpius lauare & confricare sensus omnes expediet. Tandem ne quid labis remaneat, spirituale speculum adhibendum est. Speculum spirituale, primum est illud de quo scriptum est, esse sine macula; Sapientia nimirum incarnata; in qua non est inuentum peccatum; & immaculata semper Virgo, sacraque scriptura, in quo speculo nullam reperies erroris aut mendacij maculam: immo, nec ulla potestate fieri potest, ut reperiatur. Cũ itaq; internus homo se exornare uoluerit, in hæc inspiciat specula. Deinde spiritualia specula, sunt sanctorum gesta, & exempla: quæ, cum hęreticis turpitudines suas ostendant, inique & impie ab ipsis franguntur. Verum in memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit: hoc est, perpetuo laudabitur, ad famam tristem non expauescet, impiorum conuicia non timebit: At uero desideriũ peccatorum peribit: minime, hæretici quod cupiunt assequentur: quia nimis, hoc est, ualde honorificati sunt amici Dei. Verum, cum de ueneratione sanctorum fusius scribendi non sic hic locus, de qua re, si Deo placebit, opusculum iam confectum foras dabimus,

Sap.7. *1.Pet. 2.* *Sixst. Se. lib. 8.* *Diony. Cart. Spe.* *Rodrici. Zamorẽ.* *Ps. 111.* *Locus explic.* *Ps. 138.*

bimus, ad rem redeamus. Preterea, non male diceres, speculum esse fraternam correctionem; quę si pura, & nitida sit, nostras clarè ostendit sordes: in quam intuentes, nos eleganter componere possumus. Caueat internus homo, dum ipsi hoc speculum, quo suas sordes cernat, proponitur, ne proponenti indiguetur; aut, quod aliqui stultissime faciunt, cum offendat. Neque enim te iniuria afficit, qui tuas, ut eas tollas, tibi sordes ostendit. Nisi fortasse, ait Epictetus de admonitione loquens, idem facit speculum, quando deformi, suam qualis sit, repræsentat speciem. Nisi ægroto medicus nocet, aut iniuriam facit, cum sic dixerit: Nihil eorum quæ putas habes; sed febris te uexat; abstine a cibis hodie, aquam bibas: Et his nemo acclamat: O insignem iniuriam. Gratias agis ei, qui a pallio plumas, festucas, & pulueres excutit; & animæ tuæ sordes abluere uolenti succensebis? Itaque, ut Bias monebat; in speculum inspiciens; si pulcher appares, quæ digna sunt age; si turpis, hoc uitium exorna probitatibus. Si quis auditor est uerbi, quod speculum esse diximus, & non factor, hic, inquit Iacobus, comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ, idest natiuam faciē suam, in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in legē perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, est, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Ad hæc, spirituale speculum, vt Anselmo placet, est rationalis anima, in qua Deus, ueluti in sua imagine, cernitur. Insuper, ut Felix Pontifex scripsit, sacerdotes & patres spirituales, sunt aliorum specula, in quæ inspicere debemus; modo munda & lucida sint. Rogo, dicebat Apostolus, ergo uos, imitatores mei estote, sicuti & ego Christi: Denique sanctorum imagines, aptissima sunt hominum spiritualium & fidelium specula: quæ, non frangenda, non uituperanda, sed colenda

Epict. Arian. li. 2. c. 4.

Rapha. Volat.

Iacob. 1.

Ansel.

Felix Papa.

1. Cor. 4. 1. Thes. 1 2.

& laudanda

& laudanda sunt: cum nos ad uitam nostram componendam, ad sordes nostras uidendas, mirum in modum iuuent. Hæc specula olim despexerunt Samaritani, Saraceni, Manichæi, Marcionistæ, Pauliciani, Bogomili, Pseudosynodus Constantinopolitana, Leo tertius Imperator, qui Imperio a Gregorio secundo priuatus fuit, Constantinus Coprognymus, qui ut aquam baptismo dum baptizabatur fœdauit, ita & imagines aboleuit, qui postea miserabiliter mortuus est; ea puto de causa, quod singulari quadam ratione, eam despexit, quam tanti sancta Trinitas fecit; Beatissimam nimirum semper virginem: & ne omnes numerem, multi Imperatores Græci: & hæc fortasse fuit causa, cur Imperium & fides in oriente cessauerint, quod sanctorum auxilijs, & exemplis se ipsos populi illi priuauerint. Et nostra ætate, cum idem hæretici in septentrionali plaga faciant, eadem patiuntur incommoda. Tu uero interne homo, qui fidelis es, hæc tua specula debito cultu adora; cum id, ut modo scripturas, & concilia missa faciam, sancti patres, Martialis, Dionysius, Athanasius, Nilus, Leontius, Sophronius Ierosolymorum episcopus, Basilius Magnus, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexãdrinus, Isidorus Pelusiotes antiquissimus Theologus; & alij innumerabiles patres, quos breuitatis causa omittos, te fideliter doceant; quorum uni maiorem fidem habere debes, quam uniuersæ hæreticorum turbæ. Nec pigebit hoc loco breuiter docere, quo modo imagines sint specula, & quidem optima, & utilia. Chrysostomus, ut Gregorius Pessinuntum episcopus refert, habuit fusilem ex cera imaginem pietatis plenam, eamque amauit. Quare, si erat pietatis plena, ad pietatem excitabat. In Synodo septima, multos ad bene agendum, & ad lacrymas fundendas, imaginum aspectu excitatos fuisse refertur. Id de se retulit speciatim Asterius episcopus. Basilius scripsit, imagines multos ad uirtutem ex-

Simõ. Stellia. *Ioã. Bap. Aegnat.* *Suidas.* *Alan. Copus lib. 5. cap. 14.* *Syn. 6. 7. Con. Bas. Martialis.* *Leontius* *Sophronius.* *Isidorus Pelus.* *Greg. Pessin. episcopus.* *Syno. 7. act. 6. act. 4.*

tem ex-

Brunus lib. de i. mag. Act. 4. Diog. Laer. Gregor. Naz. Dam li. 4 German. episcopus constanti Ludo. Fidel. Corn. Laurian. Rufin. hist.

tem excitasse. Gregorius Nissænus conspiciens imaginem Abrahæ filium Isaac imolare uolentis, flebat. Vis semel uidere, quantum hæc specula moueant? attende historiam, quæ in synodo citata refertur. Palæmon grauissimus philosophus, de quo Diogenes Laertius multa refert, fuit uir magnæ auctoritatis, ac bene agendum bonum exemplar; ita ut eius memoria apud posteros simulacris conseruata fuerit. Cum autem in quadam ciuitate, iuuenis quidam, e fenestra, scortum, ut ad se ingrederetur uocasset; accessit mulier; sed, cum ingredi uellet, & in ingressu philosophi imaginem uidisset,

> Ἀπῆλθεν εὐθὺς καὶ θέαν ἡττομένη
> ὡς ζῶντ' ἐπαισχυνθεῖσα τὸ γεγραμμένον. Hoc est:
> *Spectaculo uicta, mox recessit,*
> *Vt uiuum, reuerita pictum.*

Ionas episcopus Aurel. Drogo de pass. Const. ep. ad Soporem.

Denique, ut sancti patres scribunt, & experientia docet, mirum in modum memoriam iuuat. Vbi ergo, ut eo redeat unde defluxit oratio, interior homo se ornauerit, & domo prodire uoluerit, cum in hac uita, ueluti in quadam militia, inter inimicos, uisibiles, & inuisibiles uersetur, armis se muniat, de qua re, in secunda huius operis parte, cum de artibus, & exercitijs interioris hominis agemus late dicam, nunc solum monebo, ut se signo crucis, armet; de cuius ui, ne pauca afferam, cum multa dicere non liceat, nihil in præsentia scribam; sed quosdam in margine citatos auctores lector consulere poterit, Adscribam tamen carmina quædam diui Paulini, quibus, crucem uim habere ad repellendos inuisibiles hostes egregie declarauit,

Paulin. li. gest. 5. Felic. Ephrem. ser. cruce. Andr. Leros episc. ser. de cruce.

> *Nos crucis inuictæ signum, & confessio munit,*
> *Armatique Deo mentem non quærimus arma*
> *Corporis: & quamuis membris uideamur inertes:*
> *Arma tamen gerimus; quibus sub pace serena*
> *Contra incorporeos animi decernimus hostes.*

Est ita potens hoc signum, ea potentia, cui alia

compo-

comparari in hoc mundo non potest, ipsum timeat, & fugiat. Est enim figura illius ligni, in quo Dominus regnauit, & hostes deuicit, de quo merito prędixit Sybilla. Procop. lib. 2. Iob. 41. Psal. 95.

O lignum felix in quo Deus ipse pependit;
Nec te terra capit; sed cæli tecta uidebit,
Cum renouata Dei facies ignota micabit. Magnetius Rabanus legendus.

Vbi se signo crucis armauerit, si tutior prodire cupit, se seruatori Christo, aliqua precatiuncula commendet; oretque ut in suam tutelam recipere uelit, & dicat: Sozomē. Niceph.

Iunge tibi me Christe potens: mundusque, caroque,
Et Satanæ rabies, tunc mihi risus erunt.

Postremo, tu interne homo, quotidie, ubi euigilaueris Angeli custodi te totum tuendum trade, ut te in omnibus uijs tuis, quod ei a communi Domino præceptum est, custodiat. Et ubi cubitum ire uolueris, tanti beneficij memor, gratias tuo custodi age. De hac Angelorum priuata erga homines cura; non modo scripturæ testimonium, ut patet ex Tobia, cuius filium Angelus in itinere deduxit, sed etiam multorum ethnicorum, habemus. Quin etiam, ait Epictetus apud Arianum, suum cuique curatorem Dęmonem (larem Latini uocant) apposuit Deus, qui custos esset uigilantissimus; & quem latere nihil posset, &c. Quamobrem, clausis ianuis, ac ualuis, cum in tenebris consederitis, nolite dicere, uos solos esse: non enim estis; sed Deus est intus, & uester Dæmon. Et Philemon Comicus, cuique bonum Dæmonem a natiuitate adesse, ut instruat, docuit. Et Calcidius Platonicus huius beneficij testem, totam Greciam, omne Latium, & cunctam barbariam esse ait. Propterea non est cur nos pluribus, non suo in loco, id confirmemus. Ad alia ergo explicanda accedemus. Psal. 90 Epicte. Philemō. Calcid.

Quid dies, in scriptura significet, & qui sint Dei dies. Cap. 122.

Ro. 17. CVm interno homini, qui a tenebris peccati re
Ephes. 5. uocatus est, in die, ut Apostolus docet, uer-
1. Ioan. 2 sandum, ac agendum sit; qui nam sit iste dies
exponere operę precium erit. Et, ut ab huius uocu-
læ significationibus auspicemur; dies primum signi-
Aug. 11. ficat spatium illud, quo sol est supra orizontem.
conf. 25. Deinde, sumitur pro toto solis cursu, quem spatio
uiginti quatuor horarum, ad motum primi mobilis
conficit; hoc est, pro toto diei & noctis unius tempo-
Isa. 2. re. Præterea, interdum, pro hora, & temporis mo
mento, & pro tempore, ac etiam pro certo, & consti-
Gen. 2. tuto tempore. Et in diebus alicuius aliquid fieri,
aut factum esse; idem significat, ac si eo uiuente, seu
regnante, diceres. Postea, dies, pro toto huius ui-
Isa. 65. tæ tempore sepissime ponitur. Quare, cùm dicitur
Psal. 31. Deum tota die expandere manus suas; idem est, ac
Locus ex toto uitæ tempore, nos ad pœnitentiam uocare, &
plic. misericordiam erga nos exercere. Hic dies, dicitur
Psal. 21. hominis dies; sicuti, mortis & iudicij tempus, Dei
31. 37. dies appellatur. Vocatur etiam hoc uitę nostræ
43. tempus, dies terræ; quia est dies uiuentium in terra.
Item, nuncupatur dies operariorum; quo transa-
cto, nemo poterit operari; hoc est bene agendo me-
Mat. 20. reri. Item, dies peregrinationis; quia tanquam ad-
Ioan. 9. uenæ, & peregrini peregrinamur ad Dominum.
Denique dies tribulationis, & miseriæ, & laboris;
Gen. 41. quoniam militia est uita hominis super terrã. Hic est
dies sextus, in quo colligitur manna degustandum
die septimo, qui est dies festus. In hoc enim die la-
borandum est, ac bona opera facienda, ut in die septi
mo cessemus, & manducemus fructus laborum no-
strorum in æterna patria; ubi quies a laboribus, &
gustus beatitudinis erit. Vel certe, dies septimus est

illud tempus, quo cessamus ab omni malo, ut possimus peruenire ad octauum, idest ad beatitudinis diē. in quo circuncisio ab omni malitia fiet. Posset aliquis septem dies spirituales hoc pacto numerare. Primus est dies infantiæ spiritualis; secundus, dies pueritiæ; tertius, adolescentiæ; quartus, iuuentutis; quintus, uirilitatis; sextus, senectutis; septimus affectę iam ętatis: quibus diebus elapsis, ad diem octauum futurę uitæ peruenitur. Dies mali, seu diei malitia, sunt huius uitæ incommoda & angustiæ, quas ob peccata commissa merito sustinemus: quem diē Paulus uocat tempora periculosa: & Ieremias, diem perdicis. Perdix fouit, quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, in nouissimo suo erit insipiens. Solet pernix alterarum auiū oua rapere, ac fouere. Verum, qui ex his ouis nascuntur pulli, ubi uolare incipiūt, quadam naturæ propensione ueras agnoscunt matres, ac non ueris relictis, eas sequuntur. Ita diuites auari fouent diuitias, quas alijs subtraxerunt, non cum ratione, & prudentia, sed iniuste: a quibus in dimidio diernm, &c. tempore uidelicet immaturę mortis deserentur. Proinde se insipienter egisse cognoscent. Contra, dies boni, sunt tempora prosperitatis, dies tranquilli, & gaudia mundi: in quibus diebus, mali ducunt in bonis uitam suam & in puncto ad inferno descendunt: hoc est, ut locum non satis clarū exponam; mali in hac uita sunt felices; & uoluptates omnes perfruuntur maximas; & ita eis omnia feliciter cadunt, ut etiam in discessu ex hac uita nihil mali sentiant; cum statim, absque ullo dolore, ex hac luce ad sepulcrum migrent: itaut, & in uita, & in morte beati esse uideantur. Quid autem post hāc uitam uenturum sit, ipsi uidebunt. Declarauimus hominis dies; nunc qui sint Dei dies explicare oportet. Dies Domini, ut paulo ante dicebamus, est dies, quo abitur ex hac uita, & tempus priuati iudicij, quod

Iob. 7. *Matth. 5* *Psal. 93.* *Eph. 5.* *2. Tim. 3.* *Ierem. 17* *Locus explic.* *Gen. 3.* *Iob. 21.*

Ioan. Ar tor. uindictæ, ultionis, uisitationis, retributionis, furoris dies nominatur. Siquidem, eo tempore exardebit in breui ira eius, & beati, qui ob bona opera, quę bene agentes sequuntur, sperare poterunt in misericordia eius. Item, uocatur dies iræ: quia tunc loquetur ad eos, ad impios nempe, in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Item, dies irrisionis & subsannationis; quia in interitu peccatorum Deus ridebit, & subsannabit eos. Denique, uocatur dies nubis, caliginis, interfectionis, belli, ultimus & nouissimus.

Mat. 14. *Psal.* 2. *Locus explic.* *Psal.* 2. *Pro.* 1. *Amos. c.* 5.6.8. *Ioan.* 6.

Præterea, dies Domini, est tempus uniuersalis iudicij, quod reuelationis dies dicitur; quia tunc omnia occulta manifestabuntur. Hæc est dies irę, calamitatis, & miseriæ, dies magna, & amara ualde.

Soph. 1. *Fin. Fer. lib.* 1.

Totius enim terræ mortalium confusio tunc erit,
Et ipse omnipotens cum uenerit tribunali iudicare
Viuorum, mortuorũque animas, & mundũ uniuersũ.

Hebr. 10 *Isa.* 61. *Soph.* 1. *Cant.* 3. *Ps.* 117. *Ath. lib. de incar.* *Dam. lib.* 4. *c.* 6. *Gregor. Naz. Ser. de Basch.* *Theodor. in Epitõ.* *Rom.* 19. *Ioan.* 8.1 *Isa.* 1. *Locus explic.*

Ad hæc, dies Domini in uniuersum, est tempus ultionis, punitionis & uindictæ, quam Deus quotidie de peccatoribus sumit. Amplius, Domini dies, est aduentus filij in carne: qui dicitur dies dispensationis; quo fit, ut patres Greci, hanc diem œconomiam appellent. Nanque cum cœlestis Pater omnia, quæ in hac rerum uniuersitate continentur, gubernet & regat, nullum maius opus fecit, quam cum ad reparandam naturam humanam Filium in terram misit; quæ missio per excellentiam œconomia uocatur, cũ sit præcipuum diuinæ gubernationis opus. Non iniuria hic aduentus uocatur dies; quia ante Filij Dei incarnationem præcessit nox peccati, & ignorantię; ipse uero aduentu suo, tãquam lux mundi & Oriens ex alto, umbras dispulit omnes. Dicitur etiam dies salutis, quia hoc tempore uenit uita, salus, & medicus, qui hominem a morbo, & a morte liberauit. Insuper uocatur nouissimus Dies; cum eo tempore omnia completa fuerint, & nihil amplius expectandum sit. Hic est ille dies, quem uidere cupiuit

Abra-

Abraham, quem in Isaac ligna portante, ut Arnobius Afer scripsit, uidit, & gauisus est. Postremo, dies Christi, est dies redemptionis, dies baptismi; quo die uita Christi mortuis impertitur: & dies, quo quis uiuit in gratia. De quo die intelligeres illud: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna: hoc est, temporibus Christi florebunt iusti, & pax non erit temporaria; sed diuturna, donec erit Luna, quę perpetuo erit. Reperitur quidã dies festus Dei, & angelorum; & est dies ille, quo peccator ad Deum conuertitur: est enim gaudium in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente: sic contra, dies luctus, est tempus, quo iustus peccat. Habet adhuc uox ista significationes alias, & interdum pro iudicio ponitur; ut in his diui Pauli uerbis: Mihi autem pro minimo est, ut iudicer a uobis, aut ab humano die, id est a iudicio uestro probari, alijs præfrrri, & a nobis celebrari: quem diem etiam Christus spreuit, quia gloriam ab hominibus accipere noluit. Hunc eundem diem, Ieremias se nunquam desiderasse, confessus est, cum dixit: Humanum diem nunquam desideraui, scis Domine, id est, nosti, me nihil ad gloriam humanam aucupandum fecisse. Vocatur hic dies humanus, quia unà cum homine aduenit, & recedit. Et ut breui dicã, dies sumitur pro anno & pro toto tempore a Christo nato ad finem mundi, qui dicitur, dies salutis; & pro re bona; ut iudicare inter diem & diem, sit discernere inter duas res bonas: & denique pro statu prosperitatis, sicuti nox pro statu calamitatis. Non uret sol per diem, neque Luna per noctem, id est felix eris, cuncta tibi feliciter cadent, die ac nocte; hoc est quocunque tempore: uel, in prosperis non te efferes, nec in aduersis te mœrore conficies.

Arnob. com. in Ioan. — *Ephes. 4.* — *Psal. 71.* — *Locus explic.* — *Luc. 15.* — *1. Cor. 4.* — *Locus explic.* — *Ioan. 5.* — *Iere. 17* — *Locus explic.* — *Psal. 120* — *Locus explic.* — *Ludolph. Carthus.*

De spirituali die. Cap. 123.

Alatis uarijs notionibus, quas dies, in scriptura habet, qui sit spiritualis dies, ut facilius exponamus, aliquid de naturali die prius dicendum est. Dies, ut phisiologici scribunt, est latio solis supra terram. Qua oratione, describunt diem iuxta primam significationem, proximo capite allatam. Iidem, sicuti & Astrologi, diem in diuersas partes secant; quas recensere ad rem nostram attinet nihil. Dies, ut aliquot eius effectus recenseam, tenebras dispellit, lętitiam affert, securitatem parit, colorum uarietatem ostendit; ad laborem excitat; denique splendet & feruet. Reperitur etiam in diebus inęqualitas quædam: nam alij sunt longiores, alij breuiores, alij calidiores, alij minus calidi, alij clariores, alij non ita clari. Dies spiritualis in primis, est ipsemet internus & iustus homo, qui iusti-
In Cent. cap. 17. tia sua, ueluti lux quædam, bonorum operum splendore, huius mundi tenebras illuminat. Iustorum semita, inquit sapiens, quasi lux splendens, proce-
Pro. 4. dit, & crescit usque ad perfectam diem. Ex quibus uerbis intelligi licet, cur iustus uocetur dies; ea scilicet de causa, quia bene agendo, ueluti dies, sua luce crescit. Hinc est, quod Dominus apostolos suos, lucem appellabat: Vos estis lux mundi. Et
Mutth. 5 Paulus, nouos homines, filios lucis, idest, lucem i-
1. Thes. 5 psam uocabat. De hoc die intelligeres illud: Dies
Eccl. 33. diem superat; & lux lumen: quia unus homo est
Psal. 18. iustior altero: Et illud: Dies diei, idest, iustus iu-
Locus explic. sto, uel quilibet iustus, indicat scientiam, dum unus iustus, alterum iustum, uel omnes iusti, alios docendo illuminant. Ex quo, aliam, cur iustus dicatur dies, causam habemus; quia uidelicet alijs lumen prębet. Dicitur denique dies, quia feruore caritatis abūdat, & stellas; hoc est uirtutes suas, ueluti natura-

lis dies, occultat. Deinde spiritalis dies, est status quo uiuitur in gratia; quo die Deus dat pluuiam super terram. Qui dies oritur ex latione solis iustitiæ supra orizontem animæ, quæ ueluti orizon quidam, terrena, & cœlestia disterminat. Hic est sol, in cuius lumine uidemus lumen. Hic est sol, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hic est sol, sine cuius luce tuto inter homines non uiuitur. Hic est sol, qui est gubernator siderum, qui sideribus omnibus salutem affert; qui omnia exhilarat, & quadam summa lætitia, ac uoluptate perfundit; qui uitalem calorem omnibus subministrat, qui omnia fouet & conseruat, a cuius calore nemo est qui se abscondat, qui tanquam sponsus præ filijs hominum speciosus processit de thalamo paradisi, & tanquam gigas ad currendam uiam suam exiuit, ut ad cœlum reuertens, omnia ad se traheret. Quo hic sol magis ad mentem humanam accedit, eo dies longior, clarior, & feruentior est. Hic sol nunquam occumbit, sed perpetuo supra uerticem capitis, quasi in Zenith permanet. Quia apud ipsum non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio: hoc est, mundanus sol ob cursum & mutationem suam non semper nobis illucet; neque etiam Luna, quæ nunc lumen præbet, nunc lumine carere uidetur. Vel, si de sole tantum hunc locum intelligere uolumus; sol ob conuersionem & mutationem non eodem semper modo illuminat; sed habet uicissitudinis obumbrationem; idest uicissitudinariam obumbrationem: At vero Christus, siue Deus, perpetuum lumen præbet. Quoniam, ut Ioannes scripsit, in eo tenebræ sunt nullæ. Quare, si nullæ peccatorum nubes interponantur, semper illuminat. Ad accessum huius solis, offertur lætitia, fugantur tenebræ, recedunt terrores, colores uarij uariarum uirtutum apparent, claret, & feruet dies, & homo qui

3. Reg. 17. *Psal. 35.* *Ioan. 1.* *Bapt. Fol.* *Psal. 18.* *Locus explic.* *Ioan. 12.* *Iacob. 1.* *Locus explic.* *Bereng. lib. de mysterio crucis.*

1.Ioan.1 prius operari non poterat, exit ad opus suum, usque
Psal.103. ad uesperam, idest ad uitam perfectam, seu uitæ fi-
Locus explic. nem. Orto hoc sole, catuli leonum, bestiç siluę; Dę
mones scilicet fugiunt, & ad cubilia reuertuntur
Ioan.12. sua. Princeps enim mundi huius, & tenebrarum ha-
rum, orto hoc sole, eijcitur foras. Est ergo dies in-
Prosper. terni hominis, Christi gratia,

Quæ fiunt homines iustificante boni.

Ambr. Ad hæc, dies spiritualis est fides, quæ potest dici,
Greg. dies prima: similiter ueritatis intelligentiam, diuinā
Orig.ps.38. illuminationem, ac uirtutum accessionem, diem spi
ritualem appellares. Varij dies, sunt uarię illustra-
tiones: & cuiusque dies, est propria cuiusque illumi
natio & operatio. Qui ambulat in hac die non of-
Ioan.11. fendit; ut illi, qui in nocte peccati, & erroris ambu-
lant. Item, dies est tempus pœnitentiæ; quæ ue-
luti quædam lux tenebras peccati dispellit, timo-
Rom.19. rem pœnæ remouet, lætitiam conscientiæ affert,
Locus explic. in qua qui ambulat, opera tenebrarum ponit, &
sumit arma lucis: idest, reijcit peccata, & opera iu-
sta exercet. Denique efficit, ut quiete & honeste
homo ambulet: hoc est, ut in nullum offendicu-
2.Pet.2. lum impingat. Hic dies conuertitur in tenebras,
cum quis, ueluti canis, reuertitur ad uomitum.
Amplius, dies cuiusque hominis est huius uitę tem
pus, quod a sole iustitiæ, cuius splendore omnes stel
læ, idest sancti omnes obscurantur, a mane iuuentu-
tis usque ad uesperam senectutis illuminatur. De
hac die intelligeres illud: Oportet operari donec
Ioan.9. dies est: hoc est, donec hęc uita durat: quia ueniet
nox, mors nimirum, in qua nemo potest operari. In
Eccle.9. hac die, quo magis tenditur ad occasum, eo magis
laborandum; idest magis ad perfectionem properā
dum est. In quo multi senes uehementer errant, qui
cū iā ad occasum properent, solū de uita diutius cō-
seruanda sunt soliciti; nihil de augendis meritis, nihil
de æterna uita cogitantes: nec animaduertunt illam

sapien-

ſapientis admonitionem: Mane ſemina ſemen tuum, *Eccl. 12.*
& ueſpere, ne ceſſet manus tua. Solent aues, & oues cum paſcunt, ſi futuram tempeſtatem, ſeu pluuiam naturæ propenſione præſenſerint, maiore cum ſolicitudine paſcere, ne ſuperueniente pluuia uentrem explere nequeant. Pari ratione, & multo magis homines, non modo naturæ impulſu, ſed etiam rationis ui moti, cum tempus illud miſeriæ, & calamitatis imminere uidēt, quod & ſi omnibus improuiſum aduenire poſſit, longe tamen certius, ac facilius ſenibus, diligentiam maximam adhibere deberent, ut antequā mors ſuperueniat, & extremus claudatur dies, bonis ſe ſe operibus explerent, quibus perpetuo ueſci, & nutriri in alia uita poſſint: cum ſcriptum ſit: Labores manuum tuarum manducabis. Seminandum eſt ergo homini in hac uita, nec unquam ceſſandum, ut ex ea recedens ſuos bonorum operum manipulos ſecum portet. Et ſane, ſi quis illam immenſam, & inexplicabilem beatitudinem, quam uel ex minimo bono opere bene agentes perpetuo percepturi ſunt, prȩuideret, magna cura, maximo ſtudio, ſumma deni que contentione in bonis ſe ſe exerceret operibus, nec temporis momentum ſine fructu ſineret abire. Nunc autem, cum de futura beatitudine, de ſumma illa uoluptate bonis operibus propoſita, non cogitemus, & dies, & mēſes & totos ipſos annos, ſine fructu inutiliter conterimus. Amplius ſpiritualis dies, ex diuo Gregorio, eſt bona intentio, quæ totum corpus, & uitam totam interni hominis illuſtrat. Ad hȩc, dies in quo interno homini eſt ambulandum, eſt Euangelium, diuina ſcriptura, & eius cognitio: doctrina uero Euangelio contraria, eſt nox. De quo die intelligeres illud Petri: Donec dies illuceſcat; hoc eſt, donec *2. Re. 1.*
ſcripturarum habeatur notitia. Et Arnobius ſpeciatim ſpiritualem ſcripturarum intelligentiā diem *Ambroſ.*
uocauit. Poſtremo dies ſpiritualis hominis, eſt felici- *pſ. 135.*
tas æterna: quem diem apud Iſaiam reperies deſcri-

ptum.

Isa.26. ptum. Hic dies illuminabitur, sicuti & tenebræ eius,
60. quia tanta erit gloria, tantus splendor in hac die
Locus ex quantæ in hac uita miseriæ per quas ad illum peruce
plic. nitur diem fuerunt. Improborum hominum dies, est
eorum prosperitas, & mundana felicitas, ac delecta-
Greg. tio: qui dies peribit, & uertetur in tenebras æternas,
& in noctem perpetuæ pœnæ terminabit. Et hic est
Ps. 55. dies a cuius altitudine timebat Dauid, a prosperitate, scilicet nimia. Sciebat enim hunc diem solere conuerti in luctum: qui extrema gaudij sæpe occupat. Et
Apo. 18. de eo, qui in hoc die uixit, scriptum est: Quantū glo-
Isa.47. rificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Quare, sicut dantur dies boni æternæ felicitatis, ita dantur dies mali perpetuæ miseriæ. Ex quibus intelligi licet, diem in diuinis literis nunc in bonam, nunc uero in malam capi partem. Boni uero dies oriuntur ab uno sole, & una luce Christo Domino, qui est,

Nicola. *Lux de luce Patris, Patris de lumine lumen:*
Grund. *Irradians sanctis quæ condidit omnia flammis.*
lib. 2. Et, ut quæ de spirituali die diximus melius intelligantur, de eius contrario, nimirum de spirituali nocte aliquid dicamus oportet.

De nocte spirituali. Cap. 124.

NOx, quę, quod multum nocere soleat, a nocendo dicta est, ex latione solis sub terram fit: & est illud tempus, quo sol subtus terram latet, cuius umbra, solis luce priuamur: illuminatur tamen aliquantulum stellarum, & Lunæ splendore accepto. Nox, pauorem incutit, somnum inire suadet, colores obumbrat, scelera occultat, audaciam furibus & facinorosis præbet: & ideo:

Horat. *Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.*
Oculis nocet, ac rerum prospectu priuat: nocte denique uisa horribilia cernuntur, illusiones sentiuntur,

tur, feræ, quibus nox grata est, ex suis latebris prodeunt. Habet hæc uocula uarios in sacris literis usus, quos ex his, quæ de nocte spirituali dicentur cognoscere licebit. Nox in malam partem sumpta, in re spirituali, primum, est ipse uetus homo, peccatum ipsum, peccatorum uita: quæ nox efficitur ex absentia solis iustitiæ, & luminis gratiæ: licet illuminetur aliquantulum rationis lumine, quod est scintilla quædã illius luminis, quo illuminãtur omnia. Hæc nox, horrorem incutit: etenim, nequitia est timida, & peccatores magnopere pauent, & sunt formidinis pleni, ac fugiunt nemine persequente. Hæc nox, sua securitate & quiete, quam præ se fert, ad dormiendum in peccatis allicit, & inuitat. Hæc nox uirtutum colores ita obscurat, ut quæ in alijs sunt uirtutes, a peccatoribus non cernantur, & si quæ in ipsis sunt, tenebris offundantur. Latent enim & sordet in tenebris, & umbra mortis, & teneb roso obliuionis uelamento obluuntur. Hæc nox scelera occultat, dum peccator ab alijs se non uideri putat: dum dicit; uel Deum non esse, uel oculos auertisse, ut non uideat in finem, id est in æternum: quo fit, ut audacior euadat, & dicat: Non mouebor a generatione in generationem sine malo: id est, in perpetuum ab omni punitione, & incommodo immunis ero; cum Deus, quæ hic aguntur non uideat. Nox ista humanæ menti mirum in modum nocet, dum lumen diuinum, quo illustratur, & lætitia perfunditur, remouet, & rationis splendore paulatim minuit: ut peccator dicere possit: Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum: Quo fit, ut iucundissimo rerum spiritualium aspectu priuetur. Qui est in hac nocte, ut ait scriptura, uisa horrenda uidet, monstris perturbatur, Dæmonis artibus & illusionibus illuditur. Hæc nox lætificat feras, hoc est Dæmones, qui hac nocte delectantur, uel impios ipsos, qui ex rebus pessimis delectationem capiunt. In hac nocte Christus a Iuda proditur, a Iudæis

Pf. 103. *Psal. 4.* *Ioan. 1.* *Sap. 17.* *Luc. 1.* *Sap. 7.* *Psal. 9.* *Locus explic.* *Psal. 37.* *Pro. 2.*

daeis capitur, & a Petro negatur. In hac nocte homi-
1.Thes.6 nes dormiunt & inebriantur. Hanc peccati noctem subsequitur alia, quæ est nox erroris & ignorantiæ, quam; quidam infernum appellarunt, quam Chtisti lumen dispulit. Ideo diuus Paulus omnem doctrinam, Euangelica excepta, ignorationem & noctem appellat: cum aliæ doctrinæ, cum obscuræ & caliginosæ sint, nec uiam, nec finem ad quem perueniendum
Io. Fran. Pic est (licet aliquid luminis, quale in nocte reperitur habeant) clare ostendunt. Propterea solus Christus di-
Thom. de Chempf. lib. 1. de incit. c. 1. cere potuit: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: quia, sua doctrina, omnes erroris, & ignorantiæ tenebras dispulit. Singulæ noctes, sunt singuli errores, & singulę ignorantiæ, & tenebrosę cogitationes,
Rom. 13. ac peruersæ intentiones. Nox itaque, hoc est tempus ante Christum, in quo non inueniebatur sponsus, præcessit, & dies euangelicę doctrinę appropinquauit. Hanc noctem, siue noctes, internus homo, cum multum noceant, ut eum sanctus monuit Prosper, dispellat:

Noctem peccati, cordis ab æde fuge.

Nanque ut alius scripsit:

Stepha. Forcat. epig. de pace. *Exitiale homini nimis est inscitia monstrum.*

Meminerit, se non esse noctis, neque tenebrarum, ac proinde in hac nocte non ambulet, in qua qui ambulat, offendit. Est præterea, nox, in malam partem
1.Thes.5 sumpta, prosperitatis, & felicitatis status. Quæ nox
Ioan.11. mentis oculos perstringit, in qua nocte dormiunt uiri diuitiarum, qui ubi dormierunt somnum suum, ni-
Ps. 75. hil inueniunt in manibus suis. Insuper, nox, est tempus illud, quo, iudex minus expectatur: tempus uide-
Io. 69. licet mortis, & iudicij; qua nocte adueniente, nemo
Ps. 38. potest operari: quæ, ut dies illuminabitur, cũ a morte ad gloriam transitus fiet. Item, nox est huius uitę spatium, in qua nocte editur agnus; ignis altaris a sacerdote nutritur; a multis laboratur, & nihil capitur. Quæ nox, licet iustitię sole; hoc est humanitate Chri-

sti,

sti,qui ascendit ad cęlos (quãuis nobiscum sit sub spe- *Mat.ult.*
ciebus panis usque ad cõsumationem sęculi, careat:
tamen,Lunę,& siderũ,hoc est Ecclesię, & sanctorum *Bereng.*
lumine,illuminatur. Item,nox est tribulationis tem-
pus,ad afflatus diuinos excipiẽdos accommodatum:
quod indicauit propheta,cum dixit:Nox illuminatio *Ps. 138.*
mea in delicijs meis:hoc est, dum in die deliciarum *Locus ex*
uersor, accedit tribulationis nox, qua illuminor: si- *plic.*
quidẽ tribulatio dat intellectum. Vbi hęc nox adue-
nit, mentis oculi a rerum terrenarum aspectu reuo-
cantur, & ad ęterna bona consideranda traducũtur:
& tunc humana mens quietem & lætitiam capit. Pro *Iac. 1.*
pterea diuus Iacobus dicebat:Omne,id est perfectũ,
& absolutum gaudium existimate fratres, cum in ua
rias tentationes incideritis: Quod si fiet, nõ extingue
tur lucerna,id est rationis lumen, uel delectatio, seu *Pro. 13.*
diuina illuminatio in hac nocte. Siquidem Deus in *Locus ex*
hac nocte cor probat,& uisitat,apparetque. Huius fe *posi.*
licissimę noctis medium,est tempus illud,quo tribu- *Act. 15.*
latio est maior:in qua sunt tollendę manus, id est di- *16. 18.*
uinum auxilium oratione petẽdum:in qua nocte Da *Dan. 17.*
uid Dei se memorem fuisse dicebat. Quoniam in hac *Exo. 24.*
nocte bona a Deo impetramus, & sponsum inueni- *Psal. 15.*
mus; & ideo in ea amicus panẽ petiturus uenit. Hęc *16. 120.*
nox ut dies illuminatur, quando hilari animo cala- *Ps. 113.*
mitates feruntur. Nec timendum est ab huius noctis *Cant. 3.*
timore, cum Angelorum & Dei pręsidia nobis pre- *Luc. 11.*
sto sint. Et si quę in hac nocte nocturna pollutio;hoc *Ps. 138.*
est,occulta aliqua tentatio, qua aliquid minus hone *Exo. 13.*
stum corde concipitur,exoritur; ne sit spontanea,uel
opere & consensu perficiatur,cauendum est. Quando
ergo impudicus hostis nos in hac tribulationum no-
cte uersantes, ad aliquam spiritualem pollutionem
commouere uoluerit, ne qua eius suasionibus assen-
sio prębeatur, uidendum est. Huc pertinet quod alij
docent,dicentes, noctem esse humilitatis statũ. Qua
nocte timẽtur Dei iudicia,occultantur uirtutes, ces-
sat

sat lętitia, laudatur Deus, inuenitur sponsus, & diuinis afflatibus mens illuminatur. Et ut ego sentio, nulla mens est ita capax ad excipiendas diuinas illustrationes, ac mens humilis; quia quo quis se magis humiliat, & contrahit, eo magis mentem ad diuinos afflatus capiendos dilatat.

De partibus temporis spiritualis, hodie, & cras. *Cap.* 125.

AD ea, quę superioribus capitibus de die & nocte spirituali diximus, ut de alijs quoque temporis partibus, de quib. potissimum in sacris literis mētio facta est, aliquid adscribamus, congruū esse uidetur: ac primum de hodie, & cras, tāquā de pręsenti & futuro tpe agemus. Hodie, in sacra pagina usurpatur ad significādā ęternitatē: cū ęternitas sit duratio quędam pręsens & tota simul pręterito & futuro carens. Quo modo sancti patres exponunt illud psalmi secundi: Hodie genui te; id est ab omni ęternitate, ego Pater genui te Filiū. Siquidem ęternus Pater, ab ęterno ęternū genuit Filium. Nec me latet diuum Paulum per quandam analogiam, iuxta Hebręorum consuetudinem de Christi resurrectione hunc locum explicasse: ita ut Pater, Filio incarnato tāquam primogenito a mortuis excitato, dixerit; Ego hodie genui te. Etenim, tunc quis gigni dicitur, cum a summo aliquo periculo eripitur; cum a morte ad uitā reuocatur; cum eius gloria reuelatur. Significat postea hęc uox, hodie, totum huius uitę tēpus, ac præsens sęculum, maxime post Christi aduentum; ut hoc loco: Hodie, si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra; hoc est, si uocem Patris, testimonium de Christo reddētis, seu, si Deum, uos dum in hoc sęculo uiuitis uocantem auscultaueritis; nolite obdurare corda uestra; hoc est, credite, & ei obedite. Interdum hodie, sumitur pro semper, ut Chrysostomus

Theophi. & ep. ad Heb.
Psal. 2.
Locus explic.
Act. 13.
Ps. 94.
Heb. 3.
Locus explic.

ſtomus homilia ſexta in epiſtolam ad Hebręos docet. Heri & hodie Hebręorum more, idem eſt, quod perpetuo: quo modo intelligitur illud Pauli: Ieſus Chriſtus, heri & hodie: hoc eſt, idem eſt Chriſtus modo, qui & antea fuit; qui permanebit in ſęcula: uel, heri, ad ęternitatem diuinitatis, hodie, ad tempus humanitatis refertur: Hodie, & cras, non unum uel alterum diem ſignificant, ſed breue tempus. Heri, & nudius tertius, eorundem Hebręorum conſuetudine, idem ualet, quod, ante hac, hactenus, antea. Hodie igitur ſpirituale, eſt uita præſens, tempus poſt Chriſti aduentum. Hodie uerba Dei nobiſcum loquentis excipienda ſunt, ne cras in clibanum; hoc eſt, ne poſt huius uitę tempus in ignem ęternum proijciamur. Propterea clamat propheta: Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra. Et quis eſt, modo uelit, qui non audiat, cum ſtet ad oſtium, & pulſet? Et quis eſt, qui ſapientiam foris prędicantem, in plateis uocem ſuam dantem, in capite turbarum clamitantem, audire non poſſit? Audiamus ergo hodie illam dulcem uocem: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos; ne cras audiamus illam horrendam & aſperam: Diſcedite a me maledicti in ignem ęternum; Non obduremus hodie corda noſtra, ne Deus cras obduret cor ſuũ: non exacerbemus infinitam Dei miſericordiam, ne Deus contra nos indignatus dicat: Quadraginta annis, toto uidelicet huius uitę tempore, proximus, id eſt pręſto fui, & opem tali generationi huic; huic ſcilicet populo durę ceruicis; ipſi uero nõ cognouerũt uias meas, ad quas eos reuocare uolui, quas illis indicaui; quas noluerunt cognoſcere: quibus iuraui, id eſt ſtatui in ira mea, quando de eis uindictam ſumam, ſi; ideſt non, introibunt in requiem meam; hoc eſt, ęternam felicitatem non adipiſcentur; ubi erit alterũ clarum, & ſempiternum hodie. Audiamus ergo hodie, ideſt in hac uita, uocem Dei; ut in hodie æternitatis, cum

Chryſ. Ambroſ. lib. 5. de fid. ca. 12 Heb 13. Locus explic. Ber. ſer. de S. Martini. Luc. 13. Theoph. Mat. 6. Luc. 12. Pſ. 94. Apo. 3. Locus explic. Pro. 1. Mat. 11. Mat. 25. Pſ. 94. Locus explic. Heb. 2. 3

ex hac uita migrauerimus, cum uoluntatẽ tanquam filij fecerimus, & a grauissimis periculis liberati fuerimus, audire mereamur: Filius meus es tu,
Psal. 2. ego hodie genui te. Et hęc de hodie. Cras, tẽpus breue & quodcunque futurum demonstrat: ac etiã tempus mortis, seu futuri sæculi: & fere in malam capitur partem. Habent mali speciatim duo tempora; hodie, & cras: primum bonum, ut ipsis uidetur; alterum malum, in quo male actæ uitę pœnas dabunt, quãdo in clibanum mittentur. Hodie lętantur, epulantur; cras, tristabuntur, fame & siti necabuntur, ignominiaq; afficientur. Quo fit, ut peccatores uehementer errent, cum nolint hodie; hoc est, in pręsenti uita bene agere, & semper differãt in cras, id est in futurum, quod fortasse cras erit in inferno. Quare animaduertenda est illa sapientis sententia, quę ait: Ne tardes conuerti ad Dominum; & ne differas de die in diem: subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Et quoniam sciebat, quid, qui nolunt statim conuerti respondere soleant; subiecit: Et ne dicas, miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorũ miserebitur. Misericordia enim eius, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Et alias scripsimus, Dei misericordia & iustitia, in omnibus operibus eius reperiuntur. Si cernis misericordiam, cur non uides iustitiam? abuteris misericordia, ut differas, utere iustitia, ut properes. Conuertimini ad correptionem meam, ait sapientia: & quando? Hodie inquit propheta; cum prędicat, cũ clamat. Deus te uocat, uerba Dei sunt: Quid Deo respondebis? Cras, cras: O uox coruina? Coruus non redijt ad arcam, columba redijt. Vis, ut te tua peccata relinquant; non tu illa relinquere uis, Metuendum tibi est, ne dum speras de misericordia, incidas in iudicium: & fiat iudicium sine misericordia in eum, qui abusus est misericordia. Non inueniet ueniam, qui tempus perdidit ueniæ: nec meretur

Eccl. 20. Gen. 30. Mat. 6. Luc. 12. Eccl. 5. Pro. 1. Isa. 61. Iere. 7. Gen. 8.

retur accipere quod petit;qui non fecit, quod Deus iussit.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis. Luc.li.2.

De maxima re agitur, de uita, de beatitudine, de eterna gloria? Quid procrastinatio iuuat? Quid emolumẽti affert? Si tempus est incertum, cur negocium tanti momenti in tempus incertum reicis? Audi uirum sanctum te his uersibus monentem. In Cent. in appendice.

Quid iuuat in longum causas producere morbi? Prosper.
Cur dubium expectat cras, hodierna dies?

Non ergo tantum misericordia diuina peccator fidat, ut ea ad liberius amplius peccandum abuti uelle uideatur. Et licet Deus omnibus ad se uenire uolentibus sit propitius, & omnibus ad se redeuntibus parcere uelit: tamen de longiore uita securum reddidit neminem.

An qui promisit ueniam, si crimina plangas,
Crastina promisit tempora certa tibi?

Quare, cum ex una parte diuinæ misericordiæ certitudinem uideat, ex altera uero uitæ incertitudinem cernat, adhibeat cras, hoc est deliberationem, deque suo statu cogitet; ac tandem statuat, se nolle amplius uti, cras; hoc est procrastinatione, quæ legem diuinam dissipare solet. Tempus faciendi Domine, dicebat Dauid, dissipauerunt legem tuam: hoc est, ob tempus, quod sibi dari ad bene agendum peccatores putant; dum dicunt: Faciemus, Faciemus: legem tuam dissipauerunt; dum male agendo eam non seruant. Vel aliter: O Domine, tempus est faciendi uindictam; quia legem tuam non seruant: nõ est cur amplius eos, qui tua misericordia abutũtur expectes; sed iam iam de eis pœnas sume. Caue, o peccator, nisi conuersus fueris, gladium suum (Deus) uibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit uasa mortis, idest lætalia iacula: sagittas suas ardẽtibus effecit: hoc est, ijs qui te ardenter prosequuntur, Dæmonibus nimirum sagittas, quibus te confo- Gen. 30. Exo. 17. Pro. 3. Ps. 118. Locus explic. Psal. 7. Locus explic.

diant,parauit:uel,uenantium more sagittas suas ueneno ardenti infecit. Quare,

Cras fuge coruinum, si quid facturus honesti:
Oportuna dies nanque perire solet.

Aria.lib. Quanto melius,ait Epictetus apud Arianũ, si hodie,quam si cras cœperis, plus conducet, ut id nimirum,in crastinũ quoque præstare possis. Quare,dum peccatores procrastinantur, non modo bono, quod hodie facerent,se priuant,sed semper se ineptiores, & minus idoneos ad inchoandum reddunt,quod malum est grauissimum,& certissimum.

De partibus diei spiritualis,mane & diluculo. Cap. 126.

Macrob. 1.sat.3. VEnientes nunc ad diei partes explicandas, mane & diluculum primum se se offerũt,de quibus simul agemus, cum parum inter se differant. Hac igitur prima diei parte tenebræ recedunt, lux aduenit, somnus cessat, feræ in siluas se abdunt,
Ps. 103. operarij conducuntur,& uiatores iter aggrediuntur. Tunc interiori homini incipit diluculascere, quando diuina gratia incipit illuminari. Est itaque spirituale
Cassiod. mane,fidei & gratiæ lumen;ac nouæ uitę exordium,
Psal.29. tempusque ueniæ,atque prima ad Deum conuersio.
45. Hoc tempore Deus uisitat, & probat hoc tempore
Iob 7. peccatorum & ignorantiæ tenebræ recedunt; lux fidei aduenit, somnia peccantium uana euanescunt, Dæmones aufugiunt, uolentes operari conducuntur, & ad cœlestẽ patriam ire cupientes se se uiæ committunt;denique hoc diluculo, ros diuini spiritus supra terram animæ rorat. Ante hanc lucem, ut supra quoque diximus, uanum est surgere. Hoc est il-
Ps. 126. lud mane in quo colligẽdum est manna gratiæ, quod de cœlo descendit: uel, in quo studiose & cum dele-
Exo. 17. ctatione est operandum. Hoc est mane,in quo orandus est Deus, in quo Deus exaudit uocem, in quo

astare,uel accommodare se Deo, uel orationē suam Deo præparare oportet;& uidendum, ac diligenter cognoscendum Deo improborum iniquitatem, & commercium non placere, ob oculos Dei, iniustos sistere non posse; immo Deum mendaces perdere, ac sanguinarios uiros, fraudolentosque auersari. Hoc diluculum, seu mane percommode quis diceret esse tempus illud, quo homo sapere incipit; cum illius luminis, quod mentibus humanis Deus indidit, iam splendor apparet,& ueluti supra orizontem spiritualis mundi surgit. Quo tempore homo euigilare, & ad Deum, tacite saltem, honeste agendo se se conuertere debet. Ad confirmanda ea quę de hac diei spiritalis parte diximus, adscribere placet, quæ diuus Gregorius exponens illud Iob, surgensque diluculo, &cæt. eleganter conscripsit. Diluculo, inquit consurgimus, cum compunctionis luce perfusi humanitatis nostræ noctem deserimus, & ad ueri luminis radios oculos mentis aperimus. Idem exponens illud Iob: Visitas eum diluculo, &c. de eadem re sic scribit. Quis nostrum nesciat, quia diluculum dicitur, cum iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur? Nos itaque noctis tenebris premimur, cum perpetratione iniquitatis obscuramur: sed nox in lucem uertitur, cum erroris nostri obscuritas ueritatis cognitione irradiatur. Nox in lucem uertitur, cum corda nostra iustitiæ fulgor illuminat, quæ cœcitas culpæ deprimebat. Diluculo ergo Dominus nos uisitat; quia erroris nostri tenebras luce suæ cognitionis illustrat, contemplationis munere subleuat, in arcem uirtutis exaltat. Huc pertinent illa sapientis uerba: Bene surgit diluculo, qui quærit bona: quem locum sic exponit Hieronymus. Bene diluculo surgere, est crescente luce scientię, ad bonum opus se accingere: tunc enim quis quærit bona, cum ea facit quæ debet; quibus ad cœlestia bona perueniat.

Psal. 5. Locus explic. Psal. 4. Ioan. 1. Caieta. Sot. Greg. Iob 1. Locus explic. Iob 7. Locus explic. Pro. 11 Locus explic.

Exo. 16. niat. Hoc qui facit, ita colligit manna, ut ex eo ni-
Psal. 45. hil usque mane, id est usque ad diem Iudicij relin-
87. 100. quat. Is enim præsenti credit, quod prædicatur, &
Locus ex operatur, quod iubetur, & non usque in mane dif-
plic. fert, idest usque ad tempus, quo præoccupatur morte, uel iudicio, quando erit mane, id est clara, & manifesta operum factorum cognitio. Propterea,
Greg. ait Gregorius, mane, interdum significare iudicij
Iob 24. diem; seu mentium humanarum manifestationem;
Soph. 3. quæ tunc erit; quia omnia occulta manifestabuntur. De quorundam sententia, mane, interdum resurrectionis spem designat. Indicauimus paulo ante, mane iuuentutis tempus significare posse; quo mane,
Eccl. 11. ut sapiens monuit, seminandum est semen; & manus non debet cessare in uespere; sed exemplo il-
Ruth. 2. lius sapientissimæ Ruth, de mane standum est in agro, nec momentum quidem recedendum, etiam
Ps. 125. si cum fletu mittenda sint semina; ut aliquando cum exultatione, & cum manipulis bonorum operum
Ps. 138. de agro huius mundi recedere liceat. Sumat igitur
Locus ex internus homo pennas diluculo, idest a iuuentu-
plic. te, & celerrime ad cœlum tollere se incipiat; pennis duarum alarum caritatis, erga Deum & proximum; sine quibus, vt recte diuus Prosper ait, uolat nemo.

Vnde istis geminis uirtutum qui caret alis,
Prosper. *Cœlorum ad regnum, non habet unde uolet.*

Reperiuntur quidam, qui mane surgunt; sed ta-
Iob 24. men ad malum; ueluti ad ebrietatem, & cum Luci-
Soph. 3. fero, ad superbiam. Datur enim quoddam mane
Isa. 5. prosperitatis, quo tempore homines facile peccant:
Iob 4. sed isti de mane usque ad uesperam succidentur: su-
Lib. 9. per quibus uerbis sic scribit Gregorius. De mane
Mor. 28. usque ad uesperam succiditur peccator, dum a uitæ
Locus ex suæ exordio usque ad terminum, iniquitatis perpe-
plic. tratione uulneratur. Vel improbi a mane usque ad uesperam succidentur, quia per prospera lasciuien-

tes depereunt, & per aduersa impatientes, ad insaniam exurgunt. Ex quibus colligere licet, mane interdum sumi pro bono, seu prosperitate, ut uespera pro rebus aduersis sumitur: uel mane pro gaudio, uesperam, pro tristitia; ut sequenti capite planius exponemus. *Aug.* *Cassiod.* *Psal. 91.*

De meridie, & uespera. Cap. 127.

EA est matutini temporis ratio, ut paulatim ad perfectam lucem crescat; quo fit, ut mane, pro diligentia in bono, seu pro progressu in uita spirituali ponatur. Propterea, nos quoque ad alias diei spiritualis partes progredientes, de meridie & uespera, ut qua ratione interno homini progrediendum sit, intelligatur, nunc scribemus. *Pro. 4.* Iustorum enim semita, quasi lux splendens, procedit, & crescit usque ad perfectam diem. *Orig.* Meridies, est tempus quo sol excelsiorem circuitus sui uerticem tenet, quo copiosius mundo lumen infunditur, quo magis merus & purus est dies, quo æstus uiget, quo sol, capiti, mediam orbis plagam habitantium, ad lineam imminet. Est ergo spiritualis meridies, abundantia gratiæ, summa rerum diuinarum cognitio, caritatis feruor, qui nascitur ex præsentia & uicinitate solis iustitiæ: quo tempore nullæ erroris tenebræ cernuntur, nullum frigus uiget. Ad hanc diei spiritualis partem qui perueniant, aut sub ea maneant pauci sunt: & si qui perueniunt, auxilio perueniunt diuino; quod indicauit propheta, cum cecinit. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, *Ps. 36.* & iudicium tuum tanquam meridiem; hoc est, Deus *Locus explic.* pietatem tuam illustrem faciet: ita ut, ceu sol, fulgeas: & tua iudicia, ita luculenta sint, ac sol est in meridie. Hunc statum sponsi, & solis sui cognoscere, uel eum in hoc statu manentem inuenire desiderabat sponsa, cum petebat: Indica mihi, ubi pascas,

Cant. 1. vbi cubes in meridie. Si quando, ait Origenes, sol
Orig. iustitiæ Christus Ecclesiæ suæ excelsa, & ardua uir-
Locus ex tutum suarum secreta manifestat, amœna eam pa-
plic. scua, cubiliaque meridiana uidebitur edocere: quæ-
dum quærit meridianum scientiæ lumen exposcit.
Iustus. Vel, ut Iustus episcopus scripsit, meridies in quo cu-
epist.o.in bat sponsus, est Ecclesia, in qua tanquam in meridie
Cant. uniuersum suo splendore perfudit. Cubare dicitur
sponsus in meridie; quia cum illis singulari quadam
ratione manet, ac uersatur; in quibus sapientiæ &
caritatis feruor abundat. Dicitur præterea iustus es-
se in meridie, cum ad eum peruenit statum, quo ope-
ra sua lucent coram hominibus; quo fit, ut glorifice-
Io.1. tur Deus, qui est fons totius lucis, quæ in homini-
Isa.58. bus reperitur. Ipse enim ut ait Isaias, animam splen-
Gen. 18. doribus implet: quo auxiliante lux in tenebris ori-
tur, & tenebræ ut meridies fiunt. Hoc tempore, nem-
pe in meridie, Abrahæ uisus est Deus ad quercum
Mambre, dum ad ostium tabernaculi sedebat. Ete-
Locus ex nim; si quis mentis luce, & cordis puritate ornatus
plic. fuerit, quasi in meridie positus, Deum ad Mambre,
id est ad uisionem, extra tabernaculum sedens; hoc
est a sensibus corporis seuocatus, uidere potest. Ad
hæc, meridies pro maximo æstu persecutionis usur-
patur; quo modo exponeres illud: In medio meri-
diei, idest in medio persecutionum, & calamitatum
feruore. In hoc tribulationũ meridie, una cum Chri-
sto internus homo cubet; hoc est, quietem ac refrige-
rium in ipsis tribulationibus capiat. Nanque illis,
qui tribulationis æstum ferre nequeunt, & ad blas-
phemias & execrationes, cum quid grauius patiun-
tur, se conuertunt, sol in meridie occidit, id est Chri-
Amos 8. sti gratia subtrahitur; qua, cum ea uti nolint, per
Locus ex subtractionem, ueluti per occasum quendam, me-
plic. rito priuantur. Vel certe, tunc alicui sol in meri-
die occidit, cum peccati tenebris offunditur. Pec-
catores nanque per diem incurrunt in tenebras, &
quasi

quasi in nocte, sic palpant in meridie; in tempore uidelicet legis gratiæ, quando sol iustitiæ, ueluti in meridie positus, omnia illuminat: sed tenebræ, idest peccatores non comprehendunt eum. Sumitur interdum meridies, ut Gregorio placet, pro uitiorum ardore & æstu, sicuti umbra, pro spiritualis gratiæ statu. Meridie ergo feruente in umbra Christus requiescit; quia, dum in improbis æstus uitiorum flagrat, ipse Sponsæ suæ spiritum refrigerij tribuit, & in ea sibi delectabilem locum quietis efficit. Sed hoc sibi sponsa indicari deposcit, quod nulli unquam declaratur, nisi ei, qui eiusdem sanctificatricis gratiæ munus percipit. Et hæc de die: nunc de uespera. Vespera, est ultima diei pars; quo tempore lux minuitur, calor minus uiget, feræ ex cauernis prodeunt, uiatores magis festinant. Multa de uespera mystice expositores in primum caput geneseos scribunt; nos breui, ut institutum nostrum postulat, de hac re dicemus. Vespera in primis, est obscura diuinorum mysteriorum cognitio, in ænigmate. Deinde, est tempus aduentus Christi, qui passus est ad uesperam, & nos debemus laborare donec ueniat mane. Postea, aliorum sententia, uespera est tempus ueteris legis, quod, qui in ea lege fuerunt, obscurius uiderunt, quæ clare conspexerunt, qui orto iustitiæ sole exstiterunt. Insuper, uespera, tempus huius sæculi, finem mundi, & mortem ipsam aliquando significat. Si pro fine mundi sumatur, in hac uespera refrigescet caritas; feræ, id est Antichristus & ministri eius prodibunt, & tanquam lupi ad uesperam uorabunt. Si uero pro fine uitæ, & pro senecta capitur, in hac uespera homini festinandum est, antequam nox ueniat; ut monet sapiens; manus non cesset: ita ut mane, & uesperi sacrificet Deo, antequam decidat & arescat. Ad hanc uesperam demorabitur fletus, id est mœstitiæ, & dolores qui sunt in hac uita, usque ad fi-

[Margin notes: Ioan 5. — Ioan. 1. — Locus explic. — Ps. 103. — Exo. 29. — Ier. 5. — Eccl. 11. — Psal. 89. — Psal. 29.]

Locus explic. nem uitæ perdurabunt: postea superueniet lætitia, quando, Deus a piorum oculis omnem absterget la- *Apoc. 21* crymam. Vel dicas, uesperam esse tempus pœnitentiæ; ad quod usque tempus peccator, ut in lege scri- *Leu. 11.* bitur, censetur immundus; ac propterea flere debet, ut pœnitentia completa, succedat lætitia: & tunc sacrificium uespertinum Deo offeret, quod ei est ualde gratum: præsertim quando eleuat manus, *Ps. 140.* id est orat, uel eleemosynas quibus peccata redimuntur, egentibus largitur. Hæc, quæ nunc scri- *Iob 11.* psimus, illustrat hic locus Iob: Si iniquitatem, quæ est in manu tua, ait Iob, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia; tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & *Locus explic.* non timebis. Miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum, quæ præterierunt recordaberis, idest obli- *August. Steu.* uisceris præteritarum pœnarum, quæ præterierunt, uelut aquæ fluxæ: & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad uesperam, id est tibi diuina gratia, tenebris miseriarum excussis, meridie fulgentior illuce- *Gen. 3.* scet. Si uero cum quibusdam per uesperam, defectum lucis gratiæ, & feruoris caritatis intelligere uolumus, quo tempore nostri primi parentes pec- *Luc. 24.* cauerunt, orandus est Deus, ut solem sistere uelit; & soli abire uolenti, dicendum est: Mane nobiscum quoniam aduesperascit: quo præsente tentationis, & aduersitatis uespera aduenerit, non est timendum; quia diuino auxilio, is qui angitur, ad uitæ uesperam perseuerabit: quo tempore, ob consummatum, & finitum opus, incensum Deo offeret; hoc est, gratias Deo aget; & a uespera, mane, & meridie, id est toto uitæ tempore, uel in omni *Exo. 18.* æternitate, narrabit, & annunciabit laudem Dei. *Locus explic.* De hora, unum, uel alterum uerbum nunc dicamus. Hora, idem quod, tempus oportunum, interdum significat: ut eo loco: Hora est iam nos de somno sur- *Rupert.* gere: uenerat enim tempus acceptabile, & dies salutis

lutis illuxerat. Ponitur etiam pro ultima mundi æ- *Rom. 13*
tate, & nouissimis diebus. Filioli, dicebat Ioannes,
nouissima hora est, idest postremum sæculum, qua *1. Ioan. 2.*
appellatione, tempus a Christo nato uocatur: qua
hora operarij in uineam ducuntur: quo fit, ut etiam
plenitudo temporis nominetur.

De spiritnali fame. Cap. 128.

QVemadmodum carnalis homo, nisi cibo potuque quotidiano sustentaretur, diu uiuere nequiret; simili ratione, nisi internus homo suo se cibo potuque reficeret necessario periret. Quare, ut ipse noscat quibus cibis, & quo potu uti debet, de his et mystice a nobis agendum est: quod, ut facilius fiat, de fame & siti spirituali, primum scribendum esse uidetur. Fames in animali, est appetitus calidi & sicci, ex consumptione suscepti alimenti prouenients: quæ etiam esuries dicitur, qua tamen uoce maior quædam cibi appetitio significatur. Reperiri famem & sitim aliquam spiritualem apertissime ex eo scripturæ loco discitur, ubi dicitur: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. *Matth. 5* Fames spiritualis duplex est: altera bona, quæ in bonis potissimum reperitur: altera mala, quæ in malis est; de qua, sic scripsit Origenes. *Amos. 8.* Vides quæ sit fames, quæ obtinet peccatores? *Orig. ho. 16. in Gene.* uides quæ sit fames quæ inualescat super terram? Qui enim de terra sunt & terrena sapiunt, & non possunt percipere quæ sunt spiritus Dei, famem uerbi Dei patiuntur, legis mandata non audiunt, correctiones prophetarum nesciunt, apostolicas consolationes ignorant, non sentiunt euangelij medicinam: *Locus explic.* Et ideo de his merito dicitur. Inualuit fames super eos. *Psal. 58.* Hac fame qui laborant, dicuntur famem ueluti canes pati. *Gen. 26. 43.* Hac fame conficiuntur peccatores dum in terra Aegypti, in statu scilicet

ſcilicet peccati, ſub ſeruitute Pharaonis, ideſt Dæ-
Luc. 15. monis, manent. Hanc famem patiebatur filius pro-
digus, qui a domo paterna, in qua qui manent, abun
dant panibus, longe receſſerat; ac proinde fame pe
rire dicebat; & porcorum ſiliquis, hoc eſt ſpurcis du
Locus ex riſque ſermonibus, ac doctrina, quæ replet, ſed non
plic. nutrit, ueſcebatur. Hæc eſt inædia illa, quæ inimici
Iob. 18. coſtas, ideſt ſenſus & mentis uires extenuare, ut nul-
latenus conſiſtere queat, dicitur. Hanc famem, tan-
quam maximam quandam punitionem Deus ſuper
Amos. 8. terram ſe miſſurum eſſe, per Amos prophetam, mi-
natur. Ecce dies uenient, dicit Dominus: & mit-
tam famem in terram: non famem panis, & ſitim
aquæ, ſed audiendi uerbum Domini, &c. Reperi-
tur etiam quædam bona fames, qua ueteres homi-
Pſal. 58 nes afficiuntur, & eſt deſiderium, quo diuinam mi-
ſericordiam, qua ſua ipſorum culpa ſe caruiſſe ſen-
Aymar. tiunt, guſtare deſiderant. Sunt qui de modo recu-
Falcon. li. perandi famem, & ſitim rerum ſpiritualium, nec nō
de exhil.. etiam de cauſis unde naſcantur ſcribant, ſed nos de
animi. his nihil. Eſt etiam quædam fames bonorum ope-
Florent. rum, qua illi laborant, qui ſola fide, cibo bonorum
lib. 1. ca. operum ſpreto, poſſe ſe ſatiari ſperant: qua fame mi
14. ſeri & miſerabiles noſtri temporis hæretici enecan-
tur. Nam, licet uerbo Dei, quod tantopere iactant,
ſe nutriri putent: tamen, decipiuntur; cum non ue-
ro catholicæ ueritatis cibo, & pane angelorum, ſed
ſiliquis; hoc eſt Lutheri, Oecolampadij, Zuinglij, &
Caluini erroribus ueſcantur; ac demum pro pane la-
pides, pro piſcibus ſcorpiones ſument: & ideo famē
Luc. 11. patiuntur ut canes. Hanc famem non patitur, qui
Pſal. 58. eſuriendo iuſtitiam eam ſectatur: de qua ſcriptum
Pro. 10. eſt: Non occidet Deus fame animam iuſti: quod
confirmatur ex his, quæ regius propheta, hac de re
Pro. 36. cecinit: Iunior fui, etenim ſenui, & non uidi iuſtum
derelictum, nec ſemen eius quærens panem, ideſt
neque filios eius pane indigentes. Quem locum, ut
quidam

quidam volunt, non de pane materiali cum uideamus sæpe iustos, saltem aliquo tempore rebus ad uitam necessariis carere, sed de spiritali cibo exponere debemus: super quibus uerbis, ita scribit Euthimius. Vel altius intelligi potest, ut dicat, se non uidisse iustorum semen famescere: hoc est spirituali cibo carere: iuxta illud: Non necabit fame Dominus animas iustorum. Aliquando enim semen Iacob in Aegypto panem quæsiuit. Iusti autem perpetuo eo cibo, quo fit uoluntas Dei pascuntur: cum non in solo pane, sed in omni uerbo quod ex ore Dei procedit, idest ex quacunque re, siue prospera, siue aduersa nutriantur; cum omnia eis in bonum conuertantur. Quantum Deus, ne iusti fame pereant, curet, constat ex scriptura in qua legimus, Deum pascere aues, dare escam pecoribus, & pullis coruorum inuocantibus eum: & Eliæ, corui ministerio suppeditasse panem. Quare, merito cecinit propheta: Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore oportuno: tu aperis manus tuas, & imples omne animal benedictione, idest muneribus, & donis; cibo, & rebus omnibus ad sustentandam uitam necessarijs: &, esurientes impleuit bonis. Hinc est, quod omnia ad Deum confugiunt, atque ab eo quęrunt escã sibi. Ex quibus intelligi licet esse quandam bonam famem, quæ reperitur in iustis; famem scilicet iustitiæ ueritatis & bonorum operum. Atque iusti esurire dicuntur, dum nunquam se iustitia saturos esse sentiunt, & iustificari magis magisque cupiunt, & charismata meliora ęmulantur: & hi sunt esurientes, qui implentur bonis. Reperitur præterea quædam fames spiritualis in quibusdam, qui aliorum cupiunt salutem: qua fame Christus Dominus & eius apostoli uehementer laborarunt; qua omnes animarum curatores affectos esse oportet. Hi sunt famelici qui comederunt messem, & spicas præ inædia ut manducarent uulserunt. Ij ergo, quorum est animarum

Euth.
Locus explic.
Genes.42
Luc. 4.
Ps. 103.
Ps. 146.
Iob.38.
3. Reg. 17.
Ps. 103.
In Cētur. cap.63.
Luc. 1.
Bar.2.
Ps. 103.
Apo. 22.
Luc. 1.
Act. 10.
Iob. 7.
Mar.2.

Iob. 22. nimarum salutem esurire, eas fame perire non per-
Isa. 58. 5 mittant, ne dici illud possit: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: nobiles eius interierunt fame. Est præterea alia spiritualis fames, quā qui sunt magis spirituales sentiunt; fames uidelicet æterni cibi; hoc est æternæ felicitatis: quia, cum hæc
Tob. 1. apparuerit, tunc uiri spirituales satiabuntur; nec e-
Ps. 16. surient, nec sitient amplius. Etenim anima eorum,
Apoc. 7. qui ad hanc felicitatem peruenerint erit hortus irri
Isa. 43. guus, & ideo ultra non esurient. Quare, ibi nulla e-
Pro. 13. rit fames, idest nulla appetitio, nulla indigentia, nul-
Iere. 31. la afflictio, siue ieiunium; quas significationes fa-
2. Cor. 11 mes interdum in scripturis habet. Reperitur etiam quædam mala fames, ut uindictæ, diuitiarum, uolu-
Num. 11 ptatumque carnalium, qua laborant, qui Aegypti cepas desiderant; a qua fame nouus homo ex peccati statu iam eductus, cauebit; ne ut illi in deserto huius uitæ, a Deo grauiter puniatur, & tandem in terram promissionis ipsis intrare non liceat.

De siti spirituali. Cap. 129.

QVamuis, quę de fame dixi, eadem, eodemque fere modo de siti dici & explicari possint: tamen, maioris facilitatis causa, separatim de siti scribendum esse existimaui. Sitis, est appetitus humidi & frigidi, ex calore extrinseco potissimum proueniens. Translate in scripturis significat egestatem, atque alicuius rei desiderium; & nunc in bonam, nunc in malam capitur partem. Sitis spiritualis bona, primum in eo reperitur, qui cum sentiat se ueluti terram aridam esse sine humore diuinæ gra-
Exo. 17. tiæ, & deuotionis, aut calore humanæ concupiscen-
Psal. 63. tiæ ardere, spirituali aqua, quæ de petra fluxit, refrigerare se cupit; & cum propheta dicit: Sitiuit in
Locus explic. te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea: in terra deserta inuia, & inaquosa; hoc est, ego cupidissime

diſſime deſidero te, o Deus, & uehementiſſime ad te anhelo, tuique deſiderio æſtuo: dum ſum in hac terra torida, cui deſunt aquæ, in hac inquam terra, quæ eſt ueluti deſertum inuium. Deinde is ſitire dicitur, qui maiorem aquæ ſpiritalis abundantiam concupiſcit, qui iuſtitiam ſitire dicitur, qui magis, magiſque Deum cognoſcere, & amare exoptat. Præterea, is bene & ſpiritualiter ſitit, qui animarum ſalutem uehementer deſiderat, & una cum Chriſto dicit. Sitio: aut, Da mihi bibere. Inſuper eſt alia ſitis, qua uiri iuſti in hac uita afficiuntur; ardens nimirum deſiderium uidendi Deum, cupiditas potandi de torrente uoluptatum eius: & ueluti onagri & cerui ad fontem aquæ uiuæ anhelant. Anima ſitim patitur, ait Caſſiodorus, cum deſiderio cœleſti commota, diuinos fluuios expetit. Ad quem fontem nemo peruenit, niſi prius in eo fiat fons aquæ uiuæ. i. gratiæ ſalientis in uitam æternam. Quam aquam nemo poterit haurire, niſi ex eo fonte, de cuius plenitudine acceperunt omnes; hoc eſt, ex Chriſto Domino, quem tanquam Dei filium uidimus plenum gratię, & ueritatis; qui propterea clamabat, & dicebat: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat: Qui credit in me, inquit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuę. Agnus enim deducit ad uitæ fontes eos, qui bibunt in atrijs ſanctis eius; ubi qui bibunt, non ſitiunt amplius. Reperies poſtea quoſdam, qui male ſitiūt, ut ſunt, qui aliorum diuitias bibunt, cuiuſmodi ſunt auari: ſed hi morientur in ſiti ſua. ſiquidē auaro tam deeſt qđ habet, quam quod nō habet. Eſt. n. auaritia huiuſmodi, ut quę ab alijs abſtrahit, ſibi ipſi neget.

Sap. 11. Matth. 5 Pſal. 61. 66. Ioā. Rau. ſer. 143. Pſal. 40. 103. Caſſiod. Ioan. 4. Ioan. 1. Deut. 18 Apo. 22. Ap. 7. 22 Pſal. 22. Iſa. 62. 49. Iob. 5. Iſa. 5. 50 Senec.

Tantalus a labijs ſitiens fugientia captat
Flumina. Horat.

Hanc peſſimā ſitim, quę uix extingui poteſt (procedit enim diuitiarum appetitus, ubi naturæ modum exceſſeris, in infinitum) is extinguet, qui, quæ natura requirit, ea ſolum deſiderabit. Natura au- Ariſt. 1. pol.

tem

tem infinitum abhorret, cum paucis sit contenta.
Memento paupertatis principatum, ait Diogenes e-
Diogenes pistola ad Cratem Thebanum, a me tibi datum, in omnem uitam. Tibi igitur opera danda est, ne hanc amittas, aut de ponas, aut ab aliquo tibi auferri sinas. Tu uelim putes pallium tibi leonis esse pellem, baculum clauam, peram autem terram & mare, unde alimentum accipies; & sic tibi succurret quædam herculei animi elatio, omni optima fortuna præstatior. Quod si tibi caricę & lupini supersunt, mitte quæso. Vale. Vide, ex uiri sapientis sententia, quam paucis
Ioan. Mona. in uita Alex. contenta sit natura; quantum paupertas sit iucunda. Vide quanti fecit hunc uirum, qui socijs eum irridentibus, dixit: Diogenes esse uellem, nisi Alexander essem. Quanti fecit Diogenem, qui cum secundum Alexandrum fecit? At quanto melius sensit, qui sua fortuna contentus, nihili fecit Alexandrum? Et cum facilius sit esse Diogenem, quam Alexandrum, qui tamen nunquam contentus fuit, etiam quando totius mundi imperio potitus est, præstabit esse uelle Diogenem, cui, cum esset contentus, nihil aberat,
Apul. Bona. Apol. de Paup. quam Alexandrum. Et Apuleius scriptum reliquit, paupertatem olim philosophis uernaculam, & cunctis laudibus apud omnes nationes functam, fuisse. Nec, ut aliqui male putant, uirtutibus nocet, cum sit in nudis contenta uirtus, & paupertas uirtutum &
Herma. Scot. artium omniũ semper fuerit genitrix, et altrix. Quare si quis paupertatis commoditates intelligeret, cũ quodam poeta caneret: Viuitur exiguo melius: & alium sic canentem audiret:

Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Claudia. *Finge Deo.*

Vir. lib. 8 Atque cum alio exclamaret:

Pauperis angustique laris, o munera nondum
Lucan. li. 3. *Intellecta Deum.*

Ac etiam cum alio diceret: Ne mihi diuitias no-
Menand. mina. Non enim magnifacio, quod pessimus quisq;

facile

facile sibi comparat. Idque uerum putaret, quod aliquando Diogenes dixit, paupertatem *Diogen.*
uirtutem esse αὐτοδίδακτον, id est per se doctam: & *Thales.*
cum Thalete eos reprehenderet, qui paupertatem philosophiæ impedimento esse putant.

Quid mensa significet, & quæ sit spiritualis hominis mensa. Cap. 130.

CVm famelici & sitientes ad mensam uehementer accumbere desiderent; ideo, cum de fame & siti egerimus, de mensa agamus oportet,
qua explicata, suo deinde ordine, ijs rebus, quæ in ea *Psal. 22.*
solent apponi instruemus. Mensa in diuinis eloquijs *68.*
in uniuersum omne id significat, in quo homines
acquiescunt, & quod opem fert; ac demum id, sub cu *Malach.*
ius auxilio aliquis tutus esse uidetur. Apud aliquos *1.*
prophetas, mensa Domini, est eius altare: & mensa *Ezech.*
facierum, siue propositionis, quod idem est, id signi- *41.*
ficat, quod corã Deo, ueluti panes propositionis po- *Anto. de*
nitur; de qua re a quibusdam late disputari solet. Ad *Monel.*
hæc, mensa pro cibo & potu, ac pro omni re, qua re- *lib.4. ca.*
ficimur, atque pro uerbo Dei, eiusdemque uerbi prę *16.*
dicatione usurpatur. Mensa, ad quam interno homini, generatim loquendo, accumbendum est, sunt ea
omnia in quib. spiritalis proponitur cibus; & ita con- *Greg. 33.*
cionem, & de rebus diuinis sermonem, idque genus
alia, mensam nominares. Speciatim uero, scriptura sa *mor. 21.*
cra mensa nuncupatur; de qua exponeres illud: Para- *Psal. 22.*
sti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Scriptura siquidẽ ueluti quædam mensa coram omnibus fidelibus est parata; in qua omnium ci
borum genera reperies; ex qua interno homini, cum *Pro. 9.*
uarijs laboribus est defatigatus, cibos quibus se re- *Orig. ad*
creet, sumere licet. Hæc est mensa quam sapientia in *Rom. li.8*
ea, quam sibi ædificauit, domo instruxit. Cum ad hanc *Psal. 22.*
mensam, tanquam ouis in herbido prato collocata,

inter-

internus homo, se accumbere uiderit, una cum propheta dicat: Deus regit, uel pascit me, in loco pascuę, siue herboso, ibi me collocauit. Quod aliquando se facturum Deus per Ezechielem pollicitus est. Ego su-
Isa. 40. scitabo super eas pastorem meum, qui pascat eas, seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Verum, o rem iniquam: quantum hæc diuina mensa despicitur quantũ uili penditur? quantum multorum animæ ad hanc mensam nauseant? Alij nanque appositos cibos uituperant: alij ordinem ciborum in ea appositorum damnant: alij male con-
Syn. 6. Act. 4. ditos esse existimant: alij leuiores esse iudicant: alij magnificẽtius instructos esse uellẽt: alij denique, qui
Syn. 7. act. 1. mos semper fuit, & est hæreticorum, non uerentur corrumpere, & deprauare. Deus ergo cibos uitupe-
Gregor. Ricelus de maris hæret. ratione dignos suis filijs edendos apposuerit? pro panibus lapides, pro piscibus scorpiones dederit? Is pater, qui solus bonus est, bona dare filijs suis non nouerit? Is, a quo omnis manauit ordo, qui non est confu-
Origen. dial. de fi. sionis auctor, sine ordine cibos collocauerit? Infinita sapientia insipidos cibos parauerit? Cibos famem ex-
Matt. 6. plere non ualẽtes, qui omnia muneribus suis replet,
Ps. 103. & satietate afficit, nobis esurientibus dederit? Qui
Genes. 1. omnia bene fecit, & quæ fecit, erant ualde bona, mensam pro dignitate non instruxerit? Cibos, quos Deus ob summam misericordiam ad nos sustentandos dedit, homo corrumpet? vt, quę ipse ad uitã conseruandam instituit, hominum improbitate, nos uita pri-
Malac. 1. uent? O iniqui mortalium animi: O peruersæ mẽtes:
Hieron. O scelerata ingenia: De hac mensæ suæ despicatione,
161. apud Malachiam, his uerbis conqueritur Deus: Men
Ezec. 34. sa Domini despecta est. Væ illis, qui huius mensæ cibos conculcant, & potum pedibus conturbant; & his quæ conculcarunt & turbarũt, alios pascunt. Et quod etiam deplores, quot uidemus ex ijs, qui quotidie ad hanc mensam accumbunt, legentes, & canentes diui-
Ps. 109. na oracula; & tamen, qui cibi in ea sint non uident,

non gustant, nec gustare curant. Quoties decantatur psalmus ille: Dixit Dominus Domino meo: & tamen, quam pauci sunt, qui quod legunt & canunt, intelligant? & dum legunt & non intelligunt, nec intelligere curant, negligere uidentur. Et hæc est præcipua causa, cur multi hanc mensam non amant; quia cibos in ea positos nō gustāt. Demiror equidē, cū uideo sacerdotes aliquos totos ipsos annos, immo totū uitæ tēpus recitare diuina laudes, & quid dicant intelligere non curare. Quare, ad hanc mensam ita accūbendum est, ut quæ apposita sunt gustentur, ne fiat in scandalum, & ne cibus ad uitam institutus euadat uenenum, diligenter cauendum est. Præterea, mensa noui hominis est sacrum altare, seu sacra communio, in qua cibus supersubstantialis manducandus proponitur: panis inquam, quem nauis institoris, hoc est Beatissima semper Virgo de longe portauit. Hic panis factus fuit in Bethlehem, idest in domo panis, quę est Ecclesia; quam domum sapientia septem columnis, idest uarijs ædificauit ordinibus. In qua domo, mensa, est sacrnm altare, uinum permixtum, est sanguis Christi cum diuinitate coniunctns, in qua martyrum uictimæ mactatę sunt. Ecclesię mensa, ait Cassiodorus, est beata communio, epulatio felix, securitas fidei, esca cœlestis. Nec desunt his nostris temporibus, qui hanc diuinam mensam uilipendunt, subuertunt, & conculcant; dum ex ea uerum panem, ueram carnem, uerum potum auferre conantur: dum loco ueri & solidi cibi, uanum & merum signum, & cibi umbram quandam apponunt, & mysteria omnia remouent: dum mensam quandam ab ipsis recens inuentam, & suo modo instructam proponunt. Sed fiat mensa eorum in laqueum ipsis, ut ijs ipsis rebus, unde salutem haurire putāt, pereant. Amplius, noui hominis mensa, est ea, quam ei cœlestis in cœlo parauit Pater. Ad hanc mensam, qui accumbet, laborum manuum suarum manducabit; hoc est pro

Cato. *Psal. 69.* *Cassiod.* *Pro. 31.* *Pro. 9.* *Locus explic.* *Cassiod.* *Decā. Loua. contra Luth.* *Thom. Vual. tit. 16. cap. 191.* *Luc. 22.*

Psal. 16. ratione operum præmium accipiet suum. De qua
D. Salo- mensa intelligeres illud Iob: Requies autem men-
niue. sæ tuę erit plena pinguedine. Huius mensę quanta
Iob.36. sit iucunditas, quanta suauitudo, quanta delectatio,
qui explicare possit, est nemo. Nunc, de sapore rei
Claudius nondum gustatæ, quis iudicium ferat? Quod si quis-
Ensbene piam aliquid de hac re cognoscere cuperet, scripta
Eleg.1. eorum legat, qui de quibusdam referunt singulari
Mar. Dei beneficio æternæ beatitudinis dulcedinem gu-
Mar. lib. stasse. Insuper, de Philippi presbyteri sententia, men
ult. sa spiritualis est interni hominis conscientia: de qua
Auctor. re, declarans illud; filij tui sicut nouellę oliuarum in
Spec. e- circuitu mensę tuæ, sic scribit. Per mensam, nos re-
xem. tit. cte conscientiam intelligere possumus; ad quam bo-
5.6.7. na opera, uelut filij, congregantur; ut hominem ue
Philip. luti oliuam rationalem de suis fructibus, gaudio spi
Psal.127 rituali reficiant. Et certe, si quid in hac uita boni est,
Locus ex si ulla est consolatio, si quid est, in quo homines ac-
plic. quiescant; est bona, & serena conscientia, uoluntas
bene affecta. Vt merito quidam nefas esse dixerit,
Cic.lib.6. eum appellare miserum, qui se recta conscientia su
cap.1. stentare possit. Et alius: Si quis ex me sciscitetur, q d
Episte.a- sit præstantissimum, & maximum; quid respondebo?
pud A- Num eloquentiam dicam? Non possum: sed dicam,
ria. id, esse uoluntatem, si sit Recta, & Bona. Et alias:
οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ, προαίρεσις ποιά; idest essentia boni,
est aliquo modo affecta uoluntas. Dei mensæ, ex la-
Ezech. pidibus quadratis constructa, exponente Gregorio,
40. sunt sanctorum corda, ex lapidibus quadratis, idest
Locus ex ex uerbis scripturæ, quæ firma & nulla ex parte re-
plic. prehensibilia sunt, constructæ: quibus mensis iusti
Dei holocaustum offerunt; quia semetipsos a carna
li uita in cogitatione mactant. Mensa super qua man
Drego li. ducauit, & bibit Christus, fuit crux: ubi manduca
de passio- uit optimum cibum, patris uoluntatem implendo;
ne. & bibit uinum summę caritatis, quo inebriatus, ma-
ximo sopore affectus est.

Quid

Quid sal significet, & quod sit sal spirituale.
Cap. 131.

VBi de mensa egimus, consequens est ut de his, quæ super mensa ponuntur agamus, eamque ijs rebus, quæ ad comedendum, & bibendum sunt necessariæ instruamus: ac quidem priore loco de sale, & calice dicemus. Sal terrenum, quę humore abundant, exiccat, a corruptione præseruat, quod est insulsum sapidum reddit, & sine eo mēsa omnino manca & imperfecta censetur: Et ideo prius solet apponi, cum absque eo nullus fere sumatur cibus. Trāslate apud Latinos, pro sapientia, iocis, & riduculis, iucundisque dictis sumitur. Hinc est, quod eum, qui est facetus, & gratiosus, salsum appellamus: & insulsum, qui fatuus & ineptus est. Hac uoce salse, sacræ literæ uarijs modis translate utuntur. Spirituale sal, primum, auctore Gregorio, dum exponit illud Iob, aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? est, occultæ intelligentiæ uirtus, seu spiritualis intelligentia legis; sine qua intelligentia, qui legem legit, insulsum comedit? Intelligentia ergo spiritualis, spirituales cibos salit. Deinde, spiritale sal est sapientia ipsa; qua, qui preditus est, omnia cum sale salit, & comedit, ac alijs comedenda præbet. Vt sicuti omnis corporalis cibus sale terreno, ita omnis humana actio, & sermo, sapientiæ sale conditur. De hoc sale exponere licet illud: In omni oblatione offeres sal: ac si diceretur: omnis actio quæ in honorē Dei fit, debet sapienter ac prudenter fieri: Vel p sal, intellige diuinam gratiam, quæ nomine salis non raro significatur; quo sale omnes operationes condiendę sunt, ut & Deo, & nobis sapiant. Hoc sale peccati humor exiccatur, a corruptione uita spiritualis præseruatur, & opera alias insulsa saliuntur. Postea, spirituale sal, est sermonis gratia, & lepos: de quo sale

Quint. li. 6.

Gregor. mor. 7. c. 14.

Leu. 2.

Locus explic.

Origen. lib. 2. 9. cels.

Baſ.in nonnulli intelligunt illud Pauli: Sermo ueſter ſem-
reg.breu. per in gratia,ſale, hoc eſt,ſuauitate & lepore,uel ut
Locus ex alij uolunt,prudentia,ſit conditus. Inſuper, per ſal
plic. rectam in operibus intentionem alij ſignificari uo-
Coloſ.4. lunt: qua ratione,locum ex Leuitico paulo ante cita
Hugo tu exponunt. Siquidem, rectum in omni operatione
Card. propoſitum,ne operatio corrumpatur, uel inſipida
ſit,eſſe neceſſe eſt. Eundem locum, ſicuti & multos
Mar.9. alios in quibus mētio de ſale fit, de ſale diſcretionis,
Hugo. quæ in omni actione eſt omnino adhibenda, intelli-
gere poſſes. Amplius, ſal eſt modeſta correctio, quo
ſale terra,ideſt homines terreni,& peccatores ſalien
Locus ex di ſunt; hoc eſt corrigendi, ne putreſcāt,ſed conſer-
plic. uentur; & ut eorum humani humores exiccentur,
inſipiētiaque ſaliatur. Quod ſal iam euanuiſſe uī; cū
pauci ſint,qui eo utantur;& ſi qui utūtur,ſine ſale di
ſcretionis utunī & ſi hoc ſal euanuerit, in quo ſalieī
Hiero. terra?Salſedinē correctionis ait Hieronym⁹, amor ꝓ
Mar.9. ximi tēperet, & dilectionē ꝓximi ſal iuſtitiæ cōdiat.
Locus ex Habete in uobis ſal,dixit Dominus, & pacem habete
plic. inter uos: ac ſi dixiſſet. Prudenter, & ſalſe uos ipſos
corrigite,& pacifice uiuetis. Poſtremo, ſal ſpirituale
Theophi- eſt tribulatio: de quo ſale aliqui,ex quibus Theophi
lac. lactus, intelligunt illud:Omnis enim igne ſalietur:&
Mar.9. omnis uictima ſale ſalietur: bonum eſt ſal, &c.hoc
Locus ex eſt, quilibet igne,& ſale tribulationis,quæ ueluti ſal
plic. humores uoluptatum exiccat,& a corruptione uitio-
rum præſeruat, ſalietur: & ideo dicitur,bonum ſal,
quo qui ſalitur, pacem habet, nec uoluptatum ſuper
fluitatibus putreſcit. Pertinebit ergo ad interiorem
Baſil. hominem,pro occaſione, & ciborum, atque menſa-
rū uarietate;hoc, uel illo ſpirituali ſale,ſiue ſpiritua-
lis intelligentię,ſiue ſapientiæ,ſiue gratię,ſiue lepo-
ris,ſiue diſcretionis,ſiue correctionis,ſiue rectæ intē-
tionis,& tribulationis uti. Atque, ut diuus Baſilius
monuit,dum corporis opera exercet,poterit pſalmis
& pijs cantilenis ſuas condire actiones.Et ut aliquid,
in gratiam

In gratiam eorum qui alijs pręsunt, aliquid specia- *Matth. 5*
tim de sale dicamus, meminerint, quod eos Domi-
nus docuit, ipsos priuate esse sal terræ. Saliant ergo
terrā:nō euanescāt,ne conculcentur.Cōseruent pec- *Chromat.*
catores a putredine, exiccent nimirū humorē terræ, *super hac*
idest nimium luxum cordis peccatorum, & tanquā *parab.*
sal,sed tamen salse,idest prudenter corrigendo, si o-
pus fuerit,mordeāt; & diuina gratia sapientiaq; sint
saliti. Hoc sal,uiros uidelicet probos, pios, religio-
sos,& sapientes,qui eorum sermones salirent, & su-
perfluitatem exicarent,non aliud sal,dicaces nimirū
homines & scurras ad suas mensas Christiani prin-
ceps adhibere deberent. Adhibent etiam corporis
medicos, qui eis in edendo rationem pręscribunt,&
salubres cibos pręfiniunt: Sed animæ medicos, qui
eorum errata, obtrectationes, uanos sermones, &
maledicta corrigant, non adhibent.Denique, ut hūc *Esd. 1. c.*
de sale concludamus locum; sal in diuinis elogijs,ter *4.*
rę infœcunditatem designat.Nanque,ut rerum natu- *Plin. lib.*
ralium scriptores tradunt, loca in quibus sal reperi- *31. c. 7.*
tur sterilia sunt. *Soph. 2.*
Iere. 17

De spirituali calice. *Cap.* 132.

INter alja,quę primum super mensam ponuntur,
est calix,siue Cyathus,de quo mystice sumpta ex *Ioan.*
sacris literis occasione, aliquid breuiter scribe- *Viguer.*
mus.Calix,in sacra pagina,aliquando pro uase, ali- *de Euch.*
quando uero pro passione,ac demum pro liquore in *Mat. 12.*
calice contento sumitur: a nobis hoc capite, nunc in *9.*
unam,nunc in aliam significationem capietur. Præte
rea,in utranque partem, in bonam uidelicet, & ma-
lam uarijs in locis sumitur. Vniuerse uero, significat
quidquid uoluntate diuina nobis obuenit, siue bo-
num,siue malū. Hinc fit,ut duplex reperiatur calix;
quorum alter bonorum,alter malorum esse dicitur:
hic flagella,& pœnas,quibus impij ob sua errata affi-

ciuntur continet: ille pœnas quidem continet; sed si ob Dei gloriã sumuntur, est calix gratus Deo, & mi-
Isa.51. rùm in modum sumẽtes refocillat. Calix itaque quo improbi uinum merum iustitiæ diuinę sumunt, sunt
Psal. 74. calamitates, & ira Dei. Huius calicis fecem bibunt peccatores, dũ in eos sine misericordia, diuina exer-
Psal. 10. cetur iustitia. Hic calix, sunt laquei ignis, sulphur, spi-
Ier.25. ritus procellarum quem, propheta quidam calicem uini furoris nominauit. Et apud Hebræos calicem fu-
Isa. 51.n roris bibere, est diuinam punitionem ferre. Ad hũc calicem priuate, uelint nolint os admouebunt, qui ad æternos cruciatus detrudentur; qui usque ad fundũ, & fecem potabunt. Calix uero, quem Deus dat bibebere iustis, sunt ut dicebamus, eædem pœnę, in gloriam Dei patienter susceptę: qui calix salutaris, siue
Psa. 115 saluationum dicitur: de quo intelligitur illud: Cali-
Locus explic. cem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo: hoc est, potabo calicẽ tribulationũ, per quas salus acquiritur; ac Deũ, qui mihi hunc calicem exiccandum sua misericordia præbet, laudibus prædicabo: cũ Dñs
Act. 14. sit sors partis meę, & calicis mei.i.portio, & hæreditas mea. Qui hunc calicẽ bibunt, calicem Dñi bibere
Luc. 22. dicuntur: quẽ Christus Dominus apostolis propina-
Psal. 15. uit cum dixit: Calicem quidem meum bibetis; hoc
Mat.20. est, cruciatus quos ego patiar, uos perpessuri estis.
Ps. 115. Qui calix merito præclarus dicitur: Quia, preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. Hũc
Abdias. calicẽ suis temporibus libenter apostoli bibũt, ut de
lib. 1. Petro Abdias antiquissimus scriptor, de quo Iulius
Iulius Afric. Africanus historicus meminit, saluatorẽ in carne uidisse, libro primo scriptũ reliquit; qui crucis calicem sibi ob eum libenti animo sumpsit: idẽ de beato Andrea libro tertio idẽ auctor refert. Hunc eũdẽ calicẽ bibere, diu Ignatius, ut ex eius epistola ad Romanos
Ignat. cõstat, uehementer desiderabat. Et pariter mulier illa, quæ lætabunda cũ paruulo filio ad martyriũ properabat; cũ a quodã interrogaretur, quo tẽderet; respõ

dit: quo

dit:quo alij ire festinãt:& cũ ille subderet:Nõ audisti fore ut oẽs a Præfecto occidantur;audiui ait, & ideo festino.Rursus ille;quo puerum trahis ? respondet, ut martyrium suscipere mereatur. Et de quibusdã,q̃ in Aegypto perpessi sunt,scribitur;alios, alijs ceruices cædentibus dãtes ꝓuenisse; & solũ illud timuisse, ne sol diẽ clauderet,& separati a martyrũ consortio remanerent: & dũ priores iugulabãtur, reliqui non torpebant,sed psallentes Deo, hymnos canebãt. Ad hæc,calix est diuina cõsolatio:quã qui sentit, cũ Dauide exclamat:Calix meus inebrians,quã præclarus, uel quã abundãs est.Iã uero,calix est uas doctrinę, hoc est eloquentia aut diuinus sermo, & sacra scriptura:quo calice potatur uinũ inebrians,de quo dicetur postea. Huc pertinẽt, quæ de phiala, & Cyatho spirituali scripsit Gregorius. Quid uero per phialas, nisi larga prædicatio? Quid uero per cyathos, nisi minima & tenuis de Deo locutio designatur?In mensa igitur domini, & phialæ præparantur, & cyathi, quia in doctrina sacri eloquij nõ solũ exhibẽda sunt magna,& arcana quæ deebriãt, sed & parua & salubria,quæ quasi per gustũ notitiã præstãt.Deniq;, cuiusque portio,siue bona,siue mala,pœnarũ ꝑdictio, & denuntiatio, calix nominatur. Spirituales calices Deus ab æterno,dum quidquid cuique tollerandum statuit,propinauit:quem is quoq; propinat, qui pœnas nuntiat,aut proponit,sumitve.Cęterũ,cũ cuique in hac uita aliquis calix,uelit nolit ebibendus sit;curabit internus homo,quemcũque calicẽ, siue pœnarũ,siue consolationis ab amantissimo patre datũ hilari aĩo exiccare.Et si fortasse inferior rationis pars,timore perterrita,cũ tribulationũ calix proponitur refugiet,atq; dicet:Trãseat a me calix iste;statim superior ratio subiungat: Veruntamẽ non mea,sed tua o Domine uoluntas fiat.Ad quod faciendũ facile inducetur,si Christi & sanctorum ardens desiderium, ac promptam ad hunc calicem sumendum,quam habuerunt uoluntatem,considerabit. Alias.n.salutaris

Tripar.li. 7.ca.52. lib. 3. ca. 30.

Eus.li. 8. c.9. Victor. Vicens. de pers. vand.

Apo. 17

Greg.20. mor.2.

Iere. 25.

Luc. 22.

calix, ut improbis accidit, mortifer fieret. Adde, quod Domino, a quo tot bona accepit, gratius retribuere nihil pōt, quā si hunc salutis calicē læto aīo ebiberit. Quo fiet, quod nunquā fęcem calicis illius, qui dicitur

Psal. 74. plenus mixto bibet. De quo calice hæc scripsit Dauid: Calix in manu Domini uini meri plenus mixto;

Locus explic. & inclinauit ex hoc in illud: ueruntamen fex eius nō est exinanita, bibēt omnes peccatores terræ: Hoc est, Deus calices duos hēt, quorū alter cōtinet uinū merū, nō delibutū aqua misericordie: alter uero est plenus mixto; hoc est supplicio clemētia tēperato: & effundit unū in alterū, ut pmisceat: uerūtamē, fex hoc est grauior, & acerbior pœna illius prioris calicis, nō est exinanita; ex qua bibent omnes peccatores terrę. Præterea hunc pœnarum calicē, facile quis effugiet, si in pauperes fuerit benignus; si uel calicē aquæ frigidę eis ex caritate dederit. Cū effuderis esurięti aīā tuā, & aīam afflictā repleueris; orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erunt sicut meridies; & requiē

Isa. 58. tibi dabit Dominus Deus tuus semper, ait Isaias.

De manducatione spirituali. Cap. 133.

Antequam super spiritualem mensam cibum & potum ponamus, de spirituali manducatione & potatione seorsim facilitatis & ordinis causa scribendum esse diximus: ut his explicatis, quę de potu & cibo fusius dicenda sunt, intelligantur me-

Gen. 31. lius. Comedere, in sacro codice, est apprehendere, cōficere, cōsumere, corrodere, frui, seu uti, dictis famā alicuius lacerare; & denique multas alias habet hoc

Ioan. 4. uerbum significationes, ab ijs uocibus quibus cū cōiungitur sumptas. Cibos comedere, est bene operari: herbas comedere, ut Philoni placet, est sensus appetiones sectari, & brutorū more uiuere. Comedere &

Ose. 4. nō satiari, est perfrui uoluptatibus, quæ spiritualē

Hieron. uentrem replere nequeunt. Comedere, mystice, ex diuo Gregorio ij dicuntur, qui uitā actiuā degunt: cum

hæc uiuendi ratio maiorem quandam exercitationem,& laborem requirat:& qui contemplationi uacant ob contrarias causas,bibere censentur. Item,ex Lib. 1. eodem,qui difficiliores scripturæ sensus diu manden mor. 21. do cum difficultate percipiunt,bibunt,qui uero faciles,seu cum facilitate,intelligunt,deglutiunt. Similiter,qui solidiore cibo utuntur,comedunt: bibunt uero,qui faciliorem doctrinam,quasi lac epotant. Vel, ij comedunt,qui cum difficultate suauitatem spiritus Ricar. S. percipiunt:qui uero eandem dulcedinem facile hau- Vic. riunt,bibunt. Ad hæc,comedunt & bibunt, qui diuinos sermones libenter, & cum uoluptate audiunt,& opere perficiunt:quoniam ij, omnia, quæ ad corpus reficiendum pertinent,sumunt: Speciatim uero qui omnes sensus scripturarum percipiunt,sapientiæ panem comedere dicuntur. Pro.9.5 Postremo,comedunt,qui ad perfruendam æternam beatitudinem a domino Isa.65. Deo uocantur: qui per Isaiam id seruis suis pollicitus est: Ecce serui mei comedent,& uos esurietis:ecce serui mei bibent,& uos sitietis. Et hi sunt,qui bona Mich. 6. terræ uiuentium comedunt. Reperiuntur quidam, Agge. 1. qui comedunt,& non satiantur,ut sunt Iudæi, & hæretici,qui comedunt,legẽdo scripturam; sed cum careant spiritu,quo percipiẽda, & calore caritatis quo digerẽda est,nihil in succum,sanguinemque conuertunt;& ideo patiuntur famem ut canes. Item,illi comedunt, & non satiantur, qui, quæ audiunt,aut dicunt, opere non exequuntur. Psal. 58. Multi,ait Gregorius, legunt, & ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi uocem prædicationis audiunt, sed post uocem uacui recedunt; quorũ & si uenter comedit,uiscera non replentur. Quia, & si mente intellectum sacri uerbi percipiunt,obliuiscendo,& non seruando quæ audierint, hæc in cordis uisceribus non reponunt. Item,comedit, & non satiatur, qui uerba Dei audiens, uel tractans,lucra, uel gloriam sæculi concupiscit: & bene non satiari dicuntur;quia,aliud mandunt,aliud esuriunt.

riunt. Quo modo enim ſatiabitur is, qui dum de pin guedine ſpiritus ſui, & aliorum debet eſſe ſolicitus,
Iſa. 59. inani gloria, & uano lucro, replere ſe ſtudet? Reperitur præterea quoddam comedere omnino horren-
Iere. 31. dum, quod eſt, comedere oua aſpidum; quod eſt eorum, qui erroribus paſcuntur. Sunt etiam qui dicuntur comedere uuam acerbam, ut ſunt, qui ob perpetrata ſcelera, triſtitia afficiuntur, etenim maxima illa frigiditate quæ reperitur in peccato dentes ſpirituales ſicuti mãducatione uuæ acerbæ corporis dentes, obſtupeſcunt. Item, ſunt alij qui ſanguinem comedunt, quod erat in lege prohibitum, & hi ſunt, qui ho
Mich. 3. micidium appetunt. Poſtremo, reperiuntur multi, qui uelut anthropophagi carnes populi comedunt, quod eſt eorum, qui uel famam, uel ſubſtantias alienas conſumant. Multi ſacri doctores de manducatio-
Roſen. contra Oecolãp. ne ſpirituali cum de ſumptione corporis Chriſti contra hereticos diſputant, ſcribere ſolent: de qua re, nos leuiter aliquid attingemus. Modi manducandi Chriſti domini noſtri corpus, ſunt duo: alter, quam ſacramentalem uocant; alter quem ſpiritualem appellant. Illi ſacramentaliter manducant, qui Chriſti corpus ſub ſpeciebus contentum ore ſumunt: ita ut, etiam ſi, non debito modo accedentes manducando peccent,
1. Cor. 11 tamen manducare dicãtur; quod ex Apoſtolo cogno-
Mag. 4. d. 9. de con. d. 2. Timore. Quid eſt. De conſ. d. 4. 2. In illo. Iran. 6. Locus explic. ſcitur, cum ait: Iudicium ſibi manducat. Illi uero ſpiritualiter manducant, qui non re, ſed aliqua alia ratione manducant. Hic modus triplex eſt. Primus, quo aliqui dicuntur manducaſſe Chriſtum in figura, qua ratione, manducantes agnum paſcalem, ſeu mãna, Chriſtum manducaſſe cenſentur. Alter, quo aliquis in uoto implicito mãducat; ut is qui baptizatur; quia baptiſmus eſt aditus ad ſacramentum Euchariſtiæ: Ex quo declaratur illud Chriſti dictum: Neminẽ poſſe ſaluari, niſi eius carnem manducauerit: quam ſpiritualiter pueri dum baptizantur, mãducant, ac propterea ſaluantur, etiam ſi, re non manducant. Tertius,

tius, cum quis uoto, & desiderio explicito, ac efficaci uoluntate corpus Christi sumere cupit; sed tamen re non sumit: qui modus suo fructu non caret. Sed de hac re fusius scribere, ad institutum nostrum nihil attinet.

De spirituali potatione. Cap. 134.

QVamuis ex proximo capite, quid sit bibere spirituale ex parte manifestum sit: tamen, speciatim hac de re aliquid scribemus, ut quosdam loquendi modos, qui in diuinis literis reperiuntur, multum ad rem nostram pertinentes, exponamus. Bibere igitur in sacra pagina, in malã partem, est calamitatibus premi, & aduersa perpeti. Et hinc est, quod calix, pro rebus aduersis, & punitione sumitur: quem bibere, est pœnam sumere. Item, bibere est spoliare, rapere, & quasi aliena bona sugere. San guinem bibere, est insignem de inimicis uictoriam re ferre: uel peccatis operam dare: quibus ita quidã delectantur, ut iniquitatem, quasi aquam, bibere dicantur; dum summa uoluptate, facilitate, promptoq; animo inique agunt. Aquam bibere, est rebus mũdanis, & uitiis uacare; uel ex caducis fluxisq; rebus refrigerium capere: idque præsertim, quando curuatis genibus bibitur; quã ratione qui bibunt, inepti ad prælia iudicantur. Bibere, in bonam partem, præter ea, quæ proximo capite diximus, est diuinas consolationes capere; & quam dulcis sit Deus gustare. Gustate, & uidete, dicebat Propheta, quam suauis est Dominus. Ecce, ut dabat omnib. bibere, dum omnes ad gustandum diuinæ consolationis uinum inuitabat. Et sponsus: Bibite, & inebriamini carissimi: de qua sancta ebrietate paulo inferius nos scribemus aliquid. Amplius, bibere aquam in bonam partem, est spiritualem doctrinam gustare; quam, tunc quis gustat, cum eam ex petra, qui est Christus haurit. Sanguinẽ Chri

[Marginal notes: Ps. 74. / Aba. 1. 3. / Ps. 110. / Iob 15. / Iud. 7. / Psal. 33. / Cant. 5. / Exo. 17.]

sti bibere, non modo est, verum eius sanguinem potare, sed etiam est incorruptionis, & immortalitatis
Ioan.6. 1.Cor.11 eius participem fieri. Reperiuntur aliqui, qui aquam
Pro. 5. de uasis suis bibunt: quod nihil aliud est, quam rebus
D. Salonius. suis uti, uel suo consilio uiuere; aut certe, ut diuus Salonius scripsit, est ea seruare, quæ alios ex sua do-
Eccl. 9. ctrina aliquis docet. Et hæc breuiter generatim de consedere, & bibere adnotare placuit. Alia quæ ad hæc capita pertinere uidentur, paulo post afferētur, cum de cibo potuque scribetur. Vt autem spiritualis homo cibo, potuque spirituali delectetur, a commes-
Rom.13. sationibus, & compotationib. carnalibus, ut ab Apostolo monetur, se contineat; ne fiat carnalis, qui dici, & esse cupit spiritualis. Siquidem, spirituali uitæ multum abdominis uitium, quo maxime carni seruitur, a qua spiritualis homo debet esse seiūctus, repugnat. Hinc est, quod qui priuate spiritui inseruiunt, a cibis quantum possunt abstinent; ut ex ecclesiasticis histo-
Hieron. rijs, & sanctorum patrum monumentis non uno in
Philo de uita sup. loco discitur. Quidam per integras hebdomadas cibum non capiebant: alij solis herbis a terra sumptis
Niceph. contenti erant. Verum, ne longius a nostro digredia-
Cassian. mut proposito, solum adscribam, quod Cassianus collatione quinta capite primo & uigesimo refert, cum id commode in hunc locum ueniat. Quidam idiota philosophis quibusdam hoc proposuit problema. Multis creditoribus pater meus me reliquit obnoxium, & omnibus satisfeci: uni tamē nondum, etiam quotidie soluendo, satisfacere potui; qui, & quotidie me exagitat. Et cum illi explicare nescirent; sic ipse exposuit. Ceteri creditores, sunt cetera uitia, quibus hactenus satisfeci: is creditor, cui nondum satisfacere potui, est uētris uitium. Hoc enim uitium, ni quis diligenter principio ab ipso caueat, ad uitæ finem us-
August. ser. de ieiu. que perdurat. Malæ dominę, ait Augustinus, seruitur gulæ, quæ semper experit, & nūquam expletur. Quid enim insaturabilius uentre? hodie suscipit, cras exigit.

git. Fugiat igitur internus homo hoc uitium; quod uirtutes opprimit, uirginitatem uiolat, castitatē perdit, libidinem accendit, intellectum obtundit, uoluntatem deprimit, memoriam obruit, corpus aggrauat, carnem adipis luto inuoluit, uires debilitat, calorem extinguit, innumeros denique morbos gignit, & uitam adimit. Qui huic uititio est deditus, lāguet, ægrotat, dolet, putet; & ex oculis, ex manibus, & ore, & denique ex toto corpore, sordes effundit. Qui hoc uitio laborat, non cœlestia, sed terrena sapit; nō quæ hominis, sed quæ bestiarum sunt cogitat; non de uirtutibus, sed de suauitate ciborum loquitur; non habet animum in cœlo, sed in patinis; non de literis, sed de salsamentis disputat. Hoc uitium, primos parentes de paradiso expulit; pistorem suspendit, populum necauit, Ierusalem euertit, diuitem in inferno sepeliuit. Quid non lamētaretur stomachus, si posset, contra hoc uitium? a quo non recreatur, sed læditur; non leuatur, sed opprimitur; non iuuatur, sed offenditur, non impletur, sed obruitur? Et, ut tandem concludamus, uentri obediētes, in brutorum numero ponuntur, non hominum. Breuis gulæ uoluptas, ut spacio loci, uix sit quatuor digitorum; spacio temporis, uix sit tot momentorum. Valeant igitur παμφάγοι. Qua si diceres, Omniuori, qui abstinentiam, qui ciborum delectum, qui ieiunia, sine ratione, cōtra perpetuum ecclesię usum, contra religionem omnem, uituperāt: Seruiant uētri, Deo suo, quem uerus Deus una cum ipsis destruet. Corpora scilicet, quæ Dei templa sunt, epulis infarcienda, & uino madefacienda sunt? Portabunt Deum in corpore suo, qui cibis, & uino sunt expleti? Eleuabitur ad contemplanda cœlestia qui grauatur a crapula? Internus igitur homo a matre sua Ecclesia, & sanctis patribus, ac doctoribus edoctus, moderate cibis utatur, ciborum habeat delectum, ieiunio delectetur, auream mediocritatem amet, eamque in omni re amplectatur. Quia;

Galen. Hipp. Eccl. 37. Gen. 3. 40. Ps. 77. Luc. 16 Innoc. 3. li. 2. c. 17 Thelesphor. Pa. 1. Cor. 6. Clictou. contra Luth. Alber. Pius contra Erasm. Horat.

Theoph. Ber. eleg. de medio

Non frustra solita est medium laudare uetustas:
Nam nihil laudari dignius orbis habet.

Teoph. lib. 2. de hist. plãt. c. 13.

Quoniam, sicuti arbores, quæ omne nutrimẽtum ad se nutriendas absumunt, infœcundæ sunt: ita homines, qui soluni corporis nutritioni incumbunt, nullos bonorum operum fœtus edunt.

De spirituali cibo in uniuersum: qui, & quæ sint spirituales cibi. Cap. 135.

Cyrill. lib. 9. in Leu.

ANtequam de cibis spiritualibus quidquã priuatim dicamus, ut de eodem cibo uniuerse scribamus tractationis ratio poscere uidetur: de qua re, sic scriptum reliquit Cyrillus. Nutrimenta spiritus, sunt diuina lectio, orationes assiduæ, sermo doctrinæ, his alitur cibis, his conualescit, his uictor efficitur: si non facis, noli conqueri de carnis infirmitate. Suauis, ac minime grauis cibus, est Dei uoluntatem facere; qui cibus semper est in promptu; nulli deest, quo qui uescuntur nunquam languescũt, nunquam famem patiuntur; cum in omni loco & tempore, ex uoluntate Dei, omnia facere cuique liceat. Hic cibus mirum in modũ uires instaurat; facile concoquitur, totusque in sanguinem conuertitur. Hunc cibum sumebat Christus dominus; de quo loquens dixit: Ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis, Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui mi sit me, ut perficiam opus eius. Ac si dixisset: Non ueni ad saginandum corpus, non ad cutem laute curandam; sed ad saluandos homines: & hoc est munus mihi a patre impositum. Sunt etiam spirituales cibi bona opera. Huc faciunt illa Domini uerba; Operamini nõ cibũ qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Qui his spiritualibus cibis non uescuntur, moriantur; quos, qui reijciunt, seipsos necant; qui uitu perant, & ex aliorum manibus extorquent, alios occidere cõtendunt. Quid de eis diceres, qui bona ope-

Io. 4. De pœn. d. 2. c. inter hæc hircum, 1 Ambr. Io. 6.

ra, uenenum esse, dum ea peccata, impudentissime, & stultissime esse affirmant? Eadem libertate, qua utuntur, qui a recta fidei uia aberrant, dicere poterant, grauissima peccata, esse optima opera & Deo gratissima. Et quid mirum si tantum ueneni fundunt, qui oua aspidum comederunt? Nunquam igitur fidelis, & uerus Christianus hunc panem a crudelissimis harpijs, e manibus sibi extorqueri ulla ratione sinat; sed cum magistro & domino suo Christo dicat: Hic est panis meus, ut faciam uoluntatem Patris mei. Et quę nam est Dei uoluntas; nisi ut bene operemur, & opera ipsi grata faciamus? Nunquid præcipit, quod sibi displicet? id, quod detestatur? iniquitatem scilicet & peccatum? Ne igitur tu fidelis fame pereas, si opus fuerit pro hoc pane retinendo, pro uita animæ conseruanda, corpus expone, omnes cruciatus perfer; certissimus, te uiuere non posse sine bonis operibus, ut sancti patres, sacra concilia, ac ipsa etiam te ratio docet. Siquidem non uiues, nisi labores manuum tuarum manducabis. Christi cibum, quæ est animarum salus animarum curatores speciatim manducare deberent; quod, non modo loco proxime citato eos docuit Dominus, sed etiam quando Petro dormienti; multa obtulit animalia, eique dixit: Occide, & manduca. Varij cibi, de Ambrosij sententia, sunt uarij sacrarum scripturarum sensus; quibus Deus, iumenta, & pecora, pullosque coruorum. i. doctos & indoctos, paruulos & adultos, pro ipsorũ diuersa natura, quotidię sua summa misericordia pascit; ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. Scriptum est enim: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Huc facit, hic Ezechielis locus; Fili hominis quodcunque inueneris comede, comede uolumen istud, &c. Quidquid, ait Gregorius, in scriptura inuenitur, edẽdum est; quia, & eius parua simplicem componunt uitam, & eius magna subtilem ædificant intelligentiam: sed oportet cum

Isa. 59. *Ioan. 4.* *Ps. 5.* *Anicet. ad Gal.* *Felix. 1. epist. 1.* *Six. 3 li. de malis doct.* *Ps. 122.* *Act. 10.* *Ambr.* *Ps. 32.* *Matt. 4.* *Deut. 8.* *Ezech.*

Ezechie-

Cyril. lib. 7. in Leu. Ezechiele aperire os, ut Deus nos uolumine isto cibet. Postremo, cibus mundus, est conuersatio mũda, immundus uero, consuetudo immunda. Si mundus is, quo cum loquimur, bonum cibum sumimus, si uero immundus, malum cibum capimus: ut merito qui- Theognis dam scripserit.

Te bona nanque boni, si una uersabere docebunt: Praui, sed periment.

Quare, cibus iste malæ consuetudinis, qui solet multum ineptos delectare, eosque nutrire, tanquam nauseosus, & alienis dentibus præmansus, despiciendus est. Cum uero internus homo ad spirituales cibos edendos accedere uoluerit, caueat, ut illotis manibus illos sumat: sed prius manus spirituales lauet, ita ut pure, & sancte singula faciat, & contingat: Et a Christo, Pauloque doctus, antequam cibum capiat, pijs eum uerbis benedicat, signoque crucis cõsecret: quod faciet, si, cum est aliquid acturus, Dei nomen inuocabit, sacroque signo se consignabit. Vbi uero sumpserit, gratias Deo agere meminerit.

Chrysost. hom. 52. in Mat.

De spirituali pane, qui est Christus. Cap. 136.

Congruum sane non uidebatur, ut caro corruptioni obnoxia, & cõditione infima suum haberet panem; anima uero carne longe præstantior, pane sibi necessario careret: cũ omnia quę creata sunt, quo sustententur egeant. Propterea censendum est æternum Patrem spirituali homini panem spiritualem parauisse; de quo omnes fere expositores quartam orationis dominicæ petitionem exponunt: & nos, quæ de spirituali pane scripturi sumus, hunc locum diligenter exponentes dicemus. Et ut a significationibus uocis huius auspicemur, panis sæ-
Isa. 3. pissime pro omni cibo ponitur, sicuti aqua, pro om-
Iere. 5. ni potu: quo modo multi exponunt illã petitionem. Panem nostrum quotidianum da nobis, idest omnia

quæ

quæ ad cibum potumque pertinent. Ponitur etiam panis pro omnibus rebus, quæ necessariæ sunt ad humanam uitam traducendam: qua ratione quidã, eandem petitionem exponunt: ut panis petitione, annona, uestes, & alia id genus ad uitam sustentandam necessaria intelligantur. Quo fit, ut in sacra pagina comedere panem, sit prandere, uel cœnare, & omnia, quæ in mensa apposita sunt comedere. Item, nomine panis significatur eruditio: ut saturare pauperes panibus, sit eruditione uerbi explere. Alias huius uocis notiones, cum de spirituali pane agam recensebo. Spiritualis itaque panis est multiplex, ut ex his qui de eo aliquid scripserunt, cognoscere licet: & alij plures, alij pauciores enumerant; & præterea, alij sunt panes boni; alij uero mali. Materialis panis, humanum corpus nutrit, reficit, roborat, sustentat, satiat; uitam denique præbet: quos etiam effectus spiritualis panis spiritualiter producit. Primus, ac præcipuus panis spiritualis, est ille, quem Deus operantibus in hac uita ad eos alendos, & sustentandos de cœlo ex sua infinita misericordia dedit; panis inquam Angelorum, Christus dominus; ad quem sumendum his uerbis eos prouocauit: Venite, & comedite panem meum. Hunc panem se dare uelle Deus promisit in lege, cum dixit: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. Quem locum eleganter more suo Origenes tractans, ac de Christo exponens, tandem his uerbis concludit. Ad uesperam quidem uergentis mundi, prope finem cursus sui positi, Dominus uenit. Sed aduentu suo, quando est sol iustitiæ, nouũ credẽtibus reparauit diem. Quia ergo nouum mundo scientiæ lumen accendit, suum mane quodammodo effecit, & suum mane tanquam sol produxit: & in hoc mane replentur panibus, qui eius præcepta suscipiunt. Christus ergo dominus, cum sit eiusdem cum Patræ naturæ, & uere Deus, in quo omnia uiuunt, per quem omnia uitam habent, merito in-

Ps. 115. Locus explic. Anton. Eroic. Cardi. ar. 45. par. 1. Iodo. Clict. ser. ult. de trin. Psal. 103 Aug. ser. 9. de nat. dom. Ioan. 6. Psal. 77. Pro. 9. Exo. 16. Orig. Locus explic. Idacus Clar. contra Vari. man. Victor episc. lib. de fid.

quit: Ego sum panis: ac si diceret: alij panes, non sunt panes: & panis uiuus, quia alij panes sine me, non dant uitam. Speciatim. Spiritualis panis est idē Chri-
Pro. 9. stus, sub speciebus panis, in sacratissima Eucharistiæ mensa in domo Dei, quæ est Ecclesia, nobis edendus a sapientia propositus. Cum panem nobis propositum esse dicimus, non intelligimus illum, qui oculis cernitur, non firmamentum, siue panem, siue placen-
Ps. 71. tulam illam frumenti in capite montium, id est ho-
Locus explic. stiam rotundam quæ a sacerdotibus supra caput eleuatur; sed eum, qui sub ea continetur, panē uiuum,
Ioan. 6. panem inquam uerum, non mysticum, non symbo-
Marc. e- licum tantum; eum panem, qui dixit, se esse panem:
pisto. ad eum panem, qui se ad manducandum dedit. Quod
Butr. 3. ita aperte, ita clare dixit, ut clarius explicare non po-
Bertr. de tuisset: ut omnem dubitationem de uera huius panis
corpo. manducatione abstulerit: sed ij, qui uolunt fame peri-
Christ. re, qui umbris delectantur, qui in luce ueritatis non
Lanfr. 9. sunt, contra tam clara scripturæ diuinæ uerba, con-
Bere. tra innumeros doctores, & sanctos patres, cōtra per-
Nico. Ca- petuam Ecclesiæ traditionem, rem certā in dubium,
bas. in suam & aliorum ruinam reuocare uoluerunt. At
Syn. 6. contra hunc errorem pro ueritate catholica ad insti
ac. 8. tutum nostrum lōgius disputare non attinet. Itaque
Concil. semper contumax extitit hominis uoluntas in hoc
eph. ep. pane excipiendo. Nam, quando promissus fuit in il-
Nest. lo suauissimo manna, cibum leuissimum, leuissime
Anton. appellauit. Quando postea in ueritate Dominus se
Moncha. hunc panem dare uelle dixit, qui aderant partim re-
cen cont cesserunt, partim durum sermonem esse dixerunt. Et
Caul. Fin. ubi institutus fuit, quot conati sunt, uel minuere,
Fer. li. 3. uel contaminare, uel prorsus ex medio tollere? Ve-
Ecbertus rum, portæ inferi hactenus non præualuerunt, nec
serm. 11. unquam posthac præualebunt aduersus eam; quia
c. 10. nobiscum erit usque ad consummationem sæculi.
Ioan. 6. Ad hunc panem sumendum, ipsemet panis, cum sit pa
Mat. 27. nis uiuus, his uerbis nos hortatus est: Accipite, &
man-

manducate. Quem non pudeat, non accipere panem, *Mat. 26.*
dicentem, accipe me, & manduca me? Quis non acci
piat panem uitam æternam dantem, & a morte libe-
rantem? Circulatori cuipiam polliceti aliquid quod
uitam perpetuaret, quod a morte liberaret, quis non
crederet? quis eius pharmacum, etiam multo argen-
to, non emeret? Christo ueritati æternæ, panem ue-
ram immortalitatem præbentem, pollicenti, non cre
demus? panem, quem ipse ad æternam uitam conse-
quendā ultro, & gratis donat, nō sumemus? O cecita-
tē? O stultitiā? Quā pauci? quam raro, quā male acci
piunt? Per se, & per ancillas suas inuitat, & non est
qui audiat. Misit enim ancillas suas, ut uocarent ad *Pro. 9.*
arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis est paruulus ue-
niat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, come- *Locus ex*
dite panem meum, & bibite uinum, quod miscui uo- *plic.*
bis: Sapientia clamat: ministri clamant, ut insipientes
ueniant ad mœnia ciuitatis, id est ad ecclesias, & ad
mensam dominicam: ex quo loco in singulis ciuitati
bus, oppidis, uillis, in innumeris denique locis, tran-
seuntibus, Christus inquit: Accipite, & mãducate: ue
nite, & comedite: & non est qui accedat, non est, qui
Christo & ministris eius ad communionem uocan- *1. Cor. 1*
tibus aures præbeat: O uere paruuli? O uere insi- *Mar. 14.*
pientes? cum panem quotidianum petant, & cum pos *Luc. 22.*
sint accipere, & ad accipiendũ prouocentur, non acci
piant, & fame pereant. Hic est panis, qui animam nu
trit, reficit, roborat, & sustentat; cuius efficacia usque *3. Re. 19*
ad montem Dei Oreb, id est ad cœlestem patriã per- *Venant.*
uenitur. Iste panis, ait Venantius presbyter, non est *ora. dom.*
communis cum reliquo; quia ille corpora protegit;
iste nouit animas nutrire; & qui illum manducat, esu
rit: qui autem isto fruitur, nulla fame torquetur: &
ideo tãto magis iste cibus est quęrendus, quãto plus
reficit epulatus. De hoc eodem pane nulli patres peti *Cypr.*
tionem superius dictam non exponunt: ubi quotidia- *Chroma.*
nus, uel supersubstantialis uocatur; græce ἐπιούσιον; *Matt. 6.*

Luc. 11. vel περιούσιον. Et ut hic locus planius exponatur, uox ista ἐπιούσιον. epiusion, composita est ab, ἐπὶ epi.i.super;ad, in,ex;& οὐσία, usia.i.substantia;ita ut panis dicatur ἐπιούσιος epiusios. quia per eum uitæ substantia quotidie conseruatur. Quare, petimus panem, quo quotidie sustentamur. Hunc panem Hebræi thamidi, id est quotidianum, uocant. Quod si petas, cur aliquando periusion, aliquando epiusion græce appelletur; dicerem cum Chrysostomo, has duas uoces idem significare: & septuaginta interpretes

Aristæ. quorum historiam Aristeas scripsit; uocem segulah, modo epiusion, modo periusion traducunt. Deinde, quoniam hic locus de pane materiali, & de pane cœlesti, & supersubstantiali, id est de Christo, qui est super omnes substantias creatas, intelligi potest. De hoc loco Marius Victorinus libro cõtra Arianos primo, ita scripsit. Da nobis panem epiusion.i. hodiernum: quoniam Iesus uita est, & corpus ipsius uita est: corpus autem panis; sicuti dictum est: Dabo uobis panem de cœlo. Significat ergo epiusion ex ipsa, aut in ipsa substantia. Et Cyrillus Ierosolymitanus. Panis uero iste sanctus supersubstãtialis dicitur, eo qđ substãtiam animæ confirmet. De modo sumendi hunc panem, & de præparatione necessaria, nihil speciatim dicam, cum passim a uiris pijs, uarijs in locis, & a doctoribus multa dicantur, ac disputentur. Illud dixerim, hunc panem uiuum, sumendum esse a uiuis.i. ab ijs qui nullam conscientiam grauioris peccati habent; quam si habent, nullo modo nisi prius iuxta decretum Concilij Tridentini confessi fuerint, sumant. Alias enim non panem, sed iudiciũ sibi manducabunt, cũ non diiudicent corpus Domini. Si itaq; a sumente aliquod graue peccatum commissum fuerit, cum contritione, & lacrymis ad hunc panem sumendum accedat; & uescatur pane suo, in sudore suo. De frequentia etiam sumẽdi, nihil scribam; ad quam, qui huius panis mirabiles fructus gustarũt, longis ser-

Marius Victor. — Cyril. Ierosol. — Trident. — 1.Cor. 11. — Thr. 1. — Ezec. 12. — Gen. 3. — Chrysostho. Madridius.

monibus

monibus excitare conati sunt:& satis cuique esse deberet,hunc panem uocari,quotidianũ:si quotidianus est,non fiat annuus. Et si quis uellet certum signum, an expediat sæpius,an uero rarius hunc panem sumere:eorum qui frequentius, & eorum qui rarius sumunt,uitam spectet,& facile intelliget, priores magis in uia spiritus, quàm posteriores proficere. Nec de præstantia panis huius aliquid disputabo, quia quantæ sit dignitatis, à nemine explicari posse arbitror.Poterit tamen internus homo illud animaduertere, hunc panem esse supersubstantialem, ut diximus,& esse panem Angelorum,ac de cœlo datum. *Caccia. Fulnius Androtius. De pœni. d.3. De quot.* *Num.11 Psal.77.*

Pane beatorum fruitur conuiua uiator, *Claud.*
Pascitur angelico pane sodalis homo. *Espęcęus carm. de Euch.*

Quare, si Hebræi in deserto uidentes huius panis umbram de cœlo cadentem admirabantur; & dicebant.man hu;idest, quid hoc? quanto magis Christianus,cum uidet hũc panem sibi offerri,admirari deberet?atq; omnino ex animo dicere: Domine,non sum dignus. Meminerit Deum fecisse memoriam mirabilium,cum hunc panem dedit timentib. se; & cum id cogitauerit,tunc cum matre sua exclamet: O sacrum conuiuiũ,in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis eius;mens impletur gratia,& futurę glorię pignus datur. Perpende igitur,cum ad hanc mensam,o interne homo accedis,quid in ea sumis. Sumis Christi corpus, quod omnes res creatas excellit; sumis gratiã, cuius uel minima particula pluris, quam totus mundus,& omnia quæ in eo sunt,ualet. Postremo,glorię æternę adipiscēdę tibi pignus datur.O igitur uere sacrũ,& admirabile, & superadmirabile conuiuium; O admirabilem erga hominem,Dei clementiam; O insignẽ caritatẽ; Quid homo retribuet Deo cibo pro se facto?& sic facto? Neque,ut quidã sapienter scripsit, minus aliquis debet; ꝙ alius idẽ debeat: quia,licet sit commune opus, est tamen speciale singulorum,& ad omnes æqualiter peruenit. Totum se *Exo. 16.* *Ps. 110.* *Theoph. episc. lib. 2. ad eccle.Cath.*

dedit uniuerſis,totũ ſingulis: niſi, quod propter hoc plus ſinguli,quam uniuerſi debent; quod,tantum ac ceperunt ſinguli,quantum uniuerſi. Vnde magis uni fit obnoxius,quod uidetur plurib.comparatus. Agat itaque internus homo pro tanto beneficio Deo opt. max.gratias, ac Chriſto domino,beatiſſimęque Virgini,quę ueluti nauis inſtitoris,de longe hunc panem portauit,ex qua factus eſt; quem nutriuit,& aluit,& tanquam uere Deipara nobis protulit.

Pro. 31. Vinc. Lire.

De alijs panibus ſpiritualibus, Cap. 137.

VEſpere comedetis carnes,& mane ſaturabimini panibus. Promiſit, ut ſupra diximus, hoc loco Deus,cibum ijs, qui in lege gratiæ & ueritatis futuri erant. Ex quibus uerbis aperte intelligitur uoluiſſe benignum patrem,non ſolum uno pane,ſed panibus,non ſolum panibus,ſed etiam carne, ſuos filios ſatiare. Quare,qui ſint alij panes, & quæ caro, quibus ſpiritus nutritur, explicandum nobis eſt.Alius ergo ſpiritualis panis, eſt uerbum Dei,ſcriptura ſacra,eruditio diuinæ legis. De quo pane ſancti patres candẽ orationis dominicæ petitionem exponunt. Panis noſter, ait Auguſtinus, eſt uerbum Dei,quem quando audis, aut quando legis, manducas; quando iam recogitas ruminas, ut ſis animal mundum, non immundum. Huc faciunt hæc ſapiẽtis verba. Theſaurus deſiderabilis requieuit in ore ſapiẽtis uir autem ſtultus glutit illum: hoc eſt,prudentes diligenter perpendunt,quæ audiunt;ſtulti uero,non item: ille glutit, in quo non apparet, quod uorauit,oblitus eſt, quod audiuit: ille ruminat, qui cogitando delectatur, & ſe manducare demonſtrat. Hic eſt ille panis, quem pauperes petierunt, & non erat qui frangeret eis; id eſt, qui eis daret, aut exponeret. Hic panis uarie affectus reperitur. Nam alius eſt minus ſapidus, & eſt literæ cognitio, qui

Exo. 16. Greg. 23 mor. 35. Aug. pſ. 36. ſer. 3 Pro. 21 Locus explic. Iſa. 38. Thr. 4.

panis non ita sapit spirituali gustui, non ita delectat: alius est magis sapidus & dulcis; & est mystica intelligentia; quo pane, utinam multi delectarentur: alius est durior, & est difficilior rerum diuinarum notitia: alius mollior, & est moralis, ac facilior legis explicatio. Hunc panem frangendum esse esurientibus, Dominus, & verbo, & exemplo docuit. Dum hic panis non frangitur, turbæ non satiantur, panis non augetur, famelici fame pereunt. Huius panis micæ, sunt sacrarum literarum mysteria. De hoc pane diuus Gregorius intellexit illud: Qui habitatis in terra austri, cum panibus occurrite fugienti: hoc est, qui habitatis in ecclesia, superni spiritus caritate perflati, qui panibus diuinæ eruditionis abundatis, occurrite fugientibus terrena, & æternam mortem, eos escis diuini uerbi reficite. Quare, cum in oratione dominica petimus panem quotidianum, petimus, ut diuini uerbi intelligentiam & gustum, amantissimus Pater quotidie nobis præbeat. Præterea alius panis, sine quo, nec momento quidem temporis internus homo uiuere potest, est diuina gratia, qua quotidie eget. Panis, ait Titus, est diuina uirtus, afferens futuram uitam perennem: sicuti panis ex terra prodiens, uitam temporalem conseruat. Hic est panis uitæ, & intellectus, quo Deus timentes se cibat. Nanque, qui gratia pascitur, is uiuere, & sapere dicitur. Hunc panem, una cum auxilio diuino, homo laborando in sudore uultus sui sibi acquirit, & manducat. Hic est panis quotidianus, quotidie petendus, quo uita spiritualis, calore carnalis concupiscentiæ debilitata, instauratur, conseruatur, & augetur. Petamus ergo quotidie id, quo quotidie egemus, dicentes benigno Patri, qui aperit manus suas, & implet omne animal benedictione: Pater, Da nobis panem nostrum quotidianum. Quo loco animaduertant, qui male de hoc pane sentiunt: Si Deus dat hunc panem, donum Dei est. Si noster, non solum Dei

Psal. 18. 118.
Ambro. lib. 6. in Luc.
Mat. 25.
Orig. ho. 25. in gen.
Ambro. lib. 8. in Luc.
Isa. 21.
Locus explic.
Isa. 33.
Gre. loc.
Titus.
Eccl. 15.
Innoc. in rescri. ad Concil. Cart.
Ps. 103.

non ſine libertate noſtra: Si quotidianus; perſeue-
Concil. rantia, non erit noſtra; cum quotidie Dei auxilio
Trid. egeamus, ſine quo uſque ad finem uitæ perſeuera-
re non poſſumus. Petimus ergo ut miſericordia diui-
na proſequatur nos cunctis diebus uitæ noſtræ. Am-
plius diuina ſcriptura, & ſancti patres de alio pane
mentionem fecere, qui eſt ſpirituali homini admo-
Pſ. 22. dum neceſſarius: & hic, eſt panis lacymarum, doloris,
Pſal. 79. & tribulationis: qui, ſi recte ſumatur, ſi bene degera-
Ambr. de tur, maximopere nutrit animam, quod, cũ diuus Au
interp. guſt. optime intelligeret, his hunc panem uerbis a
David. Deo petebat: Da mihi Domine in hoc exilio panem
doloris, & lacrymarum, quem eſurio ſuper omnẽ co-
piam diuitiarum. Et hic eſt ille panis ſubcineritius, de
Exo. 12. quo toties in diuinis literis fit mentio: quẽ nullius lau
3. Re. 17 dib. ſancti patres non celebrarunt. Hoc pane, cum uiri
Taraſius iuſti in hac uita ſe priuari ſentiunt, a Deo quodãmo-
epiſcop. do ſe eſſe derelictos arbitrantur: ut qui optime ſciũt,
conſt. ep. nullo meliore, & ſecuriore modo ad edendum illum
ad Ioan. panem, quo ad cœleſtem menſam beati perpetuo ue-
ſcuntur, ſe peruenire poſſe, quam ſi hoc pane ſe ciba-
uerint. Reperitur enim alius panis ſpiritualis in cœ-
lo a clementiſſimo Patre paratus, de quo legitur; Bea
tus qui manducabit panem in regno Dei: hoc eſt,
Luc. 14. qui in illa cœleſti domo beatitudine perfruetur: quem
panem edent pauperes, & ſaturabuntur. Denique
Orig. ho. ut Origenes ſcripſit, panis ſpiritualis, ſunt bona ope-
14. in E- ra; quem panem oportet quotidie manducare, quem
zech. qui non manducant, pereunt. Quare, hic panis nun-
quam e manibus ponatur, nunquam manus eo ua-
cuæ ſint: quod fiet, ſi omnia bona opera in gloriam
Dei fient. In diuinis literis, uaria de numero panum
fit mentio: nimirum de duodecim, & hi ſunt duo-
Luc. 24. decim articuli fidei: de ſeptẽ, & hi panes ſunt ſeptem
Mat. 17 ſacramenta: de quinque, & hi ſunt quinque libri le-
gis, uel quinq: ſenſuum puritas: de tribus, & hi ſunt,
ut quidam uolunt, tres uirtutes Theologicæ. Panes

mali

mali, q bus nouus homo uesci nō dēt, hi fere sunt. Primū, panis mendacij, qui suauis hominibus uidet; sed os manducantis hunc panem, ut ait sapiens implebitur calculo: hoc est, pronunciati mendacij pœnas dabit: uel panis mendacij, est humana iustitia, & sapiētia, quæ suauis esse, ac pascere uidetur; sed non pascit. Apud eundem sapientem, quidam reperiuntur, qui panes absconditos, quod suauiores uidentur libenter edunt; & hi panes, sunt uanę delectationes, & presertim carnis; quæ uidentur hominibus iucundores cum furtiue capiuntur; quasi Deus non omnia uideat. Verum isti una cum alijs, qui impollutum, & impietatis panem edunt, postea doloris panem manducabunt; hoc est, conscientiæ stimulis uexabuntur, & pœnas atroces dabunt. Abstinebit etiam nouus homo a pane fermentato, idest ab impura cōuersatione; & edet in azimis sinceritatis; hoc est cum puris pure uersabitur. Cum tot panes, & abundanter a suo patre internus homo, se accepisse cognouerit, ne sit ingratus, & in suos fratres crudelis, meminerit fratris egentis: atque eum aliquid materialis panis nomine patris sui a se petentem, non expellat: non remittat ad Deum, ut ei benefaciat. Noli ergo, o homo, ad Deum fratrem remittere, cum Deus, ut des ei, quæ ipse tibi impertiuit, & ut tibi benefacias ad te miserit. Mitte, ait scriptura, panem tuū super transeuntes aquas: hoc est; mitte eleemosynam ad egentes, & miseros qui aquas transire dicuntur, quia rebus aduersis & ęrumnis afficiuntur: quoniam post tempora multa inuenies illam. Attende; sapiēs dicit, ut mittas panem ad non petentem, non ut postulātem ad Deum remittas. Item: cum facies conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos (& hi sunt transeuntes aquas) & beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Quanta aut sit eleemosynæ utilitas, quot, & qui ex ea nascantur fructus, nō est loci huius latius exponere. Poterit internus homo ad

Pro. 20. Locus explic. Pro. Locus explic. Ose. 8. Locus explic. Psa. 126 Locus explic. Ezech. 18. Isa. 58. Mat. 25 Eccl. 11. Locus explic. Luc. 12. Tob. 4. Pro. 3. 22. Iul. Ful. de bono eleem. Alex. Alē. 4. par. Lud. ui. S. Laurē. ser. de eleem.

mo ad hoc opus excitari, si animaduertet posse fieri, ut etiam ipse aliquando pauper fiat; cum nemo de sua fortuna sit securus: cum hęc uita nostra sit τροχὸς; idest uita rota.

Ioan. secund.
Cum stat in imo,
Tendit in altum:
Cum stat in alto,
Tendit ad imum.

Parce igitur uiuat, de micis suis det pauperibus, immo Christo, qui pro ipso se totum dedit per mortem in cruce, & per sacramentum, totum in cibum in conuiuio. Vide quam parce uiuebat is, qui dicebat: Cinerem tanquam panem manducabam: hoc est, non secus panem sumebam, ac si cinerem manducassem; quasi diceret, ex cibo nullam delectationé capiebam, aut parcissime uiuebam. Quod si fieret, esset aliquid superflui, quod dari pauperibus posset.

Psa. 101 *Locus explic.*

De carne spirituali, qua spiritualis homo uescitur. *Cap.* 138.

Exo. 16. *Num.* 23
CVm Deus sit ueritas, ac proinde nulla ratione nec per se, nec per alium mentiri possit, (Deus enim non mutatur, & quod semel dixit, efficit) idcirco necessarium fuit, ut carnem quam promiserat existentibus in uespera huius mundi, daret. Propterea, carnem humanam accepit, atque suæ personæ uniuit; a qua uiuificandi spiritum, & carnem nostram haberet. Cum uiuificans Dei Filius, ait Cyrillus, in carne habitauerit ad suum bonum, eam ad uitam reformauit, & totus toti, ut ita dicam, ineffabili modo unionis coniunctus, uiuificantem iipsam effecit: quia natura uiuificans est; propterea participantes, hæc caro uiuificat. Deus igitur optimus max. ut promissa faceret, Filium suũ ad sumendam nostram carnem misit, quam uirtute diuinitatis suæ uiuificaret, & nobis in hac uespera

De ton. d. 2. *Christus.*

mandu-

manducandam traderet. Amen, amen dico uobis; *Ioan. 6.*
nisi mãducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis
eius sanguinem, non habebitis uitam in nobis. Qui
manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,
habet uitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus
uere est potus: qui manducat meam carnem, & bibit
meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens Pater, & ego uiuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me.
Circa quæ uerba, hæc breuiter adnotare placet. Primum, promiserat Deus carnem & cibum; sed hoc *Locus explic.*
loco, non modo carnem, sed & sanguinem, & potum
pollicetur. Deinde, cum homines nihil magis ament, quam uitam, spe uitę ad hanc carnem manducandem eos inuitat, & quidem spe æternæ uitæ.
Pręterea, ut eos magis excitet, sibique fidem habeat,
id iuramento confirmat. Insuper, ne quis dubitaret, an de uera sua carne, & de uero cibo loqueretur, *Hilar. li. 8. de trin.*
adijcit: Caro mea uere est cibus, &c. Vt merito scripserit Hilarius: De ueritate carnis, & sanguinis non *De con. d. 2.*
est relictus ambigendi locus. Amplius, docet quo
modo habebit uitã, qui hãc carnẽ manducabit: quia, *In Christo.*
erit in eo, qui est uita, & qui est uita, erit in ipso. Postremo quo modo id fieri possit ostẽdit: Quia, sicuti ipse uiuit propter patrem; ita qui Christum sumet, uiuet propter Christum. Hæc uero, ait Hilarius,
uitæ nostra causa est, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus, uicturi per
eum, ea conditione, qua uiuit ille in Patre. Hanc *1. Cor.*
carnem tunc manducandum dedit, cum dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum. Qua ratione hęc uerba accipienda, & quo modo ab hæreticorum calumnijs uindicanda sint, non est huius loci dę *Mat. 22*
monstrare: sed illud fidelis & interior homo uideat, *Sanct. in Isag.*
quàm Dominus uelit carnem suam manducari, qui
non modo inuitat, sed etiam offert, & præbet. Accipite;

pite; manducate; non solum colite, & apud uos seruate, sed etiam manducate, sumite; cibus sum, propterea, non solum in materiali tabernaculo me seruate, sed etiam animas uestras mea carne pascite. Quis, bone Deus a Christo Domino omnia, quæ ab ipso postularentur se daturum pollicente; ut suã carnem ad manducandum daret postulare unquam ausus esset? O Filij Dei bonitatem; o clementiam; nemine postulante, immo, multis cum id promittebat refrangantibus, id effecit. Vere, ait Augustinus, magnus Deus, & magna misericordia eius: qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta perpessus est: & sanguinem suum bibere. Non solũ hãc carnẽ Deus opt. max. in ueteri legę promisit, sed etiam modum, quo manducari debeat, dum agni paschalis manducandi formulam tradidit, præmonstrauit. Vt igitur ueri agni caro, conuenienti manducetur modo, breuiter formulam illam hoc loco explanabimus. Nobis ergo per mare uitæ huius transituris, & ad terram promissionis, hoc est ad beatã uitam redituris, Agnus, uera nimirum Christi caro, in ara crucis amoris & pœnarum ardore assata, comedenda est. Assatus itaque, ut nihil ex ossibus diminuatur, aut aliquid superflui remaneat, idest uitæ, & pœnitentia austeritate, nihil de fidei dogmatibus detrahendo, aut aliquid addendo, agnus edendus est. Ita ut caput, & pedes comedenda sint; totus scilicet; ut in eo per fidem, caput diuinitatis, & pedes humanitatis agnoscantur, ne imperfecte sumatur. Manducantes debent habere lumbos spirituales continentiæ & castitatis uirtute succintos. Teneant baculum in manibus, idest firma fide, & spe nitantur: stantes rectitudine scilicet uitæ, & morum, nullo peccatorum pondere, aut errorum deflexu curuati, manducent: Cum latucis agrestibus, idest cum amaritudine doloris, & contritionis: Festinanter, idest sine tepiditate, cum feruore, & deuotione: Cum azi-

De conf. d. 22. Acceserunt.

Exo. 12.

mis,

mis, ideſt cum animi ſinceritate, & puritate: Pedibus calceatis, ideſt cum memoria mortis, aut cum affectibus ab omni immunditia mundatis: Oſtium domus in qua manducatur, debet eſſe ſanguine agni tinctum; hoc eſt mens & cogitatio paſſionis Chriſti memoria debet eſſe affecta, Si quis ergo hanc Agni Dei carnem hac ratione manducauerit; ſentiet hanc carnem eſſe uerum cibum, ueramque uitam præbere: & tunc nihil de cepis Aegyptiacis cogitabit. Manducemus ergo carnem Chriſti, ut ſimus in Chriſto, qui eſt uita: ut ſine detrimento tranſeuntes mare, & deſertum uitæ huius, poſſimus peruenire ad æternam uitam; ad quam ij non perueniunt, qui ueram Chriſti carnem non manducant. *Num.* 11

De vino & muſto ſpirituali. *Cap.* 139.

ET ſi non ignoro multa ab ijs, qui myſticã Theologiam tractant, de ſpirituali uino ſcribi: tamen, ego in præſentiarum meliora ex multis colligendo, in pauca conferam. Et ut uini myſtici natura, ac uis planiùs explicare poſſim, de naturali uino aliquid prius dicam. Hoc igitur uinum hos in humano corpore fere producit effectus: humectat, nutrit, roborat, ſpiritus excitat, animũ exhilarat: *Pſa.* 109

Bibendo nanque uinum
Erumna dormit omnis, *Anacr.*

Dicebat is, qui ſemper de potando cogitabat, poculaque canebat: Colore faciem aſpergit, audaciorem reddit; lacrymas interdum educit, ſenes ſuſtentat, uulnera ſanat, mundat, odorat, ſi abundanter ſumatur inebriat, & denique ſi ad calorem exponatur in acetum facile commutatur. Vinum, ſi non ſit aqua permixtum dicitur merum; ſi ſit dilutum, dicitur mixtum. Eo a muſto differt, quod muſtum *Pſal.* 74.
eſt liquor recens ex uuis expreſſus, q adhuc impurus eſt, & feruet, ac minus nutrit: paulatim tamen per- *Iob.* 31.

ficitur;

ficitur; & dum maiore impetu feruet, uasa in quibus
Matth. 9 est frangere interdum solet; quod, uinum nouum; sicuti; quod diu conseruatum est, uetus appellat. Mysticum uinum, primum, est scripturæ sacræ cognitio; quæ quatenus refrigerat nomen aquæ, quatenus uero roborat, & spiritus generat, lætificatque nomen uini sortitur. Hoc uinum in sua domo sapientia
Pro. 9. uarijs sensibus miscuit. Spiritualis scripturæ notitia, est uinum merum, cum sit magis efficax, & ad inebriandum aptior; literalis uero, cum sit minus potens, est uinum mixtum. Vel in Augustino: uinum merum est lex sincera; fex uero, sunt corporalia sacramenta. Vetus uinum, quod non amplius feruet, est lex uetus; ut noua, nouum; quod qui bene gustant, ita afficiuntur, ut uideantur musto pleni. Illud ut utribus ueteribus; hoc in nouis mittendum
Matt. 9. est: illud, fuit primo appositum in nuptijs; hoc postea ex aqua misericordiæ diuinæ factum. Hoc uinum
Deut. 32 bibunt hæretici cum felle, quia cum pura ueritate errores permiscent, quod postea Christo in suis membris dant bibere. Est etiam uinum merum grauior Dei ira, quæ uinum iniquitatis, quod iniquos
Isa. 27. punire soleat, dicitur. Vinum mixtum, est eadem
Ier. 25. iustitia cum misericordia coniuncta; & hoc fortasse est uinum cum lacte mixtum. Vel, mixtum uinum,
Cant. spirituales & diuinas consolationes, quæ nouum hominem nutriunt, lætificant, corroborat, spiritusque in eo generant, esse diceres: & hoc est uinum,
Pro. 31. quod dandum est afflictis? Date ait sapiens siceram mærentibus, & uinum his, qui amaro sunt corde. Si-
Locus explic. ceram, inquit Hieronymus, & uinum hoc loco supremam diuinæ sapientiæ consolationem dicit; quæ illis est exhibenda cordibus, quæ infimis consolari refugiunt; & quidquid occurrit in præsenti, amaro suscipiunt animo; solis quæ nondum uident gaudijs cœlestibus tota mente inhærentes. Iuxta illud: Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & con-
solatus

solatus sum. Insuper, in cella uinaria spirituali reperitur aliud uinum, quod psaltes uinum compunctionis appellat, quo uulnera curantur. Vinum, ait Cassiodorus, comparata est uirtus, quæ in bonum propositum studium nostre uoluntatis immutat, & facit recta sapere, postquam meruerint homines di uina largitate complere. Quam sit efficax, & quam potens, & quam dulce hoc uinum, fuse sancti patres exposuerunt. De quo speciatim Berengarius sermone secundo de natali martyrum hæc scripta reliquit. Compunctionis uino potantur, qui pro peccatis suis apud se intus in mente stimulantur: quoniam perfecte abluitur immunditia sordis, quam sæpius lauit lacryma cordis. Hydria in qua continetur hoc uinũ, est hnmanum cor. Amplius, mysticum uinum, est intentus amor, & contemplationis feruor: qui audaciorem reddit, lacrymas prouocat, ad loquendum excitat, rerum caducarum obliuionem inducit. Hoc uino madebat Anna, quando orabat, tantum labia mouendo, & nihil dicendo: ita ut Heli sacerdoti uisa fuerit ebria: cum tamen nihil bibisset, quod inebriare potuisset; eo modo, quo arbitrabatur Heli. Sed, cum in cella contemplationis esset, in qua conditum est hoc uinum, non est mirum, si uisa est ebria, quæ uinum feruoris spiritus potabat. De hoc uino intelligitur, quod dictum fuit ab ea, quæ isto uino erat plena: Vinum non habent; hoc est caritate carent: aquam tamen, teporem uidelicet habent. Conuertatur aqua in uinum; tepor deuotionis & amoris, in feruorem spiritus & caritatis. Et hoc est uinum, quod in utres nouos mittendum est, idest in homines noue renatos; qui nouum uinum, idest, nouum feruorem continere ualent. Iam uero spirituale uinum, est summa illa caritas, seu sanguis Christi, ex summa caritate ex toto corpore fusus; quod uinum Rex gloriæ in cruce positus, nobis contenta uoce dat bibere, dum ait: Bibite, & inebriamini carissimi:

Psal. 76. *Psal. 59.* *Cassiod.* *Locus explic.* *Ephrem.* *Chrys.* *Bereng.* *1. Reg. 1.* *Ioan. 2.* *Locus explic.* *Matth. 9* *Locus explic.* *Cant. 5.*

mi: hoc est, contemplamini me cruci pro uobis ex
Locus ex plic. summa caritate, affixum, profluentem sanguinem
ceruite, accurrite, bibite, inebriamini. Etenim,
hoc uinum est merum, idest pura, & efficax cari-
Gen. 4. tas; nullo priuato amore, aut utilitate permixta.
Sanguis iste clamat, non uindictam, sed misericor-
diam; non ad mortem, sed ad uitam, non ad dolo-
res, sed ad amores; Bibite, & inebriamini carissimi.
cella uinaria aperta est: porta sacratissimi lateris
patet: ingrediantur peccatores, non timeant: Domi
nus uocat; petra refugium est herinaciis; latus uide
Ps. 503. licet Domini, peccatoribus. Quid ergo sitientes
Locus ex plic. stamus? cur non ingredimur, ut Christi amor nos re
ficiat? Frustra aperietur cella? frustra uinum, quod
ex nimio feruore utrem, idest Christi corpus uarijs
plagis rupit, decurret? Quare,

qui sitiunt properent.

Nanque latus latices late diffundit apertum,
Et large manant nectare palma, pedes;
Atque bibant omnes: nam gratis porrigit ansam
Omnibus, & grata uoce uocat, bibite.
Et quis non sitit?

Sitit Christus, sitiūt homines, nec sitis Christi extin
guitur, nec hoīum qui dū nec se, nec Christū amant,
Christū sitire, & se siti enecari crudeliter pmittūt; dū
nullam passionis Christi christiani habent memo-
Henr. Harph. riam. Quam salubris, aiebat quidam, dominicæ
passionis memoria? quia carnem dedit in cibum,
sanguinem in potum, animam in precium, uulne-
ra in remedium, bracchia in refrigerium, crucem
in clypeum, sudorem in medicamentum, cor aper-
tum in indicium amoris, aquam lateris in balneum,
totam uitam & mortem, in exemplum. Insuper
spirituale uinum speciatim est illud, quod expres-
Cant. 1. sum fuit ex botro Cypri; hoc est, ex præstantissimo
Isa. 36. corpore eius, qui torcular calcauit solus, sanguis
inquam Domini, quem tanquam quotidianum

uinum

uinum Ecclesiæ bibendum præbuit. Hic sanguis est uere potus, quem qui bibit habet uitam æternam. Hic est calix preclarus, hoc est uinum præstantissimum. Siquidem præstantius esse potest sanguine Christi? qui, quidquid aliqui dicant, ex se, ex suaque præstantia, non ex acceptatione, non ex gratia, fuit infiniti ualoris, pro infinitis mundis ualuit, etiam si guttam, uel minimam spectes: hoc si ei detrahas, quo modo erit calix præclarus; aut, ut alij uertunt, exuberans? non abundat quod deficit; id deficit, quod gratia eget. Quare, melius cum melioribus doctoribus, & cum patribus hanc infinitam uim, quam nemo sanę mentis negat non ex gratia, sed ex seipso hunc sanguinem habuisse diceres. Bibite ergo, & inebriamini carissimi, postquam tanta est huius uini uis. Vos carissimi, uos inquam sacerdotes speciatim Deo cari, quibus priuata quadam ratione hunc sanguinem bibere licet, bibite, & inebriamini. In hoc sacramento, inquit quidam, excessus diuinæ largitatis ostenditur. In alijs donis inter donantem & eum cui donatur semper aliqua diuisio remanet; sed cum se in cibum & in potum dat, ad omnimodam se confert unionem; sicut cibus, & cibans in corporis unione: sed hic non conuertitur in comedentem, sed comedens in cibum. Item, ut paulo supra indicauimus, mysticum uinum, est deuotio, quę solet spiritus generare, mentem exhilarare, & odorari; & huc pertinet, quod aliqui dicunt, conscientiam bonam esse spirituale uinum. Anima, ait Bernardus, est uinea; fides, uitis; palmites uirtutes; botrus, opus; uinum deuotio. Denique, inter alia bona una scientiæ uinum numeratur: quod moderate est bibendum, ne ebrietate mala afficiat: quia non oportet sapere, plusquam necesse est: Ne quid nimis. Quare, modico uino u-

Ioan. 6. Scor. Dur. Medin. Agapet. Pa. ep. decr. Ath. lib. de inc. Extr. Vnig. Capr. Caiet. Sot. Gabr. Vega. Iacob. Card. li. de Iub. Henr. Harph. Aug. Ber. Rom. 12. Alphons. 1. Tim. 5

tendum est, idque ob naturæ humanæ infirmitatem. Quod si quis absque nullo nocumenti periculo hoc abundantius potare cupit, humilitatis a-
Luc. 10. qua diluat; qua fiet, ut ex eo nulla nascatur ebrietas.
Dist. 45. Et licet omnia uina ad sanandas spirituales plagas
Disciplina. ualeant: tamen uinum asperæ pœnitentiæ ad hoc potissimum confert, ut ex parabola samaritani discitur. De musto: Mustum in bonam partem, est feruor spiritus; uehemens ac feruens deuotio, & cari-
Greg. 23. tas. Quod uinum non mittitur in utres ueteres. i. in
*mor.c.*11 ueteres & imperfectos homines, sed in nouos & perfectos; quales fuerunt Apostoli post acceptum spiritum sanctum; qui, cum essent hoc diuino mu-
Act. 2. sto pleni, loquebantur uarijs linguis, audacter confitebantur Christum, & ibant gaudentes, &c. Vel
Isa. 25. diceres, mustum esse uitam nouam, quæ adhuc amore carnali feruet; & cum sit impura, spumam imperfectionis emittit, & per uasis rimulas facile egreditur; ac demum paulatim purgatur, donec euadat uindemia defæcata. Vt hæc uina spiritualia conseruentur, ne calore affecta acescant, & in frigiditatem calor spiritualis uini conuertatur, collocanda sunt in cella uinaria, quę est uel Ecclesia, uel anima humana. Qui locus debet esse siccus paupertate, & frugalitate, aduersis rebus frigidus, & humilitate profundus. Est etiam cella uinaria pa-
Cyril. in radisus, in quam cellam introducitur uir spiritualis
Leu. per contemplationem: in qua est uinum illud, quod una cum apostolis & beatis Christus in regno
Eccl. 2. patris bibet: hoc est summa illa lætitia, quam per-
Francisc. cipient beati in cœlo, qua animæ beatorum lętifi-
Geor. Venet. cabuntur, & reficientur. Sunt præterea quædam uina mala, a quibus internus homo debet abstine-
Francisc. re: ut est illud de quo sapiens dixit: Cogitaui in corde
Pic. meo abstrahere a uino carnem meam: idest meip-
Cant. 1. sum ab humana sapientia, quæ est uinum cum fę-

ce permixtum remouere decreui: quo uino meliora sunt ubera sponsi; diuinę nimirum scripturę. Abstinendum est preterea a uino luxurię; quo uino meliora sunt ubera sponsæ, idest continentia, & castitas. Nec etiam gustandum est uinum, quo inebriatus est Loth, uinum uidelicet concupiscentiæ, uoluptatum, & curarum huius mundi: nec uinum inanis gloriæ, & superbię; quia hoc est uinum damnatorum, & iniquitatis, & illud uinum, quod potantes decipit: qui eos debilitat, in furorem conuertit, usu rationis priuat, ex hominibus monstra efficit.

Cant. 4.
Orig. in Cant. ho. 1.
Agg. 1.
Amos. 2.
Abac. 2.

De mystica ebrietate. Cap. 140.

EBrius sane is esse omnibus uideretur, qui cum in diuinis literis de ebrietate fieri mentionem uideret, aliquid impurum & sacrarum literarum maiestate indignum, cogitaret; & ad aliquid, earum auctore dignum, sibique utile cogitandum, mentem non conuerteret. Quo fit, ut nos reprehensione digni censeri non debeamus, cum de mystica ebrietate, quid scriptura, & patres dixerint, ad explicandum aggredimur. Ebrietas nihil aliud esse uidetur, quam quędam mentis perturbatio, qua a suo mens dimouetur statu: quę, si nascitur ex uini potatione, & ascensu spirituum ad cerebrum, quibus phantasia perturbatur, quo fit ut rectus rationis usus impediatur, proprie dicitur ebrietas. Si uero, idem ex aliqua uehementi perturbatione fiat, utputa ex ira, ebrietas metaphorica nuncupatur. Et cum interdum in bonam, interdum uero in malam capiatur partem; hic est, quod aliquando in sacris literis laudatur, aliquando uero uituperatur. Ebrietas proprie dicta, hos fere producit effectus. Furorem inducit, linguam ligat, sitim prouocat, obliuionem

Arist.
Aug. qq. in Gene.

nem gignit, tremulas manus reddit, caput grauiter offendit, membra omnia debilitat. In scripturis diuinis, ebrietas alicuius rei satietatem, & copiam, & carnis prudentiam designat. Ex quibus intelligi licet, duplicem esse ebrietatem: alteram corporis, alteram animi: & hæc rursus duplex est: altera mala, altera bona, de qua potissimum a nobis uerba facienda sunt. Ebrietas mystica, uniuerse explicata, est id, per quod anima a statu quodam humano, humanaque constitutione, in quendam extraordinarium statum, ac mentis excessum transfertur; in quo excessu ea facit, ac sentit, quę humanæ prudentiæ deliramenta uidentur. Vt si quis calore, & efficientia spiritualis uini excitatus, fortunæ bona contemneret, honores hilari animo conculcaret, cruciatibus delectaretur, uitam pro Christo, & pro iustitia ardenter profunderet, aliaque id genus, ultra humanum sensum, praestaret: & denique, ut uno uerbo dicam, seipsum omnino abnegaret, atque, alius, ac erat, euaderet: De quo humana prudentia diceret, quod de apostolis dictum esse legimus; esse musto plenum. Ii ergo inebriantur, qui caducarum rerum obliuiscuntur, qui bona ęterna sitiunt: ij quorum mens mutatur, quorum membra omnia circa res humanas languescunt. Bona ebrietas, diuus ait Ambrosius, est, quæ ad meliora & iucundiora facit quendam mentis excessum, ut immemor solicitudinum animus noster, uino iucunditatis hilaretur. Spiritualis ebrietas priuatim, est quidam summus amoris excessus; &, ut ita dixerim, immoderatus amor: Nam,

Est in amore modus, non tenuisse modum.

Ad hanc ebrietatem inuitant interiores homines sacræ literæ, cum dicunt: Bibite, & inebriamini carissimi: hoc est, potate potentissimum caritatis uinum, abunde sumite, ut ebrii efficiamini. Hac

Cyr. li. 7. in Lev.

Act. 2.

Aug. 16. de Ciu. c. 2.

Ouid.

Cant. 5.

Gen. 9.

ni. Hac ebrietate, ueluti alter Noe, affectus fuit Christus, qui tanquam ebrius audacter, nihil timens, prælium cum aduersario iniit, uestes abiecit, nuditatem non timuit, iniurias paruifecit, uulnera non curauit; & tandem munificentissima dona dedit. Qui tanquam Ioseph fratres suos, apostolos nimirum, musto diuini spiritus, quo facti sunt ebrij, repleuit. Immo uniuersam terram sanguine suo inebriauit; cum ubique terrarum martyres, pro Christo, ebrij facti, sanguinem suum, quo alios inebriabant, fuderint. Et nostro etiam tempore apud Indos, non desunt qui diuino feruore inebriati, pro Christi gloria, & proximi salute sanguinem fundere, ardentissime cupiunt, ac fundunt. Et quid mirum; cum amor diuinus sit lorica impenetrabilis, uulnera respuat, iacula excutiat, periculo insultet, mortem denique irrideat? Gen. 49. Act. 2. Isa. 55. Arnob. Psal. 64 Literæ ex Ind. Petr. Renie. Ach. Boch.

Fert tacitus, uicit, uiuit, diuinus amator. Iere. 31

Dum quis pro Dei & Christi gloria quidquam patitur, alia ebrietate, idest summo quodam gaudio, lætitiaque diuina repletur; ob quam, tanquam ebrius exultat, & ridet, & loco stare nescit. De qua ebrietate intelligeres illud: Et inebriabo populum meum, idest lætitia, & bonis spiritualibus replebo. Ii hac ebrietate affici merentur, qui uinum contemplationis & deuotionis abundanter bibunt. Hac ebrietate qui sunt affecti, somno occupantur, de rebus non uisis somniant, uocantes non exaudiunt, & ueluti mortui iacent; (Sunt enim mundo mortui) de rebus æternis cogitant, hominum uoces & res humanas nihil curant, ac demum stupidi uidentur. Sunt quidam, qui bibunt, sed non inebriantur; ut qui uinum diuini uerbi potant, sed non proficiunt, & nullo rerum diuinarum amore capiun- 51. 1. Reg. 1. Hier.

Hh 3 tur

tur quorum mens, uini potati efficacia, non mutatur, cum terrena non despiciant, & ad æterna se se non conuertant, & a peccatis per detestationem non seiungant se, & propositum de non peccando (quibus duabus partibus uera constat metanœa, idest pœnitentia, side, ut ita dixerim, transmentatio) non habeant. Postremo, summa & maxima ebrietas, est illa, qua beati in cœlo afficientur; quia inebriabuntur ab ubertate illius domus, cum Deus de torrente uoluptatis suę potum dabit eis. Ebrietas, ut Origenes ait, gaudium est aīæ, & lætitia mentis, & p̄sertim futura in alta uita. Vt ingurgitare se uino, est mentem perdere, ita erit, cum accepta illa ineffabili lætitia peribit quodammodo humana mens, & fiet diuina. Ideo dixit, inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Vbi lætabuntur in cubilibus suis; ubi exultabunt; ubi exultationes Dei habebunt in gutture suo, quem Deum in cithara, in tympano, in organo, in choro, & in cimbalis laudabunt; quem omnis spiritus, idest quidquid spirat, & respirat, quidquid anhelitum recipit, & remittit, laudet in sæcula. Et, ut breui, hunc locum de ebrietate bona concludam, quot sunt uinorum genera; de quibus supra diximus, tot etiam erunt ebrietatis tum bonæ tum malæ, modi. De ebrietate mala metaphorica. Primum de sicca, hoc est de ira loquentes, dicimus, interno homini omnino ab ea abstinendum esse. Quandoquidem, qui est hac ebrietate affectus, est extra se; quod est omninó contrarium ei, qui interior appellari uult, qui totus intra se esse debet. Est etiam is, quem ira inebriauit, ueluti cœcus; cum nec se, nec alios uideat. Interni uero hominis est, omnia intus forisque peruidere, & præuidere. Cœcitas, aiebat Dan in suo testamento, est in ira filij mei; & non est aliquis iracundus uidens faciem ueritatis. Ira & præcipi-

Ber. de dilig. Deo. *Psal. 35.* *64.* *Orig. ho. 7. in genes.* *Aug.* *Psal. 35.* *150.* *Locus explic.* *Dan Patriarcha.*

tantia

tantia, dixit Bias, duo consultores pessimi. Siquidem ira plus suos auctores, quam alios lædit. Quare, cum uiri sapientes quantum iræ ebrietas possit, considerauerint, de cohibenda ira libros conscripserunt; ac uarijs medicamentis huic morbo medicinam fecerunt. Ab ebrietate madida, quæ ex nimio uini haustu oritur, spirituali homini quoque cauendum est; cum carnem crucifigere, ac extra carnem esse debeat. Hoc uitium, nullo in loco non modo sacri, sed etiam profani scriptores uitupe rarunt. Et quis non uituperaret, non damnaret, si quæ ex eo oriuntur mala accuratius consideraret?

Bias. Enno. Diac. Plutar. Cyr. lib. 7 in Leu. Ech. ho. 2 in dom. Quinq. Philo. Hebr. Prosper.

Vino forma perit, uino corrumpitur ætas,
Vina nocent, uinoque manet uilissima uirtus.

Filij mei, ne inebriamini uino, dicebat Iudas in suo testamento, quoniam auertit intellectum a ueritate, in eo fornicationis est spiritus. Et ut breuiter eius effectus complectar: ebrietas paupertatem generat, corpus maculat, membra debilitat, manus ligat, pedes impedit, sensus omnes hebetat, linguam inuoluit, sanguinem corrūpit, uitam minuit, memoriam dissipat, intellectum confundit, libertatem tollit, iram accendit, libidinem inflammat, turbas excitat, & tandem occulta reuelat: Vnde adagium illud: Vinum diopetra. Non dissimiles effectus ebrietas prosperitatis producit; & præterea, efficit homines crudeles, somnolentos, & pigros, quos Ioel propheta his uerbis excitat. Expergiscimini ebrij; flete, & ululate omnes, qui bibitis uinum in dulcedine, idest qui uoluptates maximas ex humana prosperitate capitis: quoniam peribit ab ore uestro, idest tempus ueniet, cum his uoluptatibus priuabimini: tunc uidelicet, quando his ebrijs dicetur. Accepistis bona in uita ue-

Iudas Patr. Eccl. 19. Iob. 19. Pro. 20. Pro. 31. Abac. 2. Isa. 56. 1. Thes. 5 Ioel. 1. Locus explic. Luc. 16.

Isa. 16. stra: quando ueniet alia ebrietas, iusta nimirum, &
Ther. 3. maxima Dei uindicta, & punitio: quando Deus a-
Deut. 32. maritudine replebit, & inebriabit peccatores absin-
thio; quando inebriabit sagittas suas sanguine; &
gladius eius deuorabit carnes. Afficit Deus homines
hac ebrietate, cum eos uitijs ebrios factos esse uidet;
ut his calamitatibus quasi medicinis quibusdā (Sunt
Arist. enim pœnę, ut sapientes scribunt, medicinæ) eos ad
Plato. sanam mentem reuocet. Hæc uitiorum ebrietas
speciatim ab ebrietate madida, idest ab immoderato
uini haustu nascitur. Magnum malum, ait Eutychianus Pontifex, est ebrietas, unde omnia uitia pullulant, Christianis omnibus cauere præcipimus.
Eutyh. Qui autem hoc uitare noluerit, excommunican
ep. 2. dum esse decreuimus, usque ad congruā emendationem. Et Anacharsis Scythicus interrogatus quo
Guido Bitur. modo quis abstemius fieret, respondit: Si turpes ebriorum motus ante oculos sibi proponeret. Abstineat itaque nouus homo ab omni ebrietate mala; ut possit tandem inebriari uino, quod bibet cum
Iere. 31. Christo, in die æternæ lucis, quo ebrius factus, in
Isa. 65 eas uoces prorumpet: Calix meus inebrians, quam
Psal. 22 præclarus est?

Quid uox, aqua, in sacris literis significet. Cap. 141.

Sicuti in natura, ita in re diuina aquarum usus est, & semper fuit maximus. Id declarant tot apud ethnicos in re sacra facienda ablutiones; apud Hebræos tam crebri baptismi, & aspersiones:
Tert. & in nostra lege baptismus uitam præbet, & lustralis
Ambr. aqua a leuioribus culpis mundat. Hinc factum est, ut
Luc. 22. etiā diuinis literis uox, aqua, uarias significationes habuerit: cuius laudes, quidā patres iure optimo prosecuti sunt: & sacri scriptores multa de aquis mystice

scripserunt: qua de re nos paucis contenti, hoc ordine agemus. Primum, naturalis aquæ proprietates aliquot recensebimus; ut ea conuenientia, quam spiritualis aqua cum naturali habet, cognoscatur melius. Deinde, uocis huius notiones quasdam numerabimus. Postremo, de spirituali aqua tum bona, tum mala disputabimus. De primo: Aqua uicina loca humectat, arbores uegetat, agros irrigat, eosque lætificat, siccitatem remouet, animalia refrigerat, sitim pellit; & denique, si quis in eam inspiciat, imaginem repræsentat. De altero: aqua, in diuinis literis, sæpe est symbolum copiæ, prosperitatis, & abundantiæ. Aquas turbare, est omnia bello permiscere: & inūdatio aquarum, sunt bella omnino periculosa & grauia. Interdū aquæ, ut Augustinus scripsit, Angelos significant; ut eo loco: Aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini: hoc est, Angeli, qui sunt supercœlestes, & immortales. Solet quæri, & quidem fuse a doctoribus: an supra cœlos sint ueræ aquæ: & ego eorum ueram putarem esse sententiam, qui nullas ueras ibi dicunt esse aquas. Cum uero in scriptura legimus ibi aquas esse; tunc per aquas; uel aliquid aquæ simile per metaphoram intelligere debemus; uel, per cœlum intelligendus est aer, in quo, uel supra quem generantur pluuiales, aquæ: quo modo exponeres locum paulo ante citatum; cui similis est ille: Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentū: uel ut hebraica uerba sonant, super extensionem, seu interstitium: inter aquas nimirum, quæ sunt in nubibus, & aquas inferiores; super aerem ipsum; de quo alibi legitur: Extendens cœlum sicuti pellem, seu cortinam, uel tentorium, uel, ut alio loco dicitur, cœnaculum: qui tegis aquis superiora eius, nubibus uidelicet, quæ fiunt ex aquis, uel aquis ipsis, superiora huius cœli, & aeris. Nec uno in loco, scriptura, nomine cœli

Psal. 1.
Pro. 27.
Ezec. 51
Ps. 148.
Locus explic.
Gen. 1.
Ps. 103.
Locus explic.

cœli,aerem intelligit,ut ex his uerbis conſtat: Volu-
cres cœli,id eſt aues, quæ per aerem uolitant. Item,
aquæ ſæpiſſime populos deſignant, ut in Apocalipſi,
ubi legimus: Aquæ,quas uidiſti, populi ſunt,& gen-
Pſal. 8. tes.Et aqua,quæ in ſacrificio miſſæ uino miſcetur,po
Iſa. 2.8. pulorum unionem cum Eccleſia ſignificat: nanque,
*Ap.*17. aquæ frigidæ, id eſt gentes conuertuntur in uinum
Bertr. lib. de cor. Chriſti. bonum,& in feruorem caritatis;cum ad Eccleſiam in
qua ſola eſt caritas,accedunt. Inſuper,aquarum no-
mine bonorum mentes ſignificantur. Quo modo
Lib. 17. *mor. c.* 12 Gregorius exponit illud. Beati, qui ſeminatis ſuper
omnes aquas:uel ſpeciatim, per aquas, & tranſeun-
Iſa. 32. tes aquas,pauperes intelligeres;quibus,qui eleemo-
Locus explic. ſynam tribuunt, beati uocantur. Aquarum inunda-
tio & abundantia in ſcripturis, grauia pericula, in-
gentes calamitates,nec non etiam hoſtium uim,paſ-
ſim ſignificat. Intrauerunt aquæ uſque ad animam
meam:ueni in altitudinem maris: non me demergat
Eccl. 11. tempeſtas aquæ; Verba ſunt Chriſti in agonia uer-
Pſ. 40. 68. ſantis, quando anima eius triſtis erat uſque ad mor-
tem.Quibus loquendi modis ſummus ille, & inexpli
Locus explic. tabilis Domini dolor, quem pro nobis ſuſtinuit ex-
primitur. Et hæc,de ſignificationibus huius uocis;ſi
quæ ſunt aliæ, capite ſequenti, dum de ſpirituali
aqua agetur,afferentur.

De ſpirituali aqua bona, & mala. Cap. 142.

NIſi ſpiritualis aqua reperiretur, nunquã pro-
pheta quidam clamaſſet: Omnes ſitientes
*Iſa.*55. uenite ad aquas: neque fons aquæ uiuæ di-
xiſſet; Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo
ei,non ſitiet in æternum. Quare,quæ ſit aqua iſta,ut
*Ioan.*4. ea internus homo cum defatigatus fuerit ſe reficere
queat,aperiendum eſt.Primum, ſpiritalis aqua, quæ
ſordes lauat,mentem irrigat, ſpiritum uegetat, ani-
mam

mam lætificat, ſiccitatem tollit, æſtum concupiſcentiæ ſedat, ſitim rerum caducarum extinguit, eſt Spiritus ſancti gratia. Ad quam aquam inuitauit Chriſtus, cum dixit: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut inquit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquę uiuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Hæ aquæ ſumuntur ex flumine illo ſplendido tanquam cryſtallo procedente a ſede Dei, & Agni. Siquidem gratiarum fluuius, a Deo per Chriſtũ, qui eſt Agnus, ad nos deriuat. Vel certe fluuius aquæ uiuæ, eſt Spiritus ſanctus, qui a Patre, Filioque tanquam ab uno fonte, & principio procedit: quidquid aliquãdo Græci, contra patrum ſuorum ſententiam, dixerint. Fluuius itaque diuinarum gratiarum de cęlo fluit, & animas lauat, ac reficit; & reſiliens in cœlum unde deflu xit, eas ſanat, & ad uitam æternam perducit. Deinde, ſpiritualis aqua, eſt deuotio, & conſolatio diuina; quibus, aquæ proprietates, facile eſt applicare: quas aquas qui bibit, lacrymarum aquis facile aſpergitur. His deuotionis & conſolationis aquis, Deus animas refrigerare ſolet, cum panem anguſtiæ & doloris ad menſam tribulationum manducant. Tunc enim fluminis impetus animam lætificat, cum aquæ eam inueniunt nimis: id eſt cum uehementer anguſtiæ abundant: cum turbatur terra, & transferuntur montes in cor maris, id eſt cum terra mari miſcetur, dum omnia ſubuertuntur: quoniã tunc maximis conſolationibus recreat, & aqua deuotionis refrigerat. Quod ſi quis interdum harum aquarum caritate, ſe aridum eſſe ſentiet, non ſtatim a Deo ſe deſtitutum eſſe putabit. Etenim, ſępe Deus has aquas ſubtrahit, ut earum deſiderio, animæ, ueluti ſitientes cerui ardentes, ad eas magis anhelent; ac proinde dulcius, ac abundantius bibant. Initium uitæ ſpiritualis, panis & aqua; conſolationes nimirum & delectationes; quas dein-

Ezec. 16
Ioan. 7.
Deut. 18
Ioel. 2.
Locus explic.
De ſum. trin. li. 6. c. fid.
Lugd.
Conc. Florent.
Albuin. li. de tri.
Didimus li. de SS.
Cyr. lib. 2 ad reg. de recta fide.
Lib. 1. cont. Iul.
Mar. Victor.
Ierem.
Pſ. 45.
Locus explic.
Pſ. 41.
Eccl. 19

de

§. Diadoch. c. 87. de, non sine magna misericordia ad tẽpus, Deus subtrahit. Præterea, spiritualis aqua, & quidem dulcis ac salutaris, est diuina sapientia, id est rerum diuinarum intelligentia; quæ aqua de petra, qui est Christus, tactu uirgæ, studio uidelicet & prædicatione educenda est, ut populus, & iumenta, hoc est, docti, & indocti, boni, & mali bibãt. His aquis refrigeratus Dauid, cũ per asperos & siccos mõtes ꝓfugus, uagabaẽ, ĩ has uoces prorumpebat: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ; hoc est, dum Saulis uim per montes fugiebam, recreabat me consolatio & fructus, quem ex lege tua percipiebam; dulces illæ tuæ promissiones, præmia illa tua, quæ, miserias libenter patientibus, parasti. Hanc aquam Deus iustis & studiosis uiris dat bibere: proinde legimus: Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Humana uero sapientia cum diuina comparata, est uelut aqua turbida, cum non sit omnino ab erroribus purgata; & licet uideatur profunda, & late patens: tamen, si cum diuina conferatur, est tanquam fluuius comparatus mari: cum aqua diuinæ sapientiæ ex paradiso defluat, & per quatuor scripturarum sensus totum spirituale mundum irriget. Merito igitur cecinit propheta: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, nugas uidelicet, & ineptias; cuiusmodi fere sunt humanæ scientiæ, si cum diuina comparentur; sed non ut lex tua. Quo fit, ut uehementer errent, qui totum uitæ tempus in humanis aquis ueluti lunatici se se inuoluunt; cum præsertim ex illis ad honeste & pie uiuendũ nihil utilitatis capiunt. Ad hæc, mystica aqua, & quidem optima & ad mensam adhibenda, est eleemosyna, qua, si homo quidam diues, qui cum præcipuam quãdam curam Deus ipsius non habuisset, suo nomine, uti Lazarus non est appellatus, cum epulabatur usus fuisset, nec in inferno sepultus, nec grauissimo ardore, & siti, quia sitientium noluit misereri, crucia-

Marginalia: Locus explic. Num. 20 — Locus explic. Num. 20 — Ps. 118. — Locus explic. — Eccl. 15. — Fran. Picus de uan. doc. gent. — Gen. 2. — Locus explic. — Ps. 118. — Mat. 17.

cruciatus fuisset; nec sine spe ab Abraham, ut Lazarum mitteret, qui aquæ gutta os ipsius refrigeraret, petijsset. Huic spirituali aquæ optime aquæ proprietates conueniunt; & speciatim ad eluendas animæ sordes plurimum ualet. Hanc aquam internus homo adhibebit, si dum ipse ad mensam exteriorem, uel interiorem sedet, proximo eleemosynam corporalem, uel corporalia communicando, dabit. Hanc aquam auaritiæ ardor exiccat. Quasi ignis, dixit Adubertus, est cupiditas, quæ & si in alijs magis, & in alijs minus ardet, ubi tamen ardere cœpit, nunquam dicit, sufficit: exemplo ignis corporalis; qui tanto uehementius flammas multiplicat, quanto abundantius multitudinem lignorum accipit. Postremo aqua spiritualis bona, & perfecta, & omni ex parte suauis, & dulcissima, est ea, quam potabunt beati ad cœlestem mensam, qua Deus suos de torrente uoluptatũ suarum satiabit; ad quam interni homines, tanquam sitientes cerui anhelant: quia *Luc. 15.* *Adubertus presbyter.* *Psal. 35.*

Qui te Christe bibent, dulci torrente refecti:
Non sitient ultra. *Prosp.*

Aquæ malæ & noxiæ, sunt prosperitates, deliciæ, & uoluptates huius mundi; quæ ueluti aquæ Hiericho sunt mutabiles, fluxæ, & perniciosæ, cum terram infructuosam reddant, & eas potantes lætalibus morbis inficiant. Istæ enim aquæ uirtutum fructibus priuant, & peccatorum corruptelis uitiant. Has aquas Eliseus, id est Deus saluans, immisso sale, hoc est sapientia sua, in uase nouo, id est in beatæ Virginis utero, qui ueluti nouum uas, nulla unquam macula fuit aspersus. Vas ergo nouũ fuit beatissima Virgo, quia nunquam aliquid uetustatis, continuit. Hoc deinde sal infusum fuit his aquis, quando sapientia incarnata sale sapientiæ suæ, docendo, hominum mentes salire cœpit. Hæ aquæ diuitiarum ac prosperitatis usui *4. Re. 2. Locus explic.* *Dionys. Carthus.* *4. Re. 2. Locus explic.*

esse

Exo. 4. esse in hac uita possunt, donec ceu aquæ Aegypti in
Locus ex sanguinem non conuertuntur; hoc est, donec peccan
plic. di occasionem non præbent: quod tunc contingere
solet, cum nimis crescunt, & cum exuberant. Lex ita-
que imponenda est his aquis, ne transeant fines:
quia securius ex fonte, quam ex flumine hauri-
tur aqua. Vt vere Horatius dixerit.

Lib. 1. *At qui tantuli eget, quanto est opus; is neque limo*
ser. *Turbatam haurit aquam, neque uitam amittit in undis.*

Aquæ malæ, præsertim malis, sunt huius uitæ ca-
lamitates, & angustiæ, quas iniquo animo mali po-
tant, ac nullam ex eis utilitatem capiunt; qui pro-
Iere. 8. inde aquam fellis potare dicuntur. At uero boni ab
his aquis a Deo liberantur; dum per has aquas tran-
Psal. 31. seunt ad refrigerium: quia in diluuio aquarum mul-
Locus ex tarum non approximabunt; hoc est, quando calami-
plic. tates inundabunt, aut ingentia pericula suborientur,
ad uirum bonum non pertingent, ei non nocebunt.
Itaque, etiam si mala instar aquarũ ingentium inun-
dauerint, iustum non attingent: quoniam Deus il-
Iud. 7. lum seruabit. Et hæ sunt aquæ, ad quas Deus probat
Iob 26. suos. Diceres etiam aquas malas esse inferni pœnas,
Locus ex sub quibus gigantes, id est Dæmones, & qui habitant
plic. cum ipsis damnati, gemunt.

De conuiuio, & prandio spirituali.
Cap. 143.

CVm de omnibus ijs rebus, quæ ad potum ci-
bumque spiritualem pertinent, quantum ex
sacris literis, & sanctis patribus colligere po-
tuimus, hactenus scripserimus; restat, vt de conui-
uio, prandio, ac cœna nonnihil dicamus; quibus ex-
plicatis, quod huc facere uideatur supererit nihil. Et
ut a genere auspicemur; conuiuium, quod a simul
uiuendo dictum est, in diuinis oraculis, ut quidam
adnota-

adnotarunt, interdum in malam, interdum uero in bonam ſumitur partem. Spirituale conuiuium, generatim quæcunque res, ex qua ſpiritualis capitur cibus, ut etiam ſupra de menſa diximus, appellari poteſt. Speciatim uero, conuiuium optimum, ſumptuoſum, lautum, & perpetuum, de ſapientis ſententia, eſt ſecura mens; mens uidelicet quæ eſt ſibi conſcia recti: Secura mens ait, quaſi iuge conuiuium. Rectam itaque & bonam conſcientiam, non male conuiuium appellabis ſpirituale. In hoc conuiuio, uirtutum & rerum bene geſtarum, fercula, bonorum operum honeſtæ recordationes, ſpiritus ſuauitates, deuotionis uoluptates, guſtanda proponuntur. Eſt hoc conuiuium iuge, quia quocunque tempore eſt paratum, & eſculenta, & poculenta, quæ in eo ponuntur, ſemper ſumere licet: quia, quo plus ex rebus appoſitis ſumitur, eo magis conuiuium creſcit: quoniã ex iis cibis conſtat, qui ſi quis uelit, nunquam putreſcunt. Hoc conuiuio etiam ii, qui ſolo naturæ lumine illuſtrati erant, cum conſolatione ac inſtauratione ſe egere ſentiebant uſi ſunt. Dixerunt itaque ad rectam conſcientiam in calamitatibus eſſe confugiendum, eaque eſſe utendum: homines ab hac pendendos eſſe: nihil poſſe homini horribile accidere dum hoc conuiuium perſeuerat: eum, qui hoc conuiuio ſe ſuſtentare poteſt, miſerum appellandum non eſſe: neminem ulla re, dum uiuit, ſi culpa uacet, angi debere: conſcientiam rectæ uoluntatis maximam conſolationem eſſe rerum incommodarum. Hæc, & alia id genus multa, ne ſingula perſequar, de hac re homines illi, ſcripta reliquerunt. Præterea, ſpirituale conuiuium fit cum aliqui ſimul uiuentes, ſeu in unum conuenientes, unum idemque ſentientes, de rebus diuinis loquuntur. Cui conuiuio, ſi recte ſit inſtructum, & paratum ſemper Chriſtus accumbit. Quod ipſe his uerbis apertiſſime

Alber. in Luc. 14. Oſe. 3. Iob 1.

Pro. 15. Locus explic.

Cic. lib. 5. ep. 17. 21. Lib. 6. ep. 1. 3.

Mat. 18

me docuit, cum dixit: Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Hoc conuiuio antiqui patres, ut ueteres scriptores referunt, utebantur; cum in unum locum conuenientes, de rebus spiritualibus sermonem habebāt, quas collationes appellarunt. Ex quibus conuiuijs non solum seipsos nutriuerunt; sed etiam partes & reliquias ad posteros transmiserunt. Et antiqui Christiani certis temporibus conuiuia, in unum locum confluentes, celebrabant; non tam, ut corpus corporalibus cibis, quàm ut animam spiritalibus alimentis reficerent; quas, agapas, id est caritates, ab amore ex quo ortum duxere, & quo celebrabantur, & cuius causa fiebant, appellarunt; cuius consuetudinis etiam temporibus nostris, uestigia quædam quibusdam in locis remanent. De hac ueterum Christianorum consuetudine, ut cetera nunc mittamus loca, Concilium Gangrense mentionem facit; cuius decretum, d. 41. Legitur. Si quis despicit eos, qui fideliter agapes: id est, conuiuia, (licet aliqui, hunc locum aliter legendum esse putent) pauperum exhibent, &c. & in Laodicensi de eadem re mentionem factam esse. d. 44. inuenies; ex quo etiam loco modum, quo ista conuiuia, quæ caritatis gratia celebrantur, fieri debeant, cognoscere licet. Extat de eadem re apud Tertulianum in apologetico hæc luculenta auctoritas. Cœna nostra, ait, de nomine rationem suam ostendit: Vocatur enim ἀγάπη, quod dilectio penes græcos est: quantiscunque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. Inopes refrigerio isto iuuamus, nihil inutilitatis, nihil immodestiæ admittitur: non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur, ita saturantur, ut meminerint per noctem adorandum Deum sibi esse; ita fabulantur ut qui sciant Dominum audire. Aeque oratio conuiuium dirimit: inde discedi-

Philo. hebr. lib. de uita supplic.

Cassian.

D. 44. cõuiuia.

Concil. Gang. c. 21.

Alciat.

Laodicen. c. 27.

D. 44.

Tertul.

tur

tur non in cateruas cæsionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciuiarum; sed ad eandem curam modestiæ, prudentiæ, ut qui non tam cœnam cœnauerint, quam disciplinam. Defendit hoc loco Tertulianus bonos illos fideles a gentium calumnijs; quia dicebant Christianos in illis conuiuijs grauia scelera committere. Et ideo interdum aliqui fingebant se Christianos esse, ut hac ratione eis aditus pateret, & fideles notare possent: & hos fortasse Paulus falsos fratres appellauit, a quibus cauendum esse monuit. Erant tamen inter fideles quidam, qui diuino spiritu, eorum qui ficte accedebant fictos animos intuebantur eosque cognoscebant. Quid simile in usu fuit apud Romanos, qui solebant celebrare diem festum, quem uoce græca, Charistia, uocabant; quo die cognati, & consanguinei conuenire solebant, & inuicem mutua dona dare, ac, si quæ ortæ inter eos erant discordię, eas componebant. Huc pertinent illa Ouidij carmina. 2. Cor. 11 Francis. Patr.

Ouid.

Proxima cognati dixere Charistia patres,
Et uenit ad socios turba propinqua Deos.

Valer. Max. lib. 2.

Quare, ad conciliandum amorem, ad fouendam beneuolentiam, possent uiri spirituales agapas, cum caritate interdum exercere. Nunc speciatim aliquid de prandio dicamus: Et quoniam non est alius locus, in quo de prandio mentio fiat, qui magis ad rem nostram pertineat, quam is, qui est apud Matthæum cap. 22. eum breuiter tractabimus. Prandium corporale, sic describi potest. Prandium est sumptio cibi matutina, qua corpus reficitur: post quam sequuntur aliæ. Spirituale prandium, sic a quibusdam definitur. Prandium spirituale, est refectio uegetans ad uirtutes, & gratiam, & laudes Dei. Quare, prandium, nomina- Alber. Mag.

res omnia ſpiritualia conuiuia, quæ tempore matutino huius uitæ fiunt; poſt quæ aliæ ciborum ſpiritualium ſequuntur ſumptiones. Speciatim uero ſacrum Euchariſtię conuiuium, ſpirituale prandium uocare poſſumus, quo homines reficiuntur, & ad ambulandum in uia ſpirituali, in hac uita, tanquam uiatico utuntur. In hoc prandio, menſa, eſt ſacrum altare: miniſtri, ſunt ſacerdotes: conuiuæ, fideles: cibus, caro & corpus Chriſti: potus, ſanguis eiuſdem: primus miſſus, eſt paſſionis Domini memoria; alter, gratię ſuſceptio: tertius futuræ cœnæ, ſeu beatitudinis pignus: denique, uaria fercula, ſunt uarij huius ſacramenti fructus, de quibus longa fieri diſputatio poſſet, ſi i dbreuitas cui ſtudemus, concederet, & uaria dona, uaria miracula, uariæ Chriſti, quas in hac ſui corporis donatione oſtendit uirtutes, ac conſolationes uariæ. Præterea, prandium, ſiue nuptiæ ſpirituales, factæ ſunt a cœleſti Rege, quando Filio ſuo carni unito, per fidem & gratiæ legem deſponſauit Eccleſiam: ad quas ſpeciatim Iudæos, & ſuo etiam modo gentes, quas nunquam a ſalute excluſit, per datas leges, & per prophetas inuitauerat. Poſtula a me, dicebat æternus Pater Filio ſuo, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, &c. Hic promittuntur nuptiæ: poſtea homines ad eas uocantur, cum dicitur: Et nunc Reges intellitige; erudimini qui iudicatis terram: ſeruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite diſciplinam, ideſt quamprimum arripite oblatam per Chriſtum doctrinam, ne quando iraſcatur Dominus, & perietis de uia iuſta: & tamen noluerunt uenire. Rurſus, ob ſuam ſummam, & infinitam clementiam, Rex miſit alios ſeruos, Apoſtolos uidelicet, ut dicerent inuitatis; Ecce prandium meum paraui, nouam nimirum

Epheſ. 5. *Locus explic.* *Cyril. contra Iuli a* *Chryſ.* *Ambr. de uoc. Gent.* *Pſal. 2.* *Mat. 22.* *Locus explic.* *Mat. 22.* *Locus explic.*

rum legem; quod prandium uarijs sacramentorũ, & charismatum ferculis instructum est: tauri mei, & altilia occisa sunt, idest solidior cibus pro adultis & perfectis, mollior & alentior pro paruulis & imperfectis; siue consilia & precepta, instituta sunt: parata sunt omnia; omnia sacramenta, omnia dona, omnia ad uitam spiritualem degendam necessaria; parata sunt omnia, quia consummata sunt omnia, & instaurata omnia, merito eius, per quem facta sunt omnia. Sed tamen; o hominum peruersa ingenia; o ingrati animi uitium; Deus hominibus prandium parat, inuitat, uocat, semel, iterum, & tertium; & non uenitur, uocatio negligitur, in uillam abitur, uocantes contumelia afficiuntur, & occiduntur. Et quoniam Dei propositum firmum est; quia, qui priuata uocatione inuitati, & uocati fuerunt uenire noluerunt, omnes, etiam abiecti & simplices, indifferenter uocantur, & uenire compelluntur. Contingit.n. sępe, ut qui singulari uocatione & electione ad res diuinas gustandas, & diuina mysteria tractãda uocati fuerunt, cum se indignos reddant, reijciãtur, & in eorum locum idiotæ, & simplices, & alias mali uocentur. Nanque, ut quidam sanctus Pater scriptum reliquit, surgunt indocti, & rapiunt cœlum, & ij, qui falsis doctrinis, uel uana rerum cognitione delectantur, seipsos in profundum demergunt. Diceres etiam, spirituale prandium esse de rebus diuinis & spiritualibus sermonem; ad quod prandium uocandi sunt pauperes, qui orationibus, & institutione Christiana indigent, ut cibis spiritualibus repleantur: debiles, qui fracto sunt animo, ut corroborentur: claudi, qui paribus rationis, & uoluntatis pedibus non incedunt, ut dirigantur: denique, ad prandium laudum diuinarum uocandæ sunt una cum tribus illis pueris creaturę omnes

2. Tim. 2.
Rom. 9.
Aug.
Luc. 14.
Rom. 15.
Dan. 3.

nes dicendo: Benedicite omnia opera Domini Do
Psal.94. mino, laudate & superexaltate eum in sæcula, &c.
& cum Dauide: Venite exultemus Domino, iubi-
lemus Deo, &c. Vocandi etiam sunt ad prandiũ cor
porale, nõ amici, nõ cognati, ob naturalẽ amorem,
neque spe accipiendę gratię, diuites; sed pauperes,
& debiles, & claudi; quos qui uocat, Christum uo
Mat.25. cat; quos, qui inuitat, Christum inuitat; quos, qui
Pro. 19. excipit, Christum excipit; quorum qui miserе-
Iob. 4. tur, fęneratur Deo qui uicissitudinem suam red-
Psal.111 det ei; ac propterea beatus erit. Etenim, qui
Locus ex miseretur & commodat iucundus, idest benignus
plic. est; disponit sermones suos in iudicio. i. efficit, ut
Diegus sui defensio sit accepta futura iudici: firmus, ac sta-
Stella bilis erit, & in æternum non commouebitur: eius
Par. 1. memoria erit ęterna: nullum malum nuncium for
midabit: firmus & stabilis est, fiducia, qua nititur
Deo: hostes non timebit: eius iustitia in perpetuũ
durabit, potentissimus atque gloriosissimus erit:
Eccle.19 quia eleemosyna liberat ab omni peccato, & ani-
mam ire in tenebras non patitur. Beatus igitur,
qui intelligit super egenum & pauperem, idest, qui
Psal.41. prospicit ægroto, seduloque ægrotum tractat: in
die mala liberabit eum Dominus: in die nimirum
iudicij, quo tempore Deus conseruabit a pœnis
eos, qui ex animo ægrotis studuerunt, eosdemque
ęterna felicitate donabit.

De spirituali cæna. Cap. 144.

Isa.25. ISaias Propheta uigesimo & quinto capite de quodam spirituali conuiuio a Domino instituendo uerba faciens, hæc uerba scripta reliquit: Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium uindemię defecatæ, &c. Qui locus de eo exponi solet conuiuio, quod Deus in cœlo præpara-

uit beatis; de cœna illa magna, quam fecit homo quidam: de qua spirituali cœna, tractantes aliquot diuinę scripturę huc pertinentia loca, breuiter hoc capite scribemus. Spiritualis cœna, est spiritualis cibi sumptio, post quam non sequitur alia: eius inquam cibi, quem beati in cœlo post mortis uesperam perpetuo capient. Homo igitur quidam; ille nempe qui humanitate & benignitate infinita est ornatus: ille, qui ob infinitionem uirtutis suæ, & immensam maiestatem nominari nequit. Fecit, idest ab ęterno statuit, & parauit, ac sapienter instruxit, Cœnam, cōem nimirū beatitudinem, post huius uitę uesperam manducandam: Magnam, ferculorum multitudine, uarietate, & pręstantia; discumbentium numero, & temporis diuturnitate. Huc pertinent illa Domini uerba: Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, &c. Et uocauit, ęterno suo proposito, & uoluntate, atque etiam temporali uocatione: uocauit autem, calamitatibus, beneficijs, ancillis, & ministris suis: uocauit, sua liberalitate, non requisitus: Multos; hoc est omnes; quia uult omnes saluos fieri: Et misit seruum suum, vel vt alij legunt, seruos; Filium uidelicet suum, qui serui formam accepit; vel ordinem prędicantium. Hora cœnę, hoc est ultima die uitæ, tempore mortis, congruenti tempore. Misit uocare hac hora; quia nemo scit de hac hora. Dicere inuitatis, ut præpararent se, per pœnitentiam; ut se ueste nuptiali induerent; vt festinarent, & libera uoluntate uenirent: Quia iam parata sunt omnia; omne nimirum bonum, quod suis Deus ostendet; beatitudo ipsa, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Vel parata sunt omnia, quæ necessaria sunt ad perueniendum ad

Luc. 14.

Locus explic.

Luc. 22.

Isa. 26.
Rom. 2.

1. Tim. 2

Philip. 2
Rom. 10.
Act. 1.
Luc. 10.

Exo. 33.

Boet. Senir.

hanc cœnam. Et cęperunt: ecce ut misericordiæ diuinæ peruersitas, & uocationi repugnautia se se statim obijciunt. Simul, idest uno consensu,
Psal. 13. quo peccatores ad peccandum conueniunt: simul,
Locus ex plic. quia omnes declinauerunt a recta uia, ab æquo & bono; simul inutiles facti sunt, idest putruerunt, & perditissime uiuunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: ne vnus quidem. Excusare, sed ficta & inani excusatione: Et quænam excusarunt? Primus dixit ei: Villam emi: Regnandi & dominandi cupiditatem ac ambitionem excusat: etenim uillam emit: sed præstasset paradisum, quam uilem uillam emisse: Et necesse habeo: fucata necessitas: hęc dixisse, nil fuit
Luc. 10. necesse: cum unum porro sit necessarium: Quid necesse habet, exire a bono ad malum; a suiipsius cognitione, ad rerum externarum inspectionem; a beatitudine ad inferos a Deo; ad Dęmonem. Videre illam, idest frui illa; videre illam, superbiæ causa: uidere, quia, vt sapiens ait; Quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? videre, quia non pote-
Eccles. 5. rit secum ferre: videre, quia sicuti egressus est
Iob. 1. nudus de vtero matris suę, sic reuertetur, & nihil afferet secum de labore suo, idest de rebus quas tanto cum labore comparauit: Miserabilis prorsus infirmitas: quo modo uenit, sic reuertetur. Rogo te, habe me excusatum: humilitatem in uoce pretendit: & dum se magis excusat, magis accusat. Et alter dicit: Iuga boum emi quinque: Huius excusationis causa est auaritia, vtilitatis & negocij pretextu tecta iuga boū emit; qa lucro studet, vt sensibus satisfaciat; quibus qui indulgēt, iugum suscepit graue, vinculis concupiscentiæ se se ligat, & tanquam animal rationis expers, multum sine suo fructu laborat. Eo, non necessitate compul-

compulsus, non ab alio missus; libera uoluntate: Probare illa; quia sensuum delectatio in experientia consistit. Non nouit iste hanc utilem sapientis admonitionem: Post concupiscentias tuas non eas, & a uoluntate tua auertere. O stulta commutatio, o insulsa & imprudens electio; relinquuntur ęternæ diuitię pro uano lucro; ęternę, & uerę delectationes, pro falsis & momentaneis solatijs. Quid te excusari rogas, qui tam inepte & tam aperte peccas? Et alius dixit. Vxorem duxi: iste uxorem excusat, concupiscentiam uidelicet carnis, cui se deuinxit: malam uxorem duxit; cui qui inseruit, ad beatitudinem non properat. Hec uxor Iob a bene agendo retrahit, bene beateque uiuentem increpat, & ad maledicendum Deo incitat: cui a uiro prudenti, una cum Iob dicendum est: Quasi, idest uere, una de stultis mulieribus locuta es. Vel cum Tobia, ijs, qui bene agentes & ad cœnam hanc peruenire cupientes damnant, & irrident, dicere oportet: Nolite ita loqui; quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Iste excusari non rogat, quod uxori se omnino obligatum esse putat. Et cum seruus domino suo hec nunciasset; paterfamilias caritatis zelo incensus, iussit iterum seruo, ut exire uelit cito, ad uocandos quoscunque, ex quibuscunque locis, & eos introducere. Et cum id fecisset, multiq; ingressi essent, ac locus adhuc superesset, (est enim locus immensus cœnaculum illud in quo parata est hæc cœna) iubet rursus dominus seruo ut exeat, & alios intrare compellat; non uiolenta, sed auxiliorum efficacia: ut impleatur domus illa in qua sunt gloria & diuitię; ut uocatorum compleatur numerus. Itaque ad hanc cœnam primi tanquam

Eccl. 18.
Iob. 2.
Tob. 2.
Iob. 2.
Tob. 2.
23. q. 6.
Schismatici.

magis rationis capaces, communi vocatione vocantur: secundi, diuinis auxilijs, & motionibus quasi manu introducuntur: postremi, singularibus, ac efficacibus auxilijs, præcipuaq; Dei cura, compelluntur. Et cum primi accedere noluerint, seque non respondendo diuinæ uocationi, tanta cœna & misericordia indignos reddiderint, demum, iusta patrisfamilias sententia, ab hac cęna excluduntur. Vt autem quisque ad hanc cœnam a patrefamilias facilius intromittatur, quilibet prius eundem patrem ad cęnam suam, quod ipse
Apoc. 3. valde desiderat, introducat. Ecce, ait, sto ad ostium, & pulso: siquis audiuerit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Cœna hæc paratur in cœnaculo animæ, vbi comeditur
Luc. 22. spirituale pascha. Quod cœnaculum amplitu-
Mar. 14 dine caritatis, grande virtutum varietate stratum, & bonarum cogitationum floribus exornatum esse debet. Stat ergo Deus ad ostium
Locus explic. cordis, & pulsat, mouendo, excitando, terrores incutiendo, ex amore castigando: Si quis,
Prou. 3. quia non omnes: Audierit, quia non nisi per voluntatis assensionem ingredi vult. Vocem
Cant. 2. meam, uocationis & inspirationis vim. Et aperuerit, quia non sat est audire, sed opus est aperire patefacieudo animam, dilatando affectum. Mihi ianuam; Deo scilicet, cordis ostium, primos consensus præbendo. Intrabo, mouendo, offerendo, dando noua dona, augendo iam data. Et cœnabo, idest consolationem capiam, delectabor, congratulabor, de eius salute, de progres
Prou. 8. su, & de iustitia, quia deliciæ meæ esse cum filijs
Iere. 32. hominum. Lætabor super eis, cum bene eis fecero; Gaudium etenim Domini est fortitudo
Nehē. 8. nostra. Et ipse mecum: ipse quoque gaudium

(capiet

capiet ex presentia mea, ex gloria mea: dilectus meus mihi, & ego illi aiebat sponsa. Sed cur potius ad cœnam, quam ad prandium ingredi cupit? Vt tecum in tota nocte huius uitæ pernoctet, ut quietem in anima tua inueniat, ut tu non timeas a timore nocturno, ut in pace pariter dormias, & requiescas: denique, quia ubi ipse apud te cenauerit in hac uita, ad cenam suam quam tibi in alia parauit uita, te traducat: ad cœnam inquam illam, quã Assuerus cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, ut diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem ostendat, parauit. Tempus quo hæc cœna fiet, ut paulo ante dicebamus, est illud, quod succedet uesperæ huius uitæ. Cœnaculum, & quidem amplum, & amænum, ac omni splendore exornatum, est paradisus. Discumbentes erunt omnes beati, de quibus dictum est: Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni uocati sunt: Et iterum: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. Sedes, erunt uarij beatorum gradus, ac diuersæ mansiones, quas eis Christus parauit, & disposuit. Mensa erit immensa illa Dei essentia clare mentibus beatorum proposita; ex qua quisque cibos pro sua appetentia, suisque meritis sumet. Luminaria, non erunt neque lucernæ, neque sol, sed Dominus illuminabit, qui erit in lucem sempiternam: immo, & ipsimet discumbentes fulgebunt; alij tamen magis, alij uero minus. Ministri, non modo erunt Angeli, sed etiam ipse Dominus, ut scriptura docet: Beati serui illi, quos cũ uenerit Dñs, inuenerit uigilantes: Amen dico uobis, quod precinget se, & faciet eos discũbere, & trãsiẽs ministrabit eis. Quando igitur Dominus ueniet, ad uocandum homines in die mortis, & inuenerit ser-

Cant. 2. Dionys. Carth. Psal. 4. Esth. 1. Apo. 19. Mat. 22. Ioan. 14. Apoc. Isa. 60. Sap. 3. Dan. 7. Luc. 12. Mat. 24.

Locus explic. uos fide & bonis operibus uigilantes, admittet eos ad cœnam, quam eis parauit, & præcinget se iustitia retributionis; quia, hoc est cingulum lumborum eius: & faciet illos discūbere ad mensam, quā
Isa. 11. instruxit, tribuens unicuique secundum opera sua, & transiens ministrabit; idest omnia quæ ad perfectam beatitudinem pertinent communicabit, suppeditabitque eis. Solent præterea celebrari cœnæ, maxima animi hilaritate, qua non carebunt qui ad hanc cœnam accumbent: quia, absterget
Isa. 25. Deus omnem lacrymam ob oculis eorum, & nec
Apo. 22. mors, nec luctus, neque clamor erit ulrra: quia, seu, quia, ut Greci legunt, prima abiecerunt, molestias nimirum a primo homine inuectas. Quare, exultabunt sancti in gloria, & lætabuntur in
Locus explic. cubilibus suis. Neque sua deerit symphonia & cantus huic cœnæ: Et uocem quam audiui, ait Ioannes, sicut citharædorum, citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi, idest uere, canticum
Apo. 4. nouum ante sedem, &c. Et alibi: Habentes ci-
14. tharas Dei, idest gaudentes, & exultantes in Deo,
Isa. 6. (cithara enim in scriptura pro gaudio interdum
Apoc. 15 poni solet) & cantantes canticum Moisi serui Dei,
Locus explic. & canticum Agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iustę &
Iob. 3. uerae sunt uiæ tuæ Rex seculorum, idest Rex æterne, mandata tua sunt iusta, & uera. Solent præ-
Ps. 118. terea conuiuia, cum pace & quiete celebrari; quæ pax non aberit huic cœnæ; quia fiet in Ierusalem,
Isa. 32. qui est locus pacis, & a Rege pacis, qui fluuium pacis super hāc ciuitatem declinabit. Ad hæc, cœna solet in longum pertrahi: ut uoluptas, quæ ex
Isa. 66. ea capitur, diuturnior sit. Cęna hæc erit perpetua, quia ibi nulla erit satietas, nullum fastidium. Comedent enim fructus duodecim ligni, idest uoluptates æternæ uitę, quas produxit li-

gnum uitæ, sapientia nimirum incarnata, iis qui duodecim fidei articulos seruauerint gustabũt: per menses singulos; hoc est perpetuo. De ferculis, & poculis, cum nemo uiderit, aut audierit, aut animo cogitauerit unquam, quæ Deus diligentibus se in hac cęna, præparauit, quod dicere possim, ut alias dixi, nihil habeo. Quod si lector hac de re aliquid cognoscere cupit, ea legat, quæ in Centuria de laudibus uiri iusti, capite præsertim nonagesimo sexto, de magnitudine æternę beatitudinis balbutiendo scripsimus. Illud pro certo habendum est, tantam esse æternę felicitatis magnitudinem, quantam nulla humana uis exprimeret. Quare merito dictum est Ioanni, scribe: Beati qui ad cęnam nuptiarum Agni uocati sunt: ad quam qui introducti fuerint, clara uoce dicent: Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ Agni, & uxor eius, Ecclesia scilicet ad cęlum euecta, præparauit se per fidem, & opera; quibus quicunque se præparabit, da hanc nuptiarum cœnam introduci merebitur; quod Deus opt. max. sua misericordia, omnibus concedat.

Apo. 21. *Locus explic.* *Isa. 6.* *1. Cor. 2.* *Apo. 19.*

LAVS DEO, ET BEATAE Virgini Annunciatæ.


FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Primus numerus indicat paginam, alter uersiculū.

Hic non ponuntur nisi uerba emēdata, per quæ corrupta cognoscentur. Pag.6.uer.33. alloquitur. 33.15.esset.52.15.est peccatum.55.36.ex sui, uacāt. 58.21.quocum.66.16.custodia.67. 36. quarum 68. 29.finit.117.12.norunt.131.5. Velut incolit.143. 16.nomen eius.144.19.in sua. 181.34. persunctorie.218.15.usu.231.8.creuit.232.21.ipsius. 232.30. acceperit.255.21.has. 257.18.p endet.257.36. eas. 258.16.accepit.Huc facit sent.uerba posposita.262. 57.conqueruntur.277. 22. horcestis. 278. 37. qui. 293.32.rubi.305. 10.uel.uel. 308.6.ponuntur. 308. 17.ligaturas.318. 12.fundatve.319.34. nimis. 320. 18.cuius signa.321. 11. non potest. 329. 14. relinquit.340.10.septa.345.21. ac si diceret.347.12. libeat.382.10.fine.412.11.Placeret.419.16.aliarum. 427.19.obuoluuntur.432.24. Et ut. 456. 25. duximus.464.3.fit 15.466. 34.eum. 478. 3. appellatur. ibidem.11.cum.ibidem. 16.in 480. 3. cernite.

Leuiora errata lectoris iudicio relicta sunt, & speciatim, quę in marginibus inueniuntur, in quibus duo, uel tria Auctorum nomina male citātur.



SERIES CARTARVM.

ab. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

Omnes sunt quaterniones.

V E N E T I I S.

Apud Johannem Variscum & Paganinum de Paganinis.

M D LXXXV.



